
יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX
169.
כדברך
הבינני
JOH. XVII.
17.
ὁ λογος
ὁ σος
αληθεια
ἐστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

Niedner 2463

NOVVM TESTAMENTVM

GRAECE

PERPETVA ANNOTATIONE

ILLVSTRATVM.

EDITIONIS KOPPIANAE

VOL. III. PARTIC. I.

COMPLECTENS

ACTA APOSTOLORVM

CAP. I — XII.

CONTINVAVIT

IOANNES HENRICVS HEINRICHS.

GOTTINGAE

APVD HENRICVM DIETERICH.

MDCCCIX.

ACTA APOSTOLORVM GRAECE.

PERPETVA ANNOTATIONE ILLVSTRATA

A

IOANNE HENRICO HEINRICHS.

PARTICVLA PRIOR, CAP. I — XII CONTINENS.

GOTTINGAE
APVD HENRICUM DIETERICH
MDCCCIX.

Post editas abhinc sexennio ad continuandum Koppianum opus Paulli epistolas ad Philippenses Colossensesque, quum tam benigno summorum virorum iudicio et laude accensus quam assiduis bibliopolae, Viri honestissimi, exhortationibus admonitus ad alia Noui Testamenti monumenta annotatione perpetua illustranda animum adpellerem, primo quidem Paulli ad Corinthios epistolas grauissimas sane maiorique et accuratiori, quam adhuc expertae sunt, interpretum cura et industria dignissimas commentario pertexere constituebam. Namque optandum videbatur vel maxime, vt post triginta et quod excurrit annorum interuallum, ex quo summus studiorum nostrorum dux et antesignanus nouam hanc enarrandi codicis sacri viam monstrauerat inieratque, ni omnia N. T. documenta, at illa tamen, quae circa Paullinas epistolas versantur, absoluerentur tandem parique et aequabili luce collustrata exhibe-

hiberentur. Veruntamen, quod diu iam in votis habuere rerum ſacrarum cultores, binas illas litteras Pottii, feliciſſimi methodi Koppianae imitatoris cura et induſtria elaboratas poſſidere, id mox ratum fore et effectum ipſius Viri ſumme Venerabilis litteris amiciſſimis edoctus, miſſa faciens quae primo animus fuerat aggredi, nec non Ioannearum epiſtolarum explicationem lubentiſſime largiens ei, qui commentarii in epiſtolas catholicas, quas aiunt, telam ſumma cum laude exorſus eſſet, vel Apocalypſin, vel hiſtoricorum monumentorum aliquod ſeligendum eſſe animaduertebam. Et illud quidem egregium profecto et vere ſublime poema, tametſi tot virorum praeſtantiſſimorum acumine ingeniique et facilitate et ſollertia ſatis illuſtratum iam et natiuo ſuo genio redditum cernebam, ſchedisque inſuper illis eram inſtructus, in quas animadverſionum in hoc carmen primas lineas coniecerat b. Koppius, attamen iam nunc eadem tela quo minus percurrerem, varia prohibebant negotia

gotia temporumque et locorum opportunitates: ex hiſtoricis autem libris acta Ieſu Meſſiae, quatenus a quatuor euangeliſtis, quos dicunt, memoriae produntur, perpetuo commentario perſequuturos ſe dudum profeſſi ſunt alii, ſumma et ingenii et doctrinae laude inſignes. Quocirca diu cogitantem ratio ipſa in hanc potiſſimum ſententiam duxit, vt quae poſt Ieſu fata ab eiusdem legatis, narrante Luca, geſta leguntur, eiusmodi annotatione illuſtrata exhiberem.

Gratiſſimum ſane opus, et prae multis aliis iucundum, ſi modo iuuat, antiquiora memoria repetere, contemplari reipublicae chriſtianae primordia et origines, et quum plura de eis et locupletiora documenta ad noſtram vsque memoriam perlata non eſſe merito doleamus, at illa tamen pauciſſima, quae vere ſuperſunt, monumenta ſancte contemplari et intueri, atque ex eis et variarum viciſſitudinum, quas experta eſt chriſtiana res, recordationem in animum reuocare, vberrimisque delectari fructibus, quos in humani generis commodum,

modum, annuente summo numine, large effuseque protulit eadem et etiamnum profert.

Sed maius profecto et a prioribus longe diversum opus esse facile apparuit: neque enim hic in auctoris mente ac consilio demonstrando, in vocibus singulis explicandis, in euoluendo narrationis ordine et nexu etc. acquiescendum: non monstrandae solum viae ac rationes, quas in exponendis, vertendis, castigandis locis singulis admodum diuersas inierunt interpretes, atque ex variis ingeniis ea, quae quisque commodissime praecipere videbatur, libanda: non solum ex infinita variarum lectionum farragine, largiore hic, quam in vllo alio N. T. libro, seiungenda, interpositoque iudicio exponenda ea, quae cum primis scitu necessaria sunt et ad propositum quam maxime attinent: sed maior rebus enarratis ipsis impendenda cura; multae variaeque quaestiones satis spinosae euoluendae, prima illa et augustissima phaenomena, quae scenam pandunt, digna luce collustranda, ea, quae miro et insolito rerum

euentu

euentu accidisse leguntur, ab ejs, quae ex communi naturae lege videntur contigisse, rite seponenda, orationes sermonesque suo quilibet auctori vindicandi, disponendus, quam fieri potest accuratissime, temporum ordo, quibus singulae res se exceperint, adumbranda breuiter tum christianorum institutorum, tum status et morum et historiae istius aeui omnino effigies, omniaque denique ad vnitatem quandam consilii ita attemperanda, vt neque in nimiam molem excrescat rerum dicendarum copia, neque ab instituti ratione et legibus iusto longius aberret.

Haud tamen diffitendum est, variis iam praeclarissimorum virorum conatibus viam ad huiusmodi commentarium in librum, qui primus historicus methodo Koppiana illustratus hic prodit, patefactam esse satisque munitam; atque praeter veteriores commentatores pia grataque mente in vsum conuertisse profiteor, quae ad illustrandum librum attulerunt Viri SS. VV. MICHAELIS, MORUS cum eius editore DINNDORFIO, BOLTEN,

THIES,

Thies, Stolzius etc. nec non illa, quae in singulis commentationibus aut feorſim editis aut in ephemeridibus theologicis prelo deſcriptis ad ſelectiora nonnulla capita illuſtranda obſeruauerunt ſummi viri, Noesselt, Paulus, Keil, Vogel, Ziegler, Gabler, Hug etc.

His itaque praeſidiis munitus, ad id animum contuli, vt illarum quaeſtionum, quas modo indicaui, plurimas aut in prolegomenis aut in excurſibus ad calcem adiiciendis excuterem, quo parcior de eisdem in commentario ipſo poſſet eſſe diſputatio, commentarium ipſum autem ita contexerem, vt, quantum fieri poterat, conſtaret ſibi totius incepti ratio et lex, quae niſi ſemel ſcripta nobis et ſancita fuiſſet, melius forſan conſuluiſſem nonnullis, ſi in enarrando libro hiſtorico eodem inceſſiſſem tramite, quem in exponendis euangeliſtis ita perſequitur S. V. Paulus, vt praemiſſo ſingulis capitibus argumento ad intelligenda eadem iudiciumque ferendum viam ſternat, quo expeditius in commentario ipſo poſſit procedi. Sed eadem

ſeruandae

seruandae institutae rationis religio in caussa fuit, quod et textum ne nostra quidem aetate ad Griesbachianam, sed et hodienum ad Bengelianam recensionem expressum exhibemus, vnde accidit, vt notae nonnullae siglaeque in margine interiore plures inueniantur, quae abesse potuissent, si Griesbachianum textum essemus sequuti.

Caeterum non potuimus, quin in duas particulas dispesceremus commentarium, siquidem vno fasciculo comprehensa omnia volumen peperissent, prioribus quoad formam et amplitudinem nimis absimile: proinde absoluto capite duodecimo, quum dehinc alia scena adornetur, pedem aliquantisper sistere satius duxi.

Inscribitur autem vtraque particula Voluminis tertii editionis Koppianae nomine, quod quia excipit Volumen quartum, epistolam ad Romanos, et sextum epistolas ad Galatas, Ephesios et Thessalonicenses continens, sequitur, epistolis ad Corinthios locum superesse in Volumine quinto, nondum typis euulgato, et quum binis Vol. septimi

parti-

particulis: nec non Volumine octauo reliquae epistolae Paullinae sint comprehensae, restitutus aliquatenus est ordo, ab initio iam mancus et lacer, dummodo ei, qui ad enarranda quatuor euangelia deinceps operam suam conferet, placuerit, commentariis suis Voluminis primi et secundi titulum facere, quorum tamen vtrumque non in duas, sed in plures particulas esse dispescendum, ipsa rerum enarrandarum copia efflagitabit.

Verum linquamus haec: maiora sunt et grauiora, quae in votis habemus, vt stet semper liberaliori huic interpretationi, quam intulit sacro codici summus vir, cuius praematuram mortem etiamnum dolemus, suus honos, sua dignitas, vtque et nostra opera ad eam commendandam non prorsus inutilis iudicetur. Scribebam Cloetziae in duc. Luneb. d. XXI Mart. MDCCCIX.

I. H. HEINRICHS,
Dioecef. Cloetz. Superint.

PROLEGOMENA.

Haudquaquam mirum videbitur, pium ac verecundum Dei cultorem, qui praeclara Iesu Christi de genere humano merita probe cognouerit, animumque diuinorum istorum praemiorum sensu recte imbutum habuerit, non solum in perspicienda Christi doctrina ipsa, in admiranda eius vi et praestantia, in depromendis ex hoc sanctuario et ad se transferendis vitae morumque praeceptis elaborare, sed et ad eius origines, progressus, variasque vicissitudines pernoscendas animum appellere, contemplarique ac considerare, vt ex primis quasi incunabulis infans prodierit, vt adoleuerit laetior indies ac fortior, vt remotis, quae hominum inuidia obiiciebat, impedimentis, superatis errorum superstitionumque fastidiis, subactis denique et profligatis omnibus hostibus, victrix exstiterit, atque, licet ex satis ignobili terrarum angulo emergens ad vltimas tamen oras diuina sua praemia pertulerit. Ita enim nobiscum comparatum est, vt, si qua re praecipue delectamur adiuuamurque, ad cognoscenda eius principia et caussas, variaque incrementa, quibus sensim adaucta tam gratis fructibus progignendis habilis reddita sit, ipsa natura duce ac magistra impellamur: quanto magis iuuabit, christianae doctrinae primordia intueri, quae recta diuinarum rerum cognitione mentem imbuit, saluberrimis morum praeceptis animum format, cupiditatum impetus retundit, aeterna futurae vitae

prae-

praemia proponit, atque adeo impenſiſſima animi deſideria explet. Profecto igitur laetabimur, quicunque nos praeclarae huius et vere diuinae oeconomiae cultores profitemur, exſtare nobis publica dictorum factorumque I. C. memorabilium monumenta, ſancta illa quidem et ipſa vetuſtate ſua intemerataque ſimplicitate veneranda: neque vnquam in euoluendis eis et perſcrutandis operam noſtram collocaſſe pigebit: ſiquidem audimus in eis diuinum legatum ipſum optimae doctrinae magiſtrum, perſequimur eius veſtigia, miramur indefeſſum ſtudium, quo ad mortem vſque bonam cauſſam orauerit, defenderit, propugnauerit: atque de feliciore ſucceſſu, annuente numine benigno, optima quaevis ſperamus. Verum quum vel fauſtiſſimum augurium poſſit fallere, intuebimur et illa tempora, quae poſt I. C. fata proxime ſubſequuta ſunt, idque eo maiore cura et ſollertia, quo verius eſt, qui ſuperſtite magiſtro diſcipulos excitauerat ardor, eundem poſt eius diſceſſum facillime reſtingui et deferueſcere, quaeque concordia vnanimique conſenſu ſolidiſſima ſtruuntur, ea diſcordia peruerſaque ambitione mox collabi; de Chriſti autem diſcipulis, in rerum diuinarum cognitione, ſi verum fateri volumus, neutiquam ſatis dum validis, ſed vana ſpe caecoque errore ſemper fluctuantibus, vix expectari poterat, vt ſtadio hoc, quod Chriſtus eis emetiendum reliquerat, ſtrenue decurrendo, metam exoptatiſſimam contingerent. Atque et hic feliciſſime nobis ſuperſunt monumenta aeque ſancta et venerabilia, quae de conſtituta poſt Chriſti abitum et fundata republica chriſtiana nobis exponunt; et conſignata illa quidem ab homine optimo harum rerum arbitro et teſte, qui idem et de Chriſti ipſius vita rebusque geſtis narrationem contexuerat, at vero, probe perſpectum habens, non ſufficere ſollertiori

rerum

rerum christianarum inuestigatori, in discessu summi magistri a terris subsistisse, in aliam quoque scenam nos inducit, quaeque postea, quum bonae caussae vt plurimum timendum esset, acciderint, eadem cura narrando, inchoatum opus pertexit, et, quantum licebat, consummat.

Hunc igitur librum grauissimum omnique nostro studio dignissimum enarraturi, atque ad normam, iam in aliis noui foederis monumentis exponendis nobis scriptam explicaturi, quia multa praemonenda nobis videmus, ne nimia dicendorum copia obruamur, neu quae suo quaeuis loco conuenientissime dicuntur confundamus, age, primo de libri *auctore* pauca praemoneamus, dein *argumento* libri breuibus delineato, quonam *consilio* in eo concinnando ductus fuerit auctor, quo iure eo *titulo*, quem in fronte gerit, inscribi potuerit, excutiamus: tum de *fide* eius historica. nec non de *fontibus*, vnde hauserit, loquuti, de *momento*, *vsu* et *praestantia* libri, deque eius *ingenio* et *indole* edisseramus: iamque *quo tempore quoque loco* consignatus sit, praefati *temporum ordinem*, quo res in libro nostro expositae inuicem se exceperint, perlustremus, atque de eis, quae ad recte intelligendum librum conducunt, ex *temporum illorum historia* etc. potissima afferamus: quibus peractis aditus ad librum ipsum planior iam ac facilior patebit.

Et de *auctore* quidem libri breuiter perorabitur: siquidem eundem Lucam [1]), qui de Christi ips[...]

1) De Lucae persona rectius in Isagoge ad euangelium exponitur, quam hoc loco. Nomen nonnullis e Lucio, Lucillo, Lucano contractum videtur, vt Demas e Demetrio etc., vnde pro eodem Lucio, qui Act.

 13,

ipsius dictis factisque exposuit, et nostri libri verum auctorem fuisse multis variisque argumentis citra dubium ponitur. Namque si externa, quae vocant, argumenta spectaueris, omnis traditio, antiquitus inde a secundo saeculo ad nos deducta pro Luca loquitur. Siquidem Irenaeus (adv. haeres. I, 31; cf. III, 12. 15. 19) hunc Lucam, discipulum, vt ait, et sectatorem Apostolorum, diserte libri auctorem profitetur. At Clemens Alexandrinus (Strom. V, p. 588) sic habet: Λουκας εν ταις πραξεσι των αποστολων απομνημονευει etc. Tum Tertullianus (de ieiun. Cap. 10.) hunc librum nominat com-

13, 1; Rom. 16, 21 memoratur, eum habent nonnulli, *Basnage*, *Lardner*, *Wetstenius* etc. refutati tamen a *Michaele Einleit. ins N. T.* Th. 1, § 149. Natione Syrum fuisse, Antiochia oriundum, probabile est, religioso cultu autem Iudaeum, non tam natiuum, quam proselytum, a Paullo forte et Barnaba Antiochiae conuersum Act. 11, 26, litteris tamen et lingua Graeca melius imbutum, quam caeteri N. T. historiographi fuerunt. Nam quae ex διαλεκτω αυτων Act. 1, 19, et ex Col. 4, 10. 11 coll. 14 dubia contra mouet *Paley* (horr. Paulinn. Cap. 7. p. 248 version. Henk.) facile remouentur, et remota sunt a S. V. *Henkio* in annotationibus ad versionem libri Paleyiani, p. 432. cf. comment. ad Act. 1, 19. Ex Col. 4, 14 verisimiliter ad Hieronymi et Eusebii mentem efficitur, artem medicam professum esse Lucam: vid. ibi nos, et cf. *Clausewitz* epistola de Luca euangelista medico. Sunt tamen, qui pingendi arti eum vacasse velint. Alii eum pro Siluano contra fidem (vid. ad Cap. 20, 6) habent: alii numero LXX discipulorum Iesu assignant, quin vnum ex duobus illis Emmauntem petentibus fuisse existimant. Sed haec omnia fluctuant. Fata eius et itinera ex libro nostro ipso optime perspicies: quae ante aut post ea tempora aut illo interuallo, quod Actor 16, 19-20, 6 habetur ei acciderint, incerta sunt aut traditionibus innituntur.

commentarium *Lucae*. Eadem confirmant patres seriores quidem, sed nobilissimi, Origenes, Eusebius (hist. eccl. III, 25), Hieronymus de scriptoribus ecclesiasticis. Sin argumenta, quae sub internorum loco veniunt, consideraueris, tantam in hoc libro cum altero illo, qui ευαγγελιον κατα Λουκαν inscribitur, inuenies similitudinem, praefationem, qua tanquam δευτερος λογος annunciatur, dedicationem, qua eidem Theophilo [2]); cui inscriptus erat πρωτος λογος, consectatur, dictionis denique eum consensum, vt de auctore Luca dubitandi locum vix superesse potuisse credas, nisi id dubium vere mouerint quidam, in eo maxime offensi, quod inscriptioni huius libri non aeque ac

2) Et de Theophilo conuenientius ad euangelii Lucae prooemium disputatur. Cf. PAULUS commentar. Th. 1, p. 4. Cuius quidem nomen male nonnulli appellatiuum esse volunt et indicare quemuis Dei cultorem. Homo videtur fuisse stirpe et prosapia inclytus, vel maiori aliquo in honoris gradu, cui competeret titulus κρατιστος (fere nostrum *Excellenz*, Cap. 23, 26; 24, 3; 26, 25, constitutus, qui fortasse per morbum quendam, quem sanauerat Lucas ιατρος, huic innotuerat, dein grato animi sensu familiarius eidem iunctus Christi doctrinam ab eo erat edoctus (Luc. 1, 4). Num e Iudaismo an gentilium religionibus ad Christi castra transgressus sit, non liquet, sicuti et omnes, quae de eius patria etc. circumferuntur coniecturae, fuisse eum Iudaeum Alexandria oriundum, Philonem ipsum etc. vanae sunt et otiosae, licet non sit inficiandum, si de Theophilo hoc plura nobis comperta essent, certius nos et tutius de auctoris consilio iudicium ferre posse, cur et in euangelio et in hoc libro nostro haec de industria proposuerit luculentius, illa reticuerit, suppresseritque. Probabilius eum pro proselyto extra Palaestinam degente haberi, cui varia Iudaica ignota fuerint, forte ex Luc. 1, 26, Act. 1, 12, 19 etc. effectum dabitur.

in euangelio additum ſit auctoris nomen, parum tamen cogitantes, id vel ipſum pro Luca auctore loqui, librumque noſtrum tanquam alteram operis particulam [3]) annunciare.

Sunt autem res variae admodum et multiplices, quas in hunc librum congeſtas inuenimus. Abſoluto, quod in his terris perficiendum habebat, munere reditum in coelos parat diuinus magiſter (hinc enim auſpicatur liber c. 1, 1 — 14), poſt quem ſibi ereptum nil antiquius habent diſcipuli, quam concordia vnanimique conſenſu quam fieri poterat firmiſſimum reddere et indiſſolubile vinculum, quo ad continuandum magnum opus ſibi iuncti inuicem et obſtricti erant, aliumque in proditoris locum ſodalem ſufficere v. 15 — fin. Quibus peractis, illuceſcente pentecoſtes feſtiſſimo die, en cernitur ſplendidum illud et auguſtum phaenomenon, in quo impleta eſſe I. C. de mittendo *πνευματι* promiſſa laetabantur, Cap. 2, 1 — 13, qua oportunitate ad commendandum iis, qui praeſentes aderant, nouum rerum ordinem, feliciſſimo ſucceſſu Petrus vtitur, v. 14 — 41. (Inferuntur nonnulla de prima vitae Apoſtolorum et diſcipulorum ratione et inſtitutis, bonorum communione etc. v. 42 — fin.). Iam diuiniore illa per *πνευμα ἅγιον* ſibi conceſſa vi ad

3) In eius ergo titulo repetere auctoris nomen ſaltem nil attinebat. Cf. *Richard Simon* Hiſt. crit. N. T. p. 19; *Fabrcii* biblioth. Graec. Lib. IV, Tom. 1, c. 5. Non tamen deſunt codd. in quibus adeſt in fronte Lucae nomen. Sed eorum auctotitas lubrica eſt, nec nos ea egemus. — Alias rationes, ex quibus de Luca auctore addubitarunt, librumque ad alium auctorem velut ad Paullum retulerunt nonnulli, vide infra, vbi de auctoritate libri canonica dicemus.

ad sanandos aegrotos benigne vtitur Petrus, multosque nouo illi sodalitio iungit et conciliat c. 3. Sed iam instat synedrium Hierosolymitanum, Apostolorumque conamina cohibere annititur Capp. 4 et 5 (interposita et hic, vt Cap. 2, fin., sunt varia eiusdem argumenti, exemplisque confirmata c. 4, 32 sqq.). Ecce autem impedimentis, quae Iudaeorum magistratus obiecerant, accedunt obortae inter nouae reipublicae ipsius ciues dissensiones, siquidem metuebant, ne parum iuste inter eos, qui vel ex Iudaea ipsa vel ex aliis terris a cultu Mosaico ad Christi sacra accesserant, distribuerentur ea, quae communis iuris esse voluerunt nouae reipublicae instituta, vnde his iuste et aequabiliter erogandis praeficiuntur certi et fidi homines, in quibus eminet Stephanus quidam, qui tamen deinceps Iudaeorum inuidia et odiis petitus primus pro Christi institutis martyrium subit. Cap. 6. 7. Cuius quidem violenta mors magnum ciuibus incutit terrorem: dissipantur plerique fugaque sibi consulunt: grauissimamque eis cladem minatur Saulus quidam, Tarsi in Cilicia natus (c. 22, 3), ex familia, quae ciuitatem Romanam sibi acquisiuerat (c. 22, 28) oriundus, et Hierosolymae in schola Gamalielis Pharisaei educatus (c. 22, 3), qui minas caedemque spirans, en praesentiori quadam numinis vi ad nouam rempublicam adducitur ipse, c. 9. Neque tamen afflictionibus vllis absterreri se passi erant Apostoli eorumque discipuli a propaganda disseminandaque Christi doctrina, siquidem Petrus, Ioannes, Philippus quidam etc. omni studio in id incubuerunt, vt eam laetioribus indies incrementis augerent, commendarentque hominibus Romanis et in vltima Aegypti ora degentibus c. 8; c. 9, 31 — fin. c. 10, prosternerent praestigiatores, qui in consortium venire tentabant c. 8, 9 sqq, sanandis aegrotis

animos sibi conciliarent c. 9, 32 sqq. sibique inuicem persuaderent, ad nouam hanc rempublicam non Iudaeis solum, sed omnibus gentibus aditum patere c. 10, c. 11, 1 — 18. Et, vt alibi, ita et Antiochiae de qua vrbe praecipue exponitur, plurimi in ciuitatem nouam adscribuntur, ibique primo *Christianorum* nomine veniunt ciues, c. 11, 19 — 26. Mentio fit magnae famis, regnante Claudio imperatore Romano terras infestantis, c. 11, 27 — fin., nec non Herodis Agrippae, Iudaeorum regis, qui nouam cladem Christianis inflixit, Iacobum Apostolum necauit, Petrum in vincula coniecit etc. sed et ipse foedissimo morbo correptus diem obiit supremum, c. 12.

Non iusto omnia ordine adhuc protulerat liber, multa erant inserta, repetita, obiter tacta. Iam autem aliam omnia faciem gignunt, siquidem, quae sequuntur, maxime Saulum illum, qui mirabili modo ad Christi castra transgressus erat, spectant, quem hinc non iam sub Sauli Iudaico, sed sub Pauli Romano nomine venientem praecipuam libri personam sustinere et tanquam epici carminis heroa venire haud iniuste dixeris. Is postquam Christi signa se sequuturum professus erat, Hierosolymam proficiscitur ad Apostolos c. 9, 26 (*primum* Pauli iter Hierosolymitanum dicunt), qui tamen non illico eum sed post varios demum amici cuiusdam Barnabae conatus, fratrem christianaeque reipublicae ciuem agnoscunt c. 9, 26 — 28. At quia ei insidiabantur Iudaei, quorum castra reliquerat, in patriam vrbem Tarsum se contulit c. 9, 30, vbi quum fere per triennium delituisset, a Barnaba reuocatus, Antiochiam ducebatur, c. 11, 25. Hinc Hierosolymam ad subleuandam ibi pauperiorum famem cum Barnaba missus c. 11, 30 (*secundum* Paulli iter Hierosolymitanum), eodem mox rediit. c. 12, 25.

Hinc

Hinc iam magnum illud iter ad promulgandam inter gentes Christi doctrinam suscepit Paullus c. 13, 2. 3, assumto simul Barnaba et Ioanne quodam Marco, quem Hierosolymis secum tulerant (c. 12, 25), variisque terris non sine magno periculo peragratis c. 13, 14, Hierosolymam venit (*tertium* iter Hierosolymitanum), vbi ad discutiendas controuersias quasdam solenne Apostolorum concilium celebrabatur, c. 15. Postea Antiochiam redux, infeliciori a Barnaba dissidio seiunctus, c. 15, 36 quum alios sibi comites legisset, varias Asiae prouincias inuisit c. 16, Galaticamque forsitan ecclesiam condidit c. 16, 6. Tum in Europam transgressus, in Macedoniam tetendit, Act. 16, 9, quo in itinere comes ei adhaeret auctor libri nostri Lucas, Act. 16, 10. Deinde venit Athenas c. 17, 15; Corinthum c. 18, 1—18; Ephesum c. 18, 19—21, vnde Caesaream, Hierosolymam (*quartum* iter), Antiochiam proficiscitur c. 18, 22, peragrataque Galatia, Phrygia etc. Ephesum rediit, c. 19, vbi quum diutius esset commoratus, Macedoniam Graeciamque reuisit. Hinc Hierosolymam profecturus, Asiae oram legens Miletum aduenit, quo conuocatis Ephesiorum sibi dilectissimorum senioribus, orationeque et obtestatione confirmatis c. 20 discessit, Hierosolymamque perrexit, c. 21, 17 (*quintum* iter). Hic iam instant fatales dies: rapitur ad Chiliarchum Lysiam, caussam suam orat coram populo c. 22, coram synedrio c. 23, structisque insidiis ereptus Caesaream ad procuratorem Felicem ducitur c. 23, 12—fin, coram quo se defendit, c. 24, sicuti c. 25 et 26 coram successore Festo, et Agrippa iuniore. Et quia a procuratore Romano ad Caesarem prouocauerat, Romam transfertur, quo, post multa in itinere pericula superata, peruenit, perque biennium in custodia remissiore habetur c. 27. 28.

Haec ferme funt, quae libro noftro continentur, quibus, fi ad fpecialiora defcenderis, multa alia i, ferta et admifta inuenies. Atque in tanta tamque multiplici rerum enarratarum copia quaeri poteft, et fedulo quaefitum eft, quodnam tandem *confilium* in fcribendo libro fequutus fit Lucas, quemque praecipuum *finem*, quo cuncta tenderent, fibi propofuerit [4]); quae quidem quaeftio in varias admodum et diuerfas partes diremit interpretes.

Atque hic quidem tutius fine dubio procederemus, fi, quandoquidem librum legimus non tam publice ab auctore promulgatum, quam vni homini Theophilo infcriptum, plura de hoc nobis comperta effent [5]). Quod fi vera funt, quae fupra de eo fufpicati fumus, haud abfimile vero videbitur, et hoc volumine, ficuti et priore illo, quod euangelium dicitur, nil aliud agi, quam vt de rebus ad chriftianam fidem, quam a Luca fufceperat Theophilus, pertinentibus luculentius ille inftitueretur et vberius. Neque enim fufficiebat, doctrina ipfa, dogmatibus, praeceptis (Hebr. 6, 2) eum imbui (κατηχηθῆναι Luc. 1, 4): addenda erat, quo firmior animo infinuaretur perfuafio, de origine chriftianae doctrinae laetioribusque indies incrementis expofitio plenior et cumulatior: producendus in fcenam et ante oculos quafi

4) Nullus quidem auctor fapiens et cordatus fine confilio aliquo et fine ad librum confignandum fe accingit: idem ergo et de omnibus N. T. fcriptoribus iure meritoque ftatuimus. Sed quia in quibusdam libris obfcurius illud aut fuit aut habebatur, in eis quaeftio haec prae caeteris magis exercuit interpretes, veluti in euangelio Ioannis, noftro hoc libro etc.

5) Haud dubie enim eiusmodi notitiae ad intelligendum librum aliquem plurimum conferunt, veluti de Memmio ad Lucretii carmen, de Pifonibus ad Horatii artem poeticam.

quasi sistendus erat diuinus legatus ipse, enarranda ad euincendam eius auctoritatem diuinam dicta eius factaque memorabilia, cruenta mors, resuscitatio in vitam, reditus in coelos, praesentior eius etiam post discessum in discipulis excellens vis et virtus, qua ad absoluendum inchoatum a magistro opus tanquam πνευματι ἁγιῳ afflatos se sentiebant, επιϑεσις των χειρων, qua et aliis impertiebant diuinam eam vim et ardorem, facta denique et dicta Apostolorum quaeuis, quibuscunque christianae rei consulere allaborauerant. Quae cuncta quo facilius perlustrare et ad certiorem auctoritatem prouocare posset Theophilus, quae ore edocuerat, eadem a prima inde origine repetita libro comprehendit Lucas, scriptaque Theophilo offert (Luc. 1, 1 — 4). Persequuturum autem se profitetur τα πεπληροφορημενα εν ἡμιν, vt habet Lucas I, 1, πραγματα, quibus verbis non solum, quae vsque ad Christi exitum acciderunt, comprehenduntur, sed quae omnino in prima christiana republica, viuente adhuc et florente Luca (εν ἡμιν), gesta erant [6]). Verum quum ob dicendorum copiam nimis intumescere librum cerneret, de morte, resurrectione et reditu Christi ipsius quum exposuisset, pedem sistit, mox tamen in decurrendo stadio pergens, quae inde a Christi discessu vsque ad ea, quibus scribebat, tempora gesta nouerat, altero volumine complectitur: atque, quum

6) Vid. docta commentatio *Bernh. Ludw. Königsmanni*, Rectoris Flensburg. "de fontibus commentariorum sacrorum, qui Lucae nomen praeferunt, deque eorum consilio et aetate." Ea cum in explicando prooemio euangelii Lucae omnino tum in enucleanda voce πληροφορειν diligentissime versatur. Prodiit Altonae 1798 et exstat in S. V. *Pott* etc. Sylloge commentationum Vol. III, n. 7.

quum prius volumen πρωτον λογον παντων, ὧν ηρξατο ὁ Ἰησους ποιειν τε και διδασκειν nominasset, haud obscure profitetur, nostrum hunc librum esse δευτερον λογον παντων, ὧν οἱ Ἀποστολοι ηρξαντο ποιειν τε και διδασκειν, quem quidem priori scite annectit, repetenda et fusius exponenda ascensionis I. C. historia, atque, et in parte operis, licet paucissimis tantummodo, praefatur.

Tali modo si continua serie procedere vtrumque Lucae commentarium, praefationemque priori volumini, seu evangelio praefixam, ad nostrum hoc posterius eodem iure pertinere statuimus atque ad prius (pertinebit autem, sicuti apud quemlibet auctorem, vniuersi operis prooemium et ad singulas partes, licet in eis denuo et iterato praefatus sit auctor, vt Liuius, Florus etc.), ab omni de specialiore auctoris, fine et consilio peruestigatione commode supersedebimus: ipse Lucas mentis suae interpres adest Luc. 1, 4. Nil aliud agit, quam vt obliuioni ea eripiat, quae Theophilum voce et institutione edocuerat, narratque, sicut in priori commentario, quae superstite Christo, ita in posteriore hoc, quae post eius abitum euangelio eiusque praeconibus vel secunda vel aduersa acciderant, non omnia (plenam et locupletem istius saeculi historiam ecclesiasticam non magis hic exspectaueris [7]), quam

7) Multa sane, si hanc nobis tradere voluisset auctor, exponenda erant, de quibus ne verbum quidem. De Antiochena quidem ecclesia nonnulla afferuntur copiosius cap. 11, sed de initiis congregationum christianarum, quae Philippis, Thessalionicae, Colossis collectae sunt, nil adest. Pariter multa alia memorabilia prorsus reticentur etc. Vid. S. V. *Hänlein Einleit. ins N. T.* Th. 2, 2te Hälfte, p. 384 sqq., vbi enume-

quam in epistolis ad Timotheum et Titum absolutum theologiae pastoralis compendium), sed quae ipsi innotuerant; non ea cura et sollertia, qualem in auctoribus historicis classicis admiramur, sed perspicue tamen bonaque fide; non hoc illoue speciali consilio oculis obuersante, sed eum tantummodo in finem, vt narraret Theophilo, quae sciret, eaque ab obliuione vindicaret.

Verum enimuero in his parum acquieuit interpretum industria: quippe qui in proferendo speciali aliquo consilio, quod auctoris menti inhaeserit, eliciendaque ex libro quadam scopi quasi vnitate, ad quam cuncta collineent, mirum quantum sategerunt. Sane si ex vestigiis, quae nobis hic relicta cernimus, ad varia argumenta concludere velis, ad insignia diuinae in promulgando euangelio prouidentiae specimina, ad communem gentibus pariter ac Iudaeis concessum ad nouam rempublicam aditum, ad insignem πνευματος αγιου vim et effectum, fas sit illud quidem: nil moramur: dummodo ne ad singulare tale quid ante omnia attendi voluisse Lucam contendas, id quod etiam atque etiam pernegamus.

Fuere autem, vt haec paucis attingamus, nonnulli, qui id cum primis egisse Lucam contenderent, vt euictum daret, rata esse et impleta ea, quae promiserit discipulis Iesus, siquidem vere correptos illos esse diuiniore πνευματος αγιου impetu et impulsu, et ad constantissimam pro euangelio quidlibet audendi παρρησιαν excitatos. — Saepissime sane ad hoc πνευμα recurritur in libro nostro, quaeque pro

enumerantur, quae cuncta afferenda fuissent, si historiam ecclesiasticam mens fuisset conscribere.

pro christianae rei incrementis aut miraculose aut aliter gesta leguntur, ad hoc πνευμα reuocantur, vt in excursu exponemus. Verum ea omnia tamen fere in priore libri parte occurrunt: in posteriore rarius πνευματος mentionem factam videbis, nisi forte id ipsum πνευματος vi effectum credere malueris, vt felicissimo successu itinerum molestias perferret Paullus, laboresque suos strenue exantlaret. Proinde, licet concludere haec et efficere ex libri argumento absque fraude et iniuria possis, ad ea tamen prae caeteris exponenda certo cursu tendere Lucam nullus persuadebor.

Sin diuini prouidi numinis vestigia persequutum esse Lucam asseuerant alii [8]), quod praesens praeter modum et efficax se praestiterit in defendendo paruo illo Galilaeorum coetu, in producendis ex hac stirpe acerrimis iustae causae propugnatoribus, in tradendis per homines ignobiles litterarumque rudes disseminandisque per magnam orbis terrarum partem vitae morumque praeceptis, nil quidem repugnantes nos habent: eadem enim dicunt, sed aliter: eodem recurrunt, sed aliunde egressi.

Inualuit tamen prae aliis et a pluribus magni nominis interpretibus [9]) aeui nostri agnita est ea sententia, quae id consilii ante omnia fuisse Lucae statuit,

8) Veluti S. V. *Hänlein Einl.* Band II, Th. ?; *Bolten* in prolegomenis ad vers. vernac. sub tit. *Die Geschichte der Apostel von Lucas*, Alton. 1800.

9) E. gr. *Michaele Einl. ins N. T.* Th. II, §. 167 etc. Copiosius hanc sententiam persequitur S. V. *Paulus* in programm. paschal. Ienens. 1798: "de consilio, quo scriptor in Act. Ap. concinnandis ductus fuerit." Prostat et in eius Introductionis in N. T. capita selectiora Ien. 1799, p. 281 sq.

statuit, vt gentilibus pariter ac Iudaeis accessum ad Christianismum patere ostenderetur Iudaizantiumque particularismus conuelleretur. Hanc esse libri tanquam epici carminis vnitatem, Paullumque, vtpote Iudaeis ob propugnatum vniuersalismum ante alios inuisum, praecipuum carminis excellere heroa; ad eum cursu properari, et praecedentia nonnisi introductionis caussa praemissa esse, vt aditum munirent, Lucam autem illud agere eo conuenientius, quia et ipse Paullo, grauissimo vniuersalismi vindici, perpetuus comes adhaeserat, et Theophilus, cui librum consecrat, vt fide proximum est, e gentibus erat conuersus. — Verum quem in finem tanta contentione pro hoc argumento pugnamus? aut quae vestigia legimus, quibus insistendo ad tale quid existimandum ducamur et quasi cogamur? Quod si nonnulla passim vestigia non possumus non agnoscere, pro gentibus aeque ac Iudaeis ciuitate christiana donandis loqui Lucam (atqui nec negaueramus, id cum multis aliis ex libro posse elici), veluti Capp. 8; 10; 15 et quae de Paulli itineribus ad gentes inde a c. 13 perhibentur, num tamen, quaeso, pauca haec caussam istorum satis defendent? aut si plura conquisiueris, nonne verendum, ne ad alia omnia delabaris? nonne et ipsum S. Ven. Paulus nimio opinionis suae propugnandae studio (pace tanti viri dixerim) ductum putabimus, qui in programmate supra laudato et in Cap. 1, 5. 8—11. 15—26; Cap. 2, 5. 17. 21; Cap. 3, 21. 25; Cap. 4, 12; Cap. 6, 1. 9. 14; Cap. 7, 2. 5. 6. 10. 18. 25. 29. 30. 33. 42. 43; Cap. 9, 19 huius vniuersalistici studii tanquam igniculos quosdam micantes inuenire sibi videtur, omniaque, quae de aliis rebus narrantur, ea nonnisi de caussa praemissa aut inserta existimat, vt quasi viam ad tractandum argumentum palmarium patefacerent? Quid autem huic consilio profu-

tura

tura credimus ea, quae de primis christianorum hominum institutis narrantur? quid narrationem de violenta Stephani morte? quid Simonis magi praestigias? quid locupletiorem de Paullo in vincula coniecto, accusato, caussam suam orante expositionem? nonne multa alia addere in promtu erat, si id potissimum agebat Lucas? nonne apologias Paulli aliis prorsus argumentis instruxisset? Noli tamen opponere, si historiam de promulgata per Apostolos christiana doctrina componere animus fuisset, multa alia addenda fuisse, quae prorsus reticet auctor, mortem Petri etc. At qui potuit plura litteris tradere, quum plura ignoraret? vt qui probabiliter Act. 11, 26 a Paullo demum ad Christianismum admissus esset, multa, quae postea Hierosolymis forsitan audire potuisset, aut neglexisset, vt Paulli potissimum studiosus sodalis, aut, si vere perceperit, postea tamen quum haec scriberet oblitus esset, aut sibi proposuisset, nil afferre, praeter ea, quae in monumentis, vnde tanquam ex fontibus eum hausisse infra videbimus, consignata inuenerat, aut ex ore Paulli audiuerat, aut ipse viderat cognoueratque? Quin consideramus neutiquam perfecti Lucam omnibusque numeris absoluti historiographi, qualem Lucianus postulat, personam sustinere, neque id in hoc libro desiderari, quum non litteris mandaret opus publici iuris faciendum, sed commentarium modo in vsum Theophili contexeret, qui ei ad manus esset, in mentem reuocaret praeterita, et de veritate rerum gestarum conuinceret; id enim agere se, eo tendere, in his elaborare ipse Lucas disertissime profitetur Luc. 1, 4. 10). Proinde, si de certo aliquo fine

10) Iterato hic contendimus, prooemium illud Luc. 1, 1-4 ad nostrum librum, vt posteriorem commentarii partem, aeque pertinere, atque ad priorem: idem ergo

fine et consilio auctoris interrogeris, eum dicito, quo cognitionem nostram de eis, quae circa palmaria historiae Christianismi capita docemur, veriorem, firmiorem, certiorem reddere voluit, ἱνα ἐπιγνῶμεν περι ὧν κατηχηθημεν λογων την ἀσφαλειαν. Sed quum is communis omnium librorum historicorum, aut sacri codicis aut cuiuslibet alius probi cordatique auctoris, finis esse debeat, non est, quod de eo subtilius quaeramus.

Inscribitur autem hic liber, quem alteram commentarii de origine et incrementis Christianismi partem esse facile perspeximus, Πραξεις Αποστολων, *Acta* seu *Actus* (idem enim vtrumque denotat, nisi argutari velis) *Apostolorum*, titulo peruetusto haud dubie, quique et in versionibus a Graeca lingua prorsus dissonis expressus est [11]): de cuius tamen conue-

ergo in vtraque parte consilium. Quod si in altera certiorem quendam finem sibi scripsisset, haud dubie in praefatione illud paucis monuisset: nam quod disertiore ista mentione praemature auertisset legentium animos, vt opinatur S. V. PAULUS l. c. p. 10, equidem nullus video. — Iidem tamen, qui singularius aliquod consilium menti Lucae obuersatum esse, nunquam persuadebimur, haudquaquam negamus, et hanc de vniuersalismo doctrinam pluribus locis, haud secus quam par erat, elucere. — Laetissimus video, prorsus mecum consentire S. V. ZIEGLERUM, qui et ipse nullum vestigium in libro deprehendere se profitetur, aliud quid voluisse Lucam, quam continuare historiam priore commentario inchoatam. Vid. eius commentatio: *Ueber den Zweck, die Quellen und die Interpolationen der Apostelgeschichte*, in S. V. GABLERI ephemeridibus theologicis 1801, Stück 2, p. 125 sqq.

11) Vocem *euangelium* in 4 euangelistis retinent fere omnes versiones. Vocabulum πραξεις in hoc nostro

 libro

conuenientia multi addubitant, quia haudquaquam plenam omnium Apoſtolorum hiſtoriam exhibet, et de Petro quoque Pauloque qui in libro principes ſunt et quaſi coryphaei, quoniam plurimis rem chriſtianam acceſſionibus, ille apud Iudaeos hic apud gentiles, auxerant, plura reticet, quae aliunde nouimus (Galat. 1, 17. 18; 2, 9 ſqq.; 2 Cor. 11); plura autem alia prorſus omittit, quae deinceps multa noua et mirabilia proferens ſuppleuit traditio. Grotio quidem non facile ſuffragabimur, qui vocibus Πραξεις των Αποστολων non niſi res geſtas duorum illorum Petri et Paulli comprehenſas eſſe aſſeuerat, vtpote qui eminentiore ſenſu apoſtolorum nomine ſalutari digni fuerint. Omnes potius, qui Apoſtolorum nomine venire ſolent, titulo indicatos eſſe exiſtimare licet: nam in fronte libri ſtatim orditur ab adumbranda totius collegii apoſtolici facie, vt collectum antea a Chriſto, poſt eius abitum concordia vnanimique animorum conſenſu, accedente ſplendidiſſimo illo phaenomeno, denuo conſtitutum, firmatum, auctum, arctiorique copula iunctum ſit. Et quamuis Petri in primis Paulliqne dicta factaque enunciat, quod neque ipſum praeter naturam accidit, ſiquidem rei chriſtianae incrementis illi vt plurimum profuere, aliorum tamen apoſtolorum de quibus pauciora Lucae innotuerant, mentio neutiquam praetermittitur cap. 2, 43; 3, 1; 4, 33; 5, 12. 18 ſqq.; 6, 2; 8, 14; 9, 27; 11, 1; 12, 2. 17; cap. 15 etc.

libro Verſſ. Syra, Arab. Copt. At verſiones Armenica, Aethiop. Latinae etc. in ſuam quaeuis linguam transtulere. Alias enim et noſtra vernacula lingua loqueremur *von einer Praxis der Apoſtel*, ſicuti *von den Evangelien*. Innuit vox πραξεις res geſtas, quo ſenſu apud Polybium ſaepe occurrit, minus recte ab aliis explicatur *commentarius*, *tractatus*.

15 etc. Maiori tamen iure libro titulum suum vindicabimus, si voce Αποστολων eum non τους δωδεκα solum complecti dicamus, sed et omnes eorum discipulos comitesque, qui in promulgando euangelio sollertiorem operam nauarunt (haud insolito exemplo, Rom. 16, 7; 1 Cor. 4, 9 coll. 6 et in ipso libro nostro c. 14, 14. 4); vocem πραξεις autem non plenam indicare existimemus vitam resque gestas omnes (biographiam vocant), sed facta tantummodo quae notiora magisque obuia fuerunt, (non: *die Begebenheiten*, sed *Begebenheiten*): vere enim inuenimus in libro eiusmodi πραξεις, mentionemque non solum Petri et Paulli, sed et diaconorum c. 6, 5, Stephani c. 6 et 7; Philippi c. 8; Barnabae c. 9 sqq. Ioannis Marci c. 12, 25; 13, 6; Silae vel Siluani c. 15 sqq.; Apollûs c. 18, 24 (cf. 1 Cor. 4, 9 coll. 6); Aquilae et Priscillae c. 18, 2. 26 (Cf. Rom. 16, 3 coll. 7) etc. Quibus quidem rationibus si iunxeris ea, quae de scriptis monumentis, vnde hausit Lucas, mox afferemus, quorum aliquod eiusmodi titulum in fronte forsitan gesserat, non iam amplius hoc titulo offenderis [12].

Sed maioris momenti quaestio instat, de auctoris *fide historica*, de qua grauissima re ita commodissime disputabitur, vt, sicuti fieri solet, vera narrare et *potuisse* auctorem et *voluisse* euictum demus.

Quod ad *primum* illud attinet, disquirendum ante omnia erit de *fontibus*, vnde hauserit Lucas [13], quos

B 2

12) Potest etiam titulo πραξεις των Αποστολων metonymice (caussae pro effectu) indicari *promulgatio euangelii*: id enim erat, quo tendebant omnia Apostolorum conamina.

13) Vid. prolusionem supra laudatam: "de fontibus commentariorum sacrorum, quae Lucae nomen praeferunt"

quos non eosdem, ſed admodum varios fuiſſe ex vario dictionis genere diuerſoque ſcribendi colore in variis libri partibus conſpicuo primo intuitu illuceſcet. Omnia autem, quae tradit Lucas, vt breviter complectar, vel ab aliis monumentis, quae litteris iam mandata erant, mutuatus eſt, vel ex ore aliorum enarrat, vel ea recenſet, quae conſpexit, quibusque interfuit ipſe, de quibus ſingulis age vberius iam exponamus.

Extitiſſe ergo iam ante Lucam monumenta de eis quae poſt Chriſti fata acciderant, chartis inſcripta, diſerte affirmamus. Siquidem, ſi prologum illum Luc. 1, 1—4 ad omnem in vtroque commentario perductam hiſtoriam pertinere recte ſupra ſtatuimus, ex v. 1 illico apparebit, *multos* iam aggreſſos eſſe recenſum dare factorum rei chriſtianae memorabilium (εν ἡμιν, i. e. noſtro tempore, ergo et poſt Chriſtum [14])), Lucamque omnes hos auctores curate et ſollerter inueſtigare (παρακολουθειν πασιν ακριβως ανωθεν (a capite vsque ad calcem) ſecum ſtatuiſſe v. 3. Adde quod ex libro noſtro ipſo ſatis clara paſſim emergunt indicia, quae ſcripta quaedam ante oculos habuiſſe Lucam arguant [15]), neque iam de re euidentiſſima dubitabis. Quot tamen et qualia

runt" a *Königsmann*, Alton. 1798. et commentationem illam *Ziegleri*, quam ex *Gableri* ephemerid. theolog. 1801, 2 ſupra adduximus: *Ueber den Zweck, die Quellen etc. der Ap. Geſch.* Cf. *Bolten* in prolegom. ad verſ. vernac. libri.

14) Cf. *Ziegler* l. c. p. 138, qui et ipſe a vero abhorrere ſuſpicatur, de Chriſto ipſo ſolo ſcripta cumulaſſe iſtam aetatem, de Petri autem etc. meritis prorſus conticuiſſe.

15) Veluti c. 4, 6; c. 7; c. 9, 19 coll. 23 (vid. ad iſt. loc.); c. 12, 13; c. 15. vid. *Ziegler* l. c.

qualia fuerint illa monumenta, quo idiomate consignata, num Syriaco, Aramaeo an Graeco, quo titulo vulgata, quousque a Luca excerpta etc. de his quidem non certissime, sed ex coniecturarum tantummodo vmbris poterit disquiri. Non tamen sine aliqua veri specie affirmauerimus, inter antiqua illa documenta, quae expresserit Lucas, eadem quoque fuisse, quae postea, variis accessionibus, aucta et locupletata, sub titulo Κηρυγμα Πετρου et Πραξεις Πετρου ferebantur, vnde et perspicuum fit, cur de Petro praesertim in prima libri parte exponat auctor, Petrique tantummodo orationes inserat [16]. Sed praeter haec documenta haud improbabili ratione aliunde quoque hausisse videtur auctor, siquidem inde a cap. 6 alia rerum facies inducitur; alia rursus c. 8, 3—9, 31 etc.

Atque hic, ni nimium forsan coniecturis indulsisse quibusdam videamur, haec ferme non sine aliqua veri specie effici posse existimemus;

Ante oculos habens Lucas documentum illud, quod Πραξεις Πετρου inscribebatur, exprimere quidem inde statuit res narratione pertexendas, non tamen nudam rerum expositionem repetere atque verbum verbo reddere fidus interpres, sed elaborare id documentum, omittere quaedam [17]), alia aliunde

16) Vid. copiosius de his differentem S. V. *Ziegleum* l. c. p. 138 - 149.

17) Quod si omnia, quae in monumento illo continebantur, exprimere animus L. fuit, consequitur, haec isto libro contenta fuisse; 1) electionem Matthiae in proditoris Iudae locum sufficiendi c. 1, 15 - fin. 2) phaenomenon pentecostale etc. c. 2. 3) sanationem claudi, et, quae subsequuta sunt, accusationes, apologias

aliunde comperta ſuo quaeuis loco inſerere, iudicium ſuum interponere, omnemque narrationem ſuam facere, ſimulque exhibere eam ornatiorem Graecisque auribus blandiorem [18]). In quo conſilio exſequendo ita ferme verſatur:

1)

logias etc. c. 3. 4. 5. Verbo: merita Petri de commendanda *Hieroſolymitanis* doctrina Chriſt. 4) eiusdem Petri itinera ad commendandum et in *caetera Palaeſtina extra vrbem* chriſtianismum, et quidem a) Samariam c. 8, 9 – 25; b) Lyddam c. 9, 32 – 35; c) Ioppen, c. 9, 36 - fin; d) Caeſaream c. 10; e) reditum in vrbem c. 11. 5) grauiſſimum vitae periculum, fugamque Hieroſolymis in alium locum ſuſceptam. c. 12. Hic autem conticuiſſe videntur illa Acta Petri.

18) Nam ſicuti omnis auctoris noſtri dictio omnino purioris Graeciae genium propius accedit, ita et ibi, vbi ex documentis Aramaicis etc. transtulit narrationem, ſibi conſtat, declinatque multos Hebraismorum ſcopulos, in quos alii Helleniſtici interpretes, v. c. LXX vbique locorum incurrunt. Non quidem omnes: nam ex Aramaicis haec, de quibus loquimur, verſa eſſe, ſatis clara indicia adſunt, v. c. και εν ταις ἡμ. ταυτ. 1, 15; cf. 12, 1; εν μεσῳ, 1, 15; δια στομ. Δ. 1, 16; pleonasmus vocis κληρος, 1, 17. 25; ονομα, 3, 16; repetitio vocis και in ſingulis 4 verſibus c. 2 (non ita 1, 6. 7), pleonasmus ille Hebr. 2, 14; κατα προσωπ. Πιλ. 3, 13; απο προσ. Κυρ. 3, 19; εγενετο, c. 4, 5: repetitio εν τουτῳ 4, 10 cf. 1, 21; απειλῃ απειλησ. 4, 17; εθου εν καρδια, 5, 4 etc. etc. etc. Elegantiorem tamen Graeciam non ſolum in eis, in quibus ex ſe loquitur (c. 1. 1 - 14), ſed et ibi, vbi alia vertit, paſſim ſatis clare conſpicies, vt 2, 12 τι αν θελοι etc. 12, 18 τι αρα ὁ Πετρ. εγεν. tum potiſſimum ex creberrimo vſu particularum μεν, γε, μεν ουν, quas Helleniſticis Aramaicorum documentorum translatoribus prorſus inauditas prae caeteris adamaſſe videtur: ita particula γε c. 2, 18 neque in Ioele eſt, neque in LXX: neque Petrus, neque illius documenti auctor eam adhibuiſſe putandus eſt. Niſi fallor, ſtudium hoc

effu-

1) Cap. 1, 1—14 de suo auspicatur Lucas, repetendis copiosiusque euoluendis eis, quae iam ad calcem primi voluminis breuiter attigerat; iungitque ita commodissime et attexit telam abruptam. At

2) Cap. 1, 16 infit documentum illud, quod Acta Petri continens elaborauit auctor noster, et in praesens vsque ad c. 5, fin. perducitur, ita tamen, vt multa variaque inferantur, quae aliunde comperta habebat Lucas, atque ad illustrandas narratas res profutura existimabat. Siquidem

a) Cap. 2, 42 — 47, quum modo memorasset, ter mille hominum transiisse iam ad christianum sodalitium, conueniens rei argumento ducit, intexere nonnulla circa vitam mores et instituta, quibus parua illa respublica recta et moderata fuerit. Quo facto, continuatis cap. 3 et 4, 31 Actis Petri,

b) C. 4, 32 sqq. similia inferit ad illustrandam historiam Ananiae, quam et ipsam in Actis Petri inuenerat memoriaque dignam iudicauerat.

Caeterum ea, quae de primis christianorum hominum institutis agunt, ex scriptis monumentis Lucam expressisse non crediderim equidem, siquidem nonnisi facta resque gestae fere consignari litteris et quasi in annales referri solebant, eiusmodi autem obseruationes, quae de legibus et institutis agunt, multo rarius lit-

effugiendorum Hebraismorum in initio expressi huius documenti non tam intentum fuisse videtur, quam in progressu et circa finem: rariores saltem postea occurrere Hebraismi videntur, quam in fronte: neque hoc secus, quam par erat, accidit.

teris mandabantur. Itaque de ſuo haec addidiſſe, prout Hieroſolymis etc. ea audiuerat Lucas rectius exiſtimabitur. Idem Lucas

c) C. 5, 12 — 16 alia gloſſematis inſtar de ſuo addidiſſe videtur, vt, quanta vi Apoſtoli polluerint, quantaque reuerentia eos ſuſpexerint homines, patefaceret. Caetera autem, quae interpretamenti cauſſa paſsim adſpergit, vt 1, 18. 19; 5, 26 etc. h. l. non omnia enumerata ſiſtimus, quia elaboraturus documentum illud et quaſi ſuum facturus auctor creberrime ad eiusmodi gloſſas delabi poteſt: de eis ergo ſingulis ſuis locis rectius breuiſſime monebitur.

Tali modo quum ad c. 6 vsque Acta Petri loquuti eſſent, conticeſcunt paullisper, aliaque ſcena inſtruitur. Excipit enim

3) Cap. 6 — C. 8, 3 narratio de vita et morte Stephani, neutiquam ex eodem monumento expreſſa illa quidem, ſed probabiliter ex alio documento longe diuerſo reddita, quod lingua Graeca ſeu Helleniſtica conſignatum erat ab auctore aliquo, qui orationem Stephani aut ſtatim ex loquentis ore calamo exceperat, aut eandem poſtea, prout memoria ſuppetebat, in chartam coniecerat elaboraueratque, praemiſſis eis, quae ad illuſtrandam rem de Stephano odiis petito, accuſato etc. praemonenda fuerant. Sed de hoc documento pluribus agemus in Excurſu, de oratione Stephani luculentius expoſituro. Id tantummodo monemus, in hoc documento exprimendo voces illas Σαυλος ην συνευδοκων c. 8, 1 de ſuo addidiſſe Lucam, quo commodius et haec ſequentibus iungeretur oratio. Namque inde a

4)

4) Cap. 8, 3 aliam faciem res gignit, narraturque quantis persecutionibus per Saulum afflicta sit christiana res, quam laetis nihilosecius tamen incrementis effloruerit, laetissimis tamen, quum, mirabile dictu, formidatissimus ille hostis ad Christi castra transierit ipse. Perducitur autem haec narratio, quae grauissimam primorum 12 libri nostri capitum partem efficit, fere vsque ad c. 12, fin. atque simul cum Actis Petri, quae iterum in lucem prodeunt pari gressu procedit, vt, quae vtrinque narrat Lucas, alternis vicibus sequantur se et excipiant; atque, prout aut rei argumentique ratio, aut temporum ordo postulabat, modo Acta Petri legamus, modo de incrementis christianae doctrinae exponentem Lucam audiamus.

Quae quidem vnde hauserit Lucas, incertum est. Ex Actis Petri quidem vix poterat mutuari. Sed proxime est fidem, ex ipsius Paulli ore ea percepta fuisse a Luca, qui familiarissimam tum in itinere tum in vinculis Romanis cum Apostolo inierat consuetudinem. Namque quum ad historiam rei christianae accingere se Lucam cerneret Paullus, grauissimam eius historiae personam se ipsum esse ratus, narrauit Lucae, quanta contentione primitus infectatus sit ecclesiam, quam mirabili tamen modo ad Christi ciuitatem transuectus fuerit et ipse, quantis incrementis iam, se adhuc christiani nominis hoste, per alios, quum maioribus autem postea per se res christiana adaucta sit: atque ea omnia scribendis commentariis intexenda permisit — Haec autem narratio in praesens quidem tenditur a

Cap. 8, 3 — c. 9, 31. (si c. 8, 9 — 25 exceperis), in quibus narrantur tum incrementa rei christianae,

quae nullis perſecutionibus infracta, tanquam ſub pondere palma creuit, tum conuerſio Paulli ipſius.

In quibus exponendis memorantur etiam Philippi diaconi circa propagandam Chriſti doctrinam merita, quae et ipſa ex eiusdem Paulli ore probe cognita Lucae eſſe potuerant, ſiquidem Paullus, Stephani grauiſſimus aduerſarius, et Philippi diaconi, collegae Stephani, aduerſarium ſe geſſerat, quia eandem is doctrinam commendauerat, quam commendauerat propagaturusue vlterius fuiſſet et Stephanus, ni praematura morte fuiſſet interceptus. Accuratiſſime ergo, ſi ſibi conſtare voluit, obſeruanda Paullo et cuſtodienda erant etiam Philippi conamina, ſucceſſusque, quae quum bene perſpecta haberet ipſe, et Lucae amico aliis narratione tradenda ſuggerere potuit facillime. Huic autem de Philippi κατορθώμασι narrationi inſeruntur nonnulla ex Actis Petri, quae hic iam in lucem denuo prodire videntur, et quidem

5) Cap. 8, 9 — 25. Siquidem quum Philippi diaconi mentionem feciſſet, atque et in Actis Petri legiſſet, confirmaſſe Petrum Samaritanos a Philippo conuerſos, ea, quae huc faciebant ex Actis Petri intexit, ſed tam ſcite annectit, vt vix in oculos incurrat tranſitus ab eis quae a Paullo audiuerat, ad ea, quae ex ſcriptis exprimebat. Mihi ſaltem ita res comparata fuiſſe videtur. Quod ſi tamen ob ſolam Petrini nominis commemorationem ex Actis Petri expreſſa ea eſſe, ſtatuere haeſitaueris, nil moramur, largimurque facile, et haec e Paulli ore cognita habere potuiſſe Lucam, ſiquidem is Paullus, hoſtis adhuc et aduerſarius chriſtiani nominis, ſicuti omnes rei chriſtianae praecones, ita et Petrum, acerrimum eius vindicem probe cognitum habebat, et ſollerter cuſto-

custodiebat. Attamen et hanc narrationem ex Actis Petrinis expressam esse, prope fidem mihi videtur. Verum vt ea pro certo affirmare non ausim, ita, quum c. 8, 26 – c. 9, 31 processisset narratis, c. 8, 3 exorsa,

6) Cap. 9, 32 sqq. manifestissime Acta Petri denuo loqui apparet. Ibi Petrus non Hierosolymis solum se continet, sed et extra vrbem christianae doctrinae praeconium profert, atque Lyddae, Ioppae, Caesareae quum eam commendasset, Hierosolymam reuertitur. At, his vsque ad c. 11, 18 perductis,

7) Cap. 11, 19 – 30 eadem continuantur, de quibus sub nro 4 disputatum est. Quod si Lucam Antiochia oriundum fuisse existimamus, multa hic poterat praesens videre atque experiri. Sin minus, et haec a Paullo auditu accepit:

8) Cap. 12 ad Acta Petri reuocare non dubitabimus, siquidem narratur summum periculum, quod Petri capiti imminebat: Nam quae de Iacobi nece praemittuntur, nonnisi introducendi argumenti caussa anteposita sunt, sicuti, quae v. 20 — 23 leguntur, aliunde forsan a Luca addita, poenam debitam, quam luerit Herodes, enarrant. Tandem

9) Cap. 12, 24. 25 ad eadem pertinent, ad quae nro 4 et 7 pertinere diximus.

Iam conticescit historia Petri; et forsan documentum illud, quod Acta Petri inscriptum erat, nonnisi vsque ad fugam illam persequebatur Apostoli historiam, quam Hierosolymis alium in locum suscepisse legitur c. 12, 17. Hinc iam de Petro nil vlterius affert Lucas, quamuis eidem plura cognitu non indigna forsan postea acciderant, vel quia exaruerant fontes, e quibus adhuc hauserat (nam quae c. 15 de Petro denuo affert, ex ore Paulli indubie habuit,

habuit), vel quia facta Paulli excellentiora effectuque longe potiora subsequebantur, et meritorum Petrinorum memoriam oblitterabant. Proinde omnia alia missa faciens totus in eo est, vt

10) Cap. 13 sqq. Pauli circa doctrinam Christianam merita extollat. Iam alia prorsus scena instruitur. Prodit hinc summus quasi epici carminis heros, de quo quae iam antea exposuerat, nonnisi infantiam summi Apostoli oculis obiiciebant, qui tamen iam vigore florens summoque christianae caussae agendae studio et ardore efferuescens concitati fluminis instar fertur, maiuraque perpetrat, quam caeteri Apostoli omnes. Quae hinc narrantur, haudquaquam aeque ac priora plurima ex scriptis monumentis concinnata sunt (neque enim aderant aut adesse poterant πραξεις Παυλου in tabulas relatae sicuti Πετρου); sed iam res sui aeui percenset, quas aut ipse gestas viderat, siquidem perpetuus Paulo in eius itineribus comes adhaesit et sodalis, id quod ex prima persona pluralis, qua inde a C. 16, 10 vtitur, apparet [19]), aut ab eis,

19) Mirari tamen hic subit, Lucam in antecedentibus quidem inde a c. 13 in persona tertia loqui, nullaque mentione facta, qua ratione societati Apostolorum gentes inuisentium iunctus sit ipse, subito c. 16, 10 tanquam Deum ex machina adesse, mox disparere et c. 20, 6 denuo praesentem esse. Id quidem inde certissime colligitur, omnibus, quae inde a cap. 13 narrantur, neutiquam interfuisse Lucam, sed per varias itinerum vicissitudines modo negotiis districtum modo solutum nunc adfuisse Paullo, nunc ab eo discessisse. Quod autem has vicissitudines non diserte attulerit auctor, ex eius modestia explicant, quae ex omni eius libro, in quo de se ipso, sua ad Christianismum conuersione nimia eloqui erubuerit, eluceat. Id quidem nemo dicet, Lucam negligentiori ordine personam suam pro lubitu modo expressisse,

eis, qui ea gesserant, αυτοπταις και υπηρεταις του λογου (Luc. 1, 2) auditu perceperat. Atque hic proxime fidem est, Lucam ea, quae per magnum illud ad gentes iter etc. impigro illi Apostolorum sodalitio vel aduersa vel secunda acciderant, festinante calamo excepisse, atque ex his ephemeridibus, patrio forsan sermone in chartam coniectis, postea, vbi plus otii datum erat, concinnasse ea, quae de incrementis rei christianae per Paullum allatis inde a cap. 13 percenset. Nam quibus forsan ipse non interfuit, c. 13 — c. 16, 10; c. 17 — c. 20, 6, ea a Paullo ipso indubie auditu percepit, sicuti assolent amici ad tempus diremti, sibique postea redditi sciscitari, quid per illud temporis interuallum eis acciderit, percepitque eo locupletiora, quia litteris ea ab amico Luca mandanda non ignorabat Paullus, qui forsan et ipse in ephemerides ea coniecerat publici deinceps iuris faciendas, iam autem, vt solent amici, amico Lucae tradiderat, in vsum suum conuertenda, iungendaque eis, quae sub titulo Πραξεις Αποστολων conscribere coeperat. Illa autem, quae de concilio illo Hierosolymitano c. 15 narrantur, si et ipsa iam antea litteris consignata fuisse statuamus, sicuti credere fas est, et hocce exemplum scriptum Paullus in conscribendi libri vsum tradidisse Lucae existimabitur.

Atque quo facilius, quae de variis fontibus, vnde hauserit Lucas, adhuc disputauimus, illucesant et vno quasi obtutu perlustrari queant, fontes istos, ordine suo dispositos sequenti tabella lectoribus ob oculos ponere iuuat:

Lucas

pressisse, modo reticuisse. Sollertissimum potius eum in apponendis his et religiosissimum videmus: Cap. 16, 17 adhuc adest και ημιν: at statim v. 18, quum a Paullo etc. vi diremtus esset, suae personae mentionem nullam amplius facit.

Lucas

1. Quibus ipſe interfuit, αυτοπτης ipſe.	2. Quae ab aliis αυτοπταις proxime auditu percepit.
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	— — —
— — —	Cap. 8, 3 — 8
— — —	— — —
— — —	Cap. 8, 26 — 9, 31
— — —	— — —
Forſan C. 11, 19 — fin.	Cap. 11, 19 — fin.
— — —	— — —
Forſan C. 12. 24. 25	Cap. 12, 24. 25
Cap. 13, 1 — 3	Cap. 13, inde a v. 1 ſeu v. 4 — C. 14, 26 ſeu C. 14, 28
Forſan C. 14, 26 — 28	
— — —	— — —
Forſan C. 15, 35 — 39	Cap. 15, 35 — 16, 9
Cap. 16, 10 — fin.	— — —
— — —	Cap. 17 — Cap. 20, 5
Cap. 20, 6 — fin. libri.	— — —

enarrat ea,

3. Quae ex Actis Petri,	4. Quae ex aliis forſan ſcriptis monumentis exprimit.	5. Quae ipſe aliunde comperta de ſuo addit.
		Huc pertinent praeter multos locos in quibus paſſim gloſſemata ſua addit
— — —	— — —	Cap. 1, 1 — 14
Cap. 1, 16 — 2, 41	— — —	— — —
— — —	— — —	Cap. 2, 42 — 47
Cap. 3, 1 — 4, 31	— — —	— — —
— — —	— — —	Cap. 3, 32 — fin.
Cap. 5, 1 — 11	— — —	— — —
— — —	— — —	Cap. 5, 12 — 16
Cap. 5, 17 — fin.	Cap. 6 — 8, 2	— — —
— — —	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —
Cap. 8, 9 — 25	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —
Cap. 9, 32 — C. 11, 18	— — —	— — —
— — —		
Cap. 12, 1 — 17	— — —	— — —
Forte et — v. 23	— — —	Forte C. 12, 18 ſeu 19 — 23
— — —	— — —	— — —
— — —	Cap. 15, 1 — 34	— — —
— — —	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —

Tali

Tali ergo copia apparatuque instructus Lucas hunccce commentarium contexuit, et cuncta simul ex temporum ordine bene disposita tam scite sibi iungere, rite attemperare, et quasi sua facere calluit, vt via, qua ab alio ad aliud transitur, plana vbiuis fere inueniatur, neque vbique locorum animaduertat lector, ex variis documentis hausta esse omnia. Atque sicuti priori commentario, quem ex alio documento, quod *euangelium* inscribebatur, expresserat, et ipsi euangelii titulus haesit, ita hic posterior, cuius prior pars ad documentum quod Πραξεις Petri aut similiter erat inscriptum, efformata est, et ipse retinuit titulum Πραξεις non tamen vnius alteriusue Apostoli solius, sed Apostolorum omnino. Nullam sane aliam rationem satis idoneam videmus, quamobrem eiusdem operis prior particula euangelii, posterior, πραξεων nomine nuncupanda sit.

Vidimus auctorem omnibus, quae ad consignandam historiam veram fideque dignam desiderantur, instrumentis benigne ornatum, cuius fides, quum ipse rebus gerendis interfuerit, in parte saltem libri summum gradum ita attingit, vt neminem iam, num vera ab eo proferri *potuerint*, haesitaturum arbitrer. Restat, vt nec *voluisse* minus vera enunciare euincatur, id quod breuioribus expedire licebit.

Nemo facile id in dubium vocabit, siquidem nullae omnino temporum locorumue opportunitates suadebant, falsa pro veris venditare. En ingenuum eius animi candorem, vbique conspicuum! en modestiam de se ipso reticentem potius illa ipsa quoque, quae scire nobis non iniucundum fuisset, quam inanibus sui laudibus personantem! en religionem,

gloriam, qua singulas rerum minutias, quas quidem cognitas habebat et compertas, intexere allaborat, en sedulam industriam, qua cauere annititur, ne lectores illis rebus gestis ipsum interfuisse falso credant, quibus non interfuit (lege illud τῳ Παυλῳ και ἡμιν c. 16, 17 et mox v. 19 τον Παυλον και τον Σιλαν), en denique sinceritatem illam, qua absque inuidia et liuore, sine risu et cauillatione morbis, quibus sanandis vacabat ipse, miraculosam medicinam adhibitam esse ab Apostolis ingenue profitetur: neque vllus iam de bona vera dicendi voluntate dubitandi locus superesit.

Nil tamen haec prohibent, quo minus ex sui aeui sententia cogitandique et iudicandi ratione pleraque allata dicamus, de quibus nos quidem, aliis opinionibus innutriti, aliud sane suffragium tulissemus; siquidem multa in miraculorum numero haberi velle videtur, quae secundum quotidianas naturae leges accidisse rectius existimaueris: immo hoc ipsum fidem auctoris cum primis arguit, qui tum demum vere suo tempore, et cum fide et simplicitate scripsisse putabitur, si genium et colorem, qui cuilibet aetati proprius quidam adhaeret et suus, sincerum, nulloque meretricio fuco extrinsecus illito corruptum oculis spectandum tradit [20]. Ea ergo

20) De miraculis, quae in Act. Ap. occurrunt, in Excursu exponemus. — Caeterum dignissima lectu sunt, quae in hanc rem habentur apud S. V. *Thiess* in vers. vernac. "*Lucas Apostelgesch. neu übersetzt mit Anmerk.; Einleit. u. pract. Commentar.*" Lips. 1800, quae, licet limitibus suis circumscripta lubenter agnoscuntur, longius tamen videntur procedere: "*Eine Apostelgeschichte, zu ihrer Zeit geschrieben, und zu unsrer Zeit geprüft, ist gewissermaassen „ein ganz andres Werk. — Kein Historiker, wenn „er*

ergo rerum enarratarum a rebus, quae nostra aetate accidere solent, discrepantia tantum absit, vt auctoris nostri fidem conuellat aut infringat, vt potius muniat eam validiorique quasi praesidio tueatur.

Haud magis a certa nostra de fide auctoris historica persuasione deiicimur quaestione alius generis, quam hic intulerunt nonnulli: num et quatenus *orationes*, quae satis multae in libro nostro adsunt, vere et ad verbum ita habitae sint, nec ne? Latius autem patet haec quaestio, poteritque transferri ad multa alia: namque, etiamsi cum orationibus in Liuio, Thucydide etc. aliter quodammodo comparatum sit, ad Iesu tamen orationes et verba, quae in euangelistis, Iohanne maxime prostant, aut si de hoc libro nostro solum quaesiueris, ad epistolas illas Actor. 23, 26. ad accusationem Act. 24, 3, ad colloquia P. cum Festo et Agrippa etc., ad omnia denique loca, in quibus loquens quis inducitur, adhibebitur. De qua re quo verius disputetur, sedulo secernendae videntur illae orationes etc., quae aliunde mutuatus auctor Capitibus 1 — 13 inseruit ab eis, quae in posteriori libro occurrunt.

In

„*er nicht ein Chronikenschreiber ist, erzählt bloss, „er dichtet, freylich ohne zu erdichten. Un„möglich, dass der Geschichtschreiber, zumahlen „wenn er sehr glaubwillig ist, keine Irrung began„gen, keinen Irrthum veranlasst hat. Ein Versuch „der Apostelgeschichte, von einem Schüler der Apo„stel, mit ungeübter Hand oder flüchtiger Feder „entworfen, kann kein Buch seyn, welches einen „denkenden Leser unsrer Zeit befriedigt.*" Abstineo a copiosiore huius argumenti diiudicatione, quia latius patet quaestio, neque hoc suo loco commode euoluitur.

In illa quidem parte priore, si a colloquiis quibusdam breuioribusque enunciationibus, quae ab hoc illoue profectae leguntur, recesseris, eminent ante alia orationes Petri et illa Stephani, quibus et addi potest oratio Gamalielis, c. 5, 34 — 39. Et illas quidem haud dubie in antiquiore illo documento, quod expressit Lucas, consignatas iam reperiebat, Stephanianam autem aliunde traditam esse Lucae, supra suspicati sumus. Neque negauerim, in istis rei christianae primordiis, in quae cadunt istae orationes, vbi omnes res, vel minimae, maioris et quasi sanctioris momenti videbantur, quouis modo curasse scriptores, vt, quam fieri poterat, paucissima interirent, adeoque et orationes istas ita expressisse, vt ad formam, qua habitae erant, proxime accederent.

Verum haudquaquam ad singulos verborum apices vsque orationes redditas existimauerim, nullo modo, quo pacto id effici potuerit, perspiciens; siquidem eos sermones studio antea et arte ab auctoribus fuisse elaboratos suspicari velle, dubium et anceps, calamo autem a praesentium aliquo exceptos, absurdum foret; ex eis tamen, quae soli memoriae creduntur, perire facillime res minoris momenti et oblitterari solent.

Sed vt et in his orationibus studio aliquid et labori eorum, qui ad rerum personarumque opportunitates eas effinxerunt, tribuendum esse persuasi sumus, ita de eis quae inde a capite 13 leguntur si quaeras, Lucae et Paulli ingenio longe plurima deberi equidem asseuerauerim. Praeterierant iam tempora, in quibus singulis vocibus inesse sancti aliquid et diuini videbatur: non iam eadem religione seruabantur singula verba; nec, si id agebant,

C 2 video,

video, quo pacto ad Lucam transire potuerint omnia. Fac enim multis orationibus a Paullo habitis praesentem adfuisse Lucam, eas autem, quibus non interfuit, a iunctissimo sibi sodale accepisse (cap. 13; 17 caet.): num has a Paullo elaboratas litterisque consignatas traditas Lucae fuisse putabimus, quas commentario suo intexeret, illis autem adstitisse Lucam, atque in tanta audientium turba et multitudine festinante calamo eas in litteras retulisse? Quid cogitari potest a vero magis alienum? ecquis amicis narrans, quae aliis quondam dixerit, singulis verbis pressius insistit? aut qui possunt memoriae inhaerere singuli sermones, quibus hac illaue data opportunitate vsi sumus? [21])

Quod si tamen argumenta orationum, quae nota erant, a Luca expressa et ad suum ingenium efficta esse statuamus, conseruatis passim singulis verbis momentisque, quae ab oratoribus profecta memoria adhuc recoluerat, melius omnia et ad ipsius humanae naturae leges accommodatius procedent. Atque quae de Thucydide, Liuio aliisque veteris historiae auctoribus clarissimis Graecis, Romanis, Iudaicisque iure meritoque suspicamur, quidni eadem de sacri

21) Semper quidem istiusmodi quaestiones inutiles mihi visae sunt et otiosae, tam in auctoribus Graecis et Romanis, quam in libris sacris: sed non praetermittendas putaui, quia et in hoc nostro libro eae saepius illatae sunt. Quas autem illae mouerunt difficultates! quam dura et contorta sunt, quibus, qua via haec illaue oratio ad Lucam peruenire potuerit, demonstrant! Vide e. gr. quae de Stephani oratione hunc in finem exputat Cel. KRAUSE. Commentatio in historiam atque orationem Stephani protomartyris Act. VI et VII Gotting. 1780, inde a p. 39, maxime p. 41.

ſacri codicis hiſtoriographis aſſeueramus? 22) quidni et Lucam eadem via inceſſiſſe dicimus, eoque maiore laude inceſſiſſe, quod mira quadam arte et induſtria, quam nolimus inuidioſo ſophiamatum nomine inſectari, ad eius, qui loquitur, cogitandi dicendique modum orationes omnes ſapienter attemperat, ſuoque quamlibet quaſi colore imbuit? Quantopere enim differt verba faciens Petrus a Paullo? ille quidem Hebraismorum tumore, laudatorum e V. T. locorum abundante farragine, anacoluthorum aliarumque ſermonis aſperitatum ſalebris inhorrens, hic ſubtilior, doctior, exquiſitior? quantum et inter eiusdem auctoris ſermones diſcrimen? quam diuerſum dicendi genus ſequitur Paullus, aliter in Iudaeorum ſynagoga c. 13, aliter pro

 populi

22) In ſcriptoribus Iudaicis ſane, iisque, qui ad Lucae aeuum proxime accedunt, e. gr. Ioſepho, multae orationes exhibentur, quae ipſiſſimis verbis haberi prorſus non potuerunt, veluti, vt exemplo vtar, illa Ioſephi ipſius, illaque Eleazari, quae Bell. Iud. Lib. VI proſtant. Sed iſtius aeui mos, in hiſtoriis conſcribendis orationes arte et ingenio ita efformandi, ſicuti habiturus eas fuiſſet auctor ipſe, iisque elaborandis ingenium exercendi, manifeſtiſſimis indiciis elucet e libro de Maccabaeis, qui, a ſcriptore quodam Helleniſtico iuueni exercitii cauſſa elaboratus, falſo ſub Ioſephi nomine fertur. Cuius quidem libri auctor ad aeui ſui morem orationes effingere et ipſe conatur, nondum tamen in arte ſua bene verſatus, in ambiguo relinquit, qua oratione vſi ſint quos loquentes inducit. Ita Cap. 8 (p. 1092. edit. Aurel. Allobr. 1611) habet: *ποιοις αν εχρησαντο λογοις; ουχι τουτοις;* — et cap. 16 p. 1099) de matre: *Και ισως ταυτα αν ειπε.* De epiſtola illa Lyſiae ad Felicem Act. 23, 26 aliisque idem valere ſupra diximus. Hanc autem compoſuit Lucas, non Lyſias: neque enim is admiſſurus fuiſſet Hebraismum *τον ανδρα — εξειλομην αυτον.*

populi concione c. 22, aliter coram procuratore c. 24, aliter ante Agippae regis faciem, aliter denique Athenis in Areopago verba faciens? quam alia omnia in oratione Gamalielis c. 5, Stephani c. 7, Tertulli c. 24? Profecto si suo ingenio orationes ad mentem eorum, qui loquuti esse dicuntur, composuisse, forte et illas, quas in antiquioribus illis monumentis consignatas inuenerat, aliter formasse Lucam recte statuimus, bene illum et conuenientissime in hac re processisse dicemus, nec quidquam facile commisisse, quod a veritate alienum videbatur [23]).

Sed nolumus longius ad huiusmodi quaestiones exspatiari. Videamus iam de *vsu* et *praestantia* libri nostri, ingenio, indole ac dictione, *auctoritateque*, qua in prima ecclesia inualuit, *canonica*. Inter omnia N. T. monumenta Acta Apostolorum praecipuum aliquem et insigniorem locum occupare iure meritoque dixeris. Ecquis enim non gestiet, intueri hic ac contemplari prima Christianismi quasi incunabula? quem non iuuabit, bonam caussam, cui post Christi e terris discessum ob Iudaeorum inuidiam omnia metuenda erant, annuente praesentiori numine, cernere omnibus aduersariis superiorem, laetius indies efflorescentem, reclusa praeconibus diuinis per magnificens illud phaenomenon sanctissima adyta, iamque nullis minis infractam eorum constantiam, omnes aduersariorum impetus retusos, vbique

23) Quanto longius a fide verique similitudine deflectunt ipsorum classicorum historiographorum permulti? Ecquis ferat e. gr. Tacitum, scriptorem caeteroquin omni laude maiorem, in Vita Agricolae c. 30 – 32, Galgaco Britannorum duci, barbaro, ad milites barbaros verba facienti Romanam attribuere eloquentiam ingeniique culturam?

vbique terrarum ſparſa doctrinae ſalutaris ſemina? Quis non mirabitur laudeque omni ſuperiores dicet diuinos illos rei chriſtianae nuntios, ingenuos, fallere neſcios, ſacro quodam impetu et quaſi furore concitatos (c. 2; c. 4, 8 — 31; 10, 44 alibi), modeſtiſſimos tamen (c. 1, 24; 6, 1 — 4 alibi) neque grauiſſima qua inter ſuos pollebent auctoritate (c. 5, 11 — 13) male vnquam abuſos? quis non lubentiſſime hic tanquam in ſpeculo adſpiciet mores et inſtituta maiorum, quos in re chriſtiana proauos et patriarchas veneramur, ingredieturque ſanctum illum conſeſſum mutua concordia, infucata ſimplicitate et aequabili neceſſariorum diſtributione aeque ſuſpiciendum?

Atque hic profecto iucundum erit perſequi veſtigia ſingula, contemplarique, quo pacto indies mutata ſit rerum chriſtianarum facies. Siue enim de prima chriſtianorum hominum vita quaeſiueris, videbis, vt ſenſim ceſſauerit ſimplicior illa et quaſi patriarchalis vita, bonorumque quae dicitur communio, vt deinceps ſumtibus in pauperiores erogandis, ſtipi colligendae, ſubleuandae egenorum fami ſuccurere ſtuduerint, reique certos quosdam diaconos et adminiſtros praefecerint. Sin de calamitatibus quaeras, quibus chriſtianam rempublicam infeſtare nunquam ceſſabat Iudaeorum inuidia, primo quidem lenes erga Apoſtolos et in multis conniuentes eorum principes inuenies [24]), c. 1. c. 2, 46;

24) Arripit ſane ac percellit, qui Ieſum Galilaeorum ſectae auctorem et antiſtitem cruci affixerant, eos non illico eadem ſeueritate erga diſcipulos egiſſe. At credebant forſitan, rem nouam ſicuti multas alias iſtius aetatis nauci habendam eſſe, et per ſe ipſam collapſuram. Sed quum latius quotidie ſerpere eam

 et

46: mox attentiores, qui in ius vocarent Apostolos, nil tamen praeceps in eos committerent, et ad summum verbera intenderent c. 4. 5: dein, increscente indies odio, exacerbatissimos, qui Stephanum contra legem violenta morte necarent c 7, Saulumque iniqua vi et potestate quidlibet in christianos homines audendi instruerent c. 9, 2, dissiparent coetum grauissimasque iam clades ei infligerent c. 11, 19 (crudeli prorsus inuidiae exemplo, quod mox et in terris exteris degentes Iudaei imitati vbique locorum Paullum et comites insectati sunt), insontes denique Apostolos ad supplicium ducerent c. 12. — Sin a tristiori hac rerum facie auersus ad ciuitatis christianae incrementa animum appuleris, laetaberis profecto, libro nostro edoceri, vt coaluerit sensim societas christiana, magnamque orbis terrarum partem peruaserit. Primus eius fons et origo erat societas illa Galilaeorum, qui superstiti Iesu Christo comites et discipuli adhaeserant: sed eis iam tum alii Iudaei non ex Galilaea, sed ex diuersis terrarum tractibus oriundi se iunxerant, c. 1, 15; 2, 5 coll. 1. At post solennem illam inaugurationem plures iam indies confluunt, qui in societatem recipiuntur c. 2, 41. 47; verum non nisi Hierosolymis aut in vicina Iudaea se continuit iste coetus [25]). Postea vero persecutionibus afflictus, vt semel Iudaeae fines tran-

et in omne vulgus dimanare mox sentirent, prorsus alias personas induebant.

25) Potuissent sane iam ii, qui ex terris exteris in pentecostes festo Hierosolymis aderant, et ad solennis illius phaenomeni strepitum aduenerant, de noua hac societate in patrias terras nuncium aut semina afferre, et attulissent, si rem maioris momenti habuissent, quam tamen non nisi a temulentis quibusdam Galilaeis profectam opinati sunt.

transiit, atque Samariam quoque ingressus est c. 8, 5, incredibile dictu est, quanto successu in remotissimos terrarum recessus (veluti Aegypti c. 8, 26, μετ' αμυμονας Αιθιοπηας Il. I, 42) penetrauerit. Sed omnes tamen, qui ad societatem admissi erant, fuerant Iudaei, aut Iudaicis religionibus obstricti. Sed ecce res mira prorsus et inaudita accidit, cuius narratio magno apparatu instruitur c. 10. Cornelius Romanus, superstitionibus ethnicis antea deditus, adducitur: profligantur errores de Iudaeis ante alios Messiana felicitate beandis: victrix stat opinio, omnes pie et recte viuentes Deo aeque caros esse, c. 10, 34. 35: adducuntur ad Christi signa complures ex gentibus c. 11, 20. 21, Paullique studio atque opera per magnam cultioris Asiae Europaeque partem euangelium disseminatur: condit ille pluribus locis colligitque ecclesias [26]) conditasque reuisit et confirmat [27]), aut, vbi festinantius agendum erat, Deo et idoneis hominibus firmandas permittit.

Perspicuum erit iam ex his, quae adhuc attulimus, varia ac multa ex libro nostro non sine voluptate posse addisci, neque nimium nos contendere; si longe praecipuis N. T. documentis accensendum illum confitemur [28]). Accedit verborum sententen-

26) Aegre ferimus de origine singularum ecclesiarum fere conticescere librum nostrum. De Antiochena tantummodo ecclesia quaedam afferuntur c. 11, 20 sqq. idcirco forte copiosius, quia auctoris patria erat.

27) Επισκεπτειν, παρακαλειν, επιστηριζειν. C. 14. 22; 15, 36; 18. 23; 20. 2.

28) Longiorem, si vellemus, pretii huius libri recensum dare possemus: veluti quod exinde perspicimus, quaenam in christiana doctrina tum prima fuerint et quasi palmaria capita et dogmata, quantum Chri-

tentiarumque concinnitas, sedatum modestumque dicendi genus, characterum et personarum, qui in scenam producuntur, vnitas et constans sibi veritas, dictioque et lingua, non quidem ad elegantiam Atticam perpolita, sed purior tamen Graecisque auribus magis adblandiens, quam in vllo alio N. T. libro; licet omnes Hebraismorum etc. scopulos non declinauerit auctor, neque, quum antiquiora documenta Aramaico sermone consignata redderet, atque in orationibus religiosius seruandum esse duceret eorum, qui verba fecerant, natiuum ingenium, bene declinare potuerit [29]).

Tanti

Christianismus conflictandum habuerit cum Iudaismo, quam facilis ad eundem regressus patuerit. Porro quod ad intelligendas epistolas Paulinas libro hoc carere prorsus nequeamus, de qua re sigillatim exponit *Paley* in praeclaro illo opere, quod *horas Paulinas* inscripsit, vernac. reddit. a S. V. *Henkio*. Tum quod prima in hoc libro quasi protestantismi semina legamus c. 15 etc. Vsum libri circa ethicam moraliaque praecepta attulit b. *Berger moral. Einleit. ins N. T.* Th. 2, p. 228. Hic mirari subit illa, quae in prologo Cod. Mſ. Verſ. Vulg. apud Matthaeium inter alia frigentia ita leguntur: "Si nouerimus, Lucam esse *medicum*, animaduertimus pariter, omnia eius verba *animae languentis esse medicamina*."

29) De dictione Lucae iam supra not. 18 loquuti sumus. Verissimam eam inuenies in eis libri partibus, in quibus vel de suo loquitur, vel audita ab aliis enarrat, maxime in prooemiis. Omnino autem longissimum earum formularum, quae ex elegantiore Graecia adhibitae sunt, recensum dare possemus, veluti 1, 1. 7. 11; 2, 12; 4, 3. 9. 27. 29; 5, 34; 8, 39; 10, 33; 12, 11. 18; 19, 11 etc.; sed potissima suis locis afferemus: alia facile inueniet lector. Accidit hinc, vt in explicando hoc libro multo saepius, quam in aliis N. T. libris ad similes loquendi formulas

Tanti ergo tamque praeclari libri praestantiam et *auctoritatem* mirari profecto subit, in antiqua ecclesia, non dico apud haereticos, sed apud catholicos quoque in dubium vocatam, saltem non eo honore, quo par erat, habitam fuisse. Et haeretici quidem facile suspicamur quibus caussis adducti recusauerint librum, siquidem omnino illi ad repudian-

mulas Xenophontis, Polybii, Diodori, Demosthenis etc. ab interpretibus ablegemur. Sed sicuti omnes Hebraismorum cautes non effugit Lucas, nec bene effugere poterat (vid. not. 18), ita et Hellenisticae voces, *ὁμοθυμαδον, ἐπι το αυτο, ἐξολοθρευειν* etc. passim obueniunt. Inuenti a nonnullis passim sunt et Latinismi, quos ex consuetudine cum Romanis ei familiares factos fuisse volunt. Termini autem technici, veluti iudiciales in enarranda Paulli caussa, nautici in persequendo itinere Romano c. 27. 28, neminem facile fugient. Quod si tamen ex his signis in lectione Graecorum, historicorum, medicorum etc. optime versatum fuisse Lucam cum quibusdam, velvti *Grotio* (ad c. 1, 4) putemus, videamus, ne longius sententia nostra abripiamur. Vid. quae de Paullo Apostolo sapienter circa haec monet S. V. *Henkius* in animadu. ad versionem operis Paleyiani. Caeterum de dictione Lucae plura legesis apud *Michaelem Einleit. in's N. T.* T. II, §. 168 et 147 fin.

Verum graeca lingua exaratos esse Lucae commentarios, ab omnibus fere intt. agnoscitur, adeoque ab excutienda hac quaestione commode supersedebimus. Harduino enim non obloquimur, qui ex more suo inaudita proferendi, latina lingua exaratum esse librum contendit. Ven. *Boltenii* autem hypothesis, Syriaco idiomate esse consignatum, non tam ad hunc librum solum, quam ad omne N. T. spectat. Quo idiomate quamquam antiquiora illa, quae in priore parte Lucas sequutus est, documenta composita, tum et itinerarium Paulli in itinere ipso festinantius in diarium coniectum forsan esse largior, librum tamen ipsum ea forma, qua nunc a nobis legitur, graece esse scriptum, non dubito.

diandos et e *canone* proſcribendos libros, in quibus inueniebant, quae placitis aduerſarentur, admodum procliues erant; in hoc autem libro offendebant plurima, quae ipſorum ſententiis minus concinerant, veluti: *πνευμα*, verumque paracletum iam aduenisse, quod Marcionitis et Manichaeis quibusdam diſplicebat; abrogandam eſſe legem Moſaicam, quod Ebionitarum; non curandum eſſe ciborum diſcrimen, quod Encratitarum placitis repugnabat etc. [30]). Sed et apud orthodoxos in obſcuritate primitus aliqua fuiſſe videtur [31]), vt qui in canonis recenſu poſtremo numeratus, neque publicae lectioni ſaepe admodum adhibitus ſit. Non ſemper tamen latuit libri vſus et praeſtantia, atque, quum in nobiliſſimo illo concilii Laodiceni canone ſexageſimo illis libris accenſeretur, *ὁσα δει αναγινωσκεσθαι*, accidit mox, vt inde a feſto Paſchatos vſque ad Pentecoſten, quod et hodienum in eccleſia graeca eſt receptum, lectitaretur publice magnoque in honore haberetur [32]).

Quo

30) Aduerſantes huic libro afferuntur Encratitae, Ebionitae (Epiphan. adu. haereſ. 3, 16), Cerinthiani (Philaſtr. haereſ. 36), Tatianus (Euſeb. Hiſt. Eccleſ. 4, 19), Valentiniani (Irenaeus adu. haer. 3, 2), et qui nonniſi 11 libros in canone agnoſcebant, Marcionitae (Iren. 3, 12; Euſeb. H. E. 4, 29; Tertull. adu. Marcion. 5, 2), tum Seueriani (Theodoret. hiſt. eccleſ. 1, 21) et Manichaei nonnulli (Auguſtin. de vtilit. credendi) etc.

31) Videtur id effici poſſe ex Chryſoſtomo prooem. in Act. Apoſt., vbi habetur: *Πολλοις τουτο το βιβλιον, ουδ' οτι εστι, γνωριμον εστιν, ουτε ὁ γραψας αυτο και συνθεις.*

32) Multa quidem ſimul cum Actis Apoſtolorum eo tempore ſcripta documenta circumferebantur, Itinera Paulli et Theclae, Itinera Apoſtolorum etc. ſed nullum

Quo *tempore locoque* liber noster exaratus seu potius collectus, atque in eum, qui nunc adest, ordinem redactus sit, varie admodum quaesitum est. Sed fluctuant omnia, nec nisi coniecturis innituntur, quae tamen, deficientibus prorsus argumentis historicis, dummodo ex rerum temporumque opportunitatibus bene deriuantur, fidemque accedunt quam fieri potest proxime, a nemine cordato repudiabuntur.

Et *temporis* quidem interuallum, in quod cadit exaratus a Luca liber, ita constituitur. Absolutus sit liber necesse est *ante* Paulli mortem et bellum Iudaicum, quae, si iam tam consequuta fuissent, non probabile est a Luca praetermissa esse silentio, et saltem biennio *post* captiuitatis Romanae initia (c. 28, 31), i. e. si ad temporum ordinem mox copiosius exponendum rem reuocaueris, inter annum aer. vulg. 65 et 67. — Priori autem illi commentario, qui euangelium inscribitur, *mox* superadditum esse hunc posteriorem, probabilissimum mihi videtur: nam quod in fronte operis pleniorem ascensionis I. C. historiam repetit, non idcirco facere videtur, sicuti opinantur plerique, vt in memoriam reuocaret, quae ex priori commentario integro ante anno aut biennio scripta iam obliuioni tradita erant, sed morem sequitur aliorum scriptorum, Livii, Herodoti, qui et ipsi etiam in parte operis praefantur; tum, quae in euangelio, ad finem properans, succincte tradiderat, ea vtpote grauissima in historia I. C. et ad nectenda prioribus sequentia quam maxime necessaria pleniora reddere mauult. Consentit mecum Lardnervs (Supplem. Vol. I, p. 254 sqq.): dissentien-

lum eorum agnitum pariue, ac noster liber, in honore habitum fuit. Cf. S. V. Hänlein in *Einleit. ins N. T.*

tientem autem habeo S. V. PAVLVM (progr. Ienens. pasch. 1797, de origine euangeliorum trium priorum e collatis actuum Apostolicorum indiciis certius definienda, p. 7), S. V. HÄNLINIVM, alios. Ita ex eisdem signis ad diuersa sibique prorsus contraria concluditur.

De *loco* si quaeras, sunt qui Romae, sunt qui in Iudaea vel Asia, Graecia, Aegypto consignatum librum dicant [33]). Volunt enim Lucam, qui et in itinere ad carceres Romanos perpetuus Paullo comes adhaeserat, et Romae semper eidem adfuisse legitur συνεργος, Philem. 24; Col. 4, 14; 2 Tim. 4, 11, postea, quum Paullus capitis absolutus Roma proficisceretur, et ipsum Roma exiisse, cursumque tendisse vel in Asiam, Syriam, Antiochiam, vel in Africam, Aegyptumque, ibique librum concinnasse. Mihi tamen secus videtur: *Romaeque* librum exaratum esse summa verisimilitudine dixerim [34]).

Maior vtique et clarior quaestioni nostrae lux affundi posset, si de Lucae Paullique vita vlterius quid certissime cognitum haberemus, neque tam subito conticesceret liber. Quod si ex iis, quae nobis supersunt, indiciis concludere velimus, quadruplici modo res accidere potuere:

1) Aut enim Roma abiit Lucas, Paullo adhuc ibi versante, quem quum postea per biennium ibi commoratum esse aliunde comperisset, librum suum,

33) Vid. copiosius de loco differentem MICHAELEM Einleit. Th. 2, §. 152-154.

34) Romae librum, ni inchoatum, absolutum tamen esse existimat etiam S. V. PAVLVS progr. pasch. 1798 de consilio etc. p. 10. Adde et Ven. BOLTENIVM in prolegom. ad vers. vernac.

suum, alio aliquo loco ſcriptum, breui hac narratione claudit: εμεινε ὁ Παυλος διετιαν etc. c. 28, 30.

2) Aut, quum Paullus Roma poſt biennium profectus eſſet, ſubſtitit ibi Lucas, forte quia ex arte medica largum ſibi et honeſtum victum in tanta vrbe affluxiſſe expertus erat, librumque ſuum, quum de vlterioribus Paulli fatis nil haberet compertum, *Romae* ita conſignat εμεινε etc.

3) Aut Paullum Roma abeuntem et ad nouum iter apoſtolicum ſe accingentem denuo comitatur Lucas, et in *vno alteroue itineris loco* librum componens, in fine narrat, quamdiu Paullus Romae manſerit.

4) Aut denique ſubſiſtendum nobis in eis eſt, quae tam Paullo quam Luca Romae adhuc commorantibus accidere, ita vt eo tempore *Romae* librum conſignatum eſſe dicamus.

Iam de primo illo ſi quaeras, anceps videbitur et ambigua quaeſtio, quo pacto iſte nuncius ad Lucae aures peruenire potuerit, aut, quod idem in altero illo miraberis, cur locum, in quem Paullus Roma exiens tenderit, non expreſſerit. Fieri quidem potuerant ea, quae tertio loco memorauimus, at non par eſt credere, in itinere, maxime ſi denuo a Iudaeis infeſtati fuerint Apoſtoli, ſcribendo libro Lucam vacare potuiſſe. Reſtat ergo, vt ei ſententiae, quam quarto loco poſuimus, accedamus, quae Romae abſolutum opus contendit, et quidem eo ipſo tempore abſolutum, quo iam integrum biennium ibi commoratus erat Paullus, ſemperque adhuc commorabatur, neque de cauſſae ſuae exitu compertum quid habebat. Namque

a)

a) in tanta vrbe, vbi per integrum biennium quasi sedem fixerat, vacare potuit colligendis, elaborandis et in iusti commentarii formam redigendis eis, quae (tam de Iesu ipso, quam de eis, quae eius discessum proxime insequuta sunt) ex aliis documentis excerpserat, aut ipse expertus in itinere festinantius in tabulas coniecerat.

b) ibidem praesentis Paulli auxilio adiutus facillime intexere potuit ea, quae intersunt inter cap. 13 et 16, 10 et inter 16, 19 et 20, 5, vt quibus non interfuit Lucas ipse, sicuti et varia c. 8. c. 9. c. 11, quae vix aliunde scire potuit, quam a Paullo ipso.

c) Romae autem Lucas, vtpote Paulli συνεργος (Philem. 24), eadem agebat, quae Paullus ipse, adeoque et ipse εκηρυσσε την βασιλειαν Θεου, και εδιδασκε τα περι του Κυριου Ιησου Χριστου. Edocuit autem inter alios et Theophilum, hominem nobilem 35) aut maioribus honoribus ornatum, cui forsan ob artem medicam, quam ei aegroto adhibuerat, notus et in primis carus habebatur.

d) Huic ergo tradit commentarium suum Romae elaboratum, primo priorem illam partem, tum non multo post et nostram hanc alteram. Atque sicuti ea, quae in primi voluminis fine traduntur, succincte narrata, in alterius voluminis exordio autem copiosius repetita sunt (nam quae Actor. 1, 4 — 8 referuntur, nonnisi Luc. 24, 50, quae Act. 1, 9 — 11 adsunt, ibidem v. 51, quae denique Act. 1, 12 — 14 habemus, v. 52. breuissime perstringuntur), ita et ea, quae in fine alterius

35) Graeca sane nominis forma non prohibebimur, quo minus Romanum fuisse aut Romae saltem vixisse Theophilum statuamus.

rius voluminis narrat Act. 28, 30. 31 eadem breuitate exponit, locupletiora haud dubie eadem redditurus, si tertium commentarii volumen auspicari licuisset. Namque sicuti breuitate qua in euangelii fine loquitur, continuationem operis quasi indicat, ita eadem verborum parsimonia quae adest in Act 28, 30. 31, satis clare demonstrat, nondum quaerendum hic esse totius operis finem, sed tertium adhuc commentarium esse expectandum, τριτον λογον, qui de potissimis eorum, quae Romae acciderant, tum de rebus post calamitates Paulli (sicuti secundus de rebus post fata Christi) gestis etc. exponeret. Sane larga satis et benigna tertio volumini scribendo suppetebat materies. Num tamen id vere scriptum temporis iniuria perierit, an Lucas morte occupatus sit aut aliis impedimentis seuocatus, quis ausit pro certo affirmare?

Colligamus igitur, si placuerit, ex his, quae adhuc edisseruimus, *Romae* scriptum et absolutum esse librum nostrum, et quidem eo tempore, quum Paullus integrum iam biennium ibi esset commoratus.

Et recepta quoque et agnita est haec aut similis sententia ab omnibus fere interpretibus, impugnata tamen haud ita longe ante tempore a S. V. Eckermanno [36]), qui Traiani tempore inuentas esse tabulas Lucae suspicatur, in quibus adfuerint narrationes tum de Iesu Christo, tum de Pauli rebus gestis, quas in suum vsum ad ephemeridis seu diurni instar in chartam coniecerit Lucas. Has autem tabulas,

36) *Theologische Beyträge*, Band 5, Th. 1, S. 212 f.

bulas, vbi defectus quis aut hiatus cernebatur, ex eis, quae in euangelio κατα Ματθαιον et Μαρκον prostabant, completas ab vno aliove eius aetatis auctore sibique iunctas esse vult Vir doctissimus: superaddita autem esse et inserta multa alia, quae ad ecclesiae christianae primordia, ad Petrum, Stephanum etc. spectabant, talique arte efformatum illo aeuo esse vtrumque Lucae librum, euangelium et praxeis.

Quae quidem sententia quibus argumentis satis tutis defendi possit, quidue ad eam confugere nos cogat, nullum me perspicere ingenue profiteor. Quid enim est, quaeso, in nostro saltem libro (nam de euangelio nunc non quaerimus), quod, hac hypothesi admissa, facilius intellectu reddatur et explicatius? Imo refragantur opinioni complura eaque non leuissima momenta, quae auctori opposuit iam S. V. PAVLVS 37).

Protinus enim omnem fidem excedit, eiusmodi concinnatorem et ῥαψωδον, qui tantam rerum farraginem aliunde petitam in has tabulas congessisset, ne verbo quidem de vlterioribus fatis et morte Pauli, quae Traiani tempora indubie iam praecesserant, mentionem facere, etiamsi memoratu dignissima erant, digniora saltem multis aliis, quae in libro narrantur. — Tum, addit PAVLVS, nullum serioris manus, quae Lucae tabulis aliquid de suo aut aliunde attulerit, vestigium apparet. Id vero, vt Viri S. V. verbis vtar, auctor aliquis artificiose scribens et temporum discrimina bene dignoscere adsuetus vel maxima adhibita cautione vix euitauerit,

37) Vid. eius progr. pasch. Ienens. 1797 de origine Euangeliorum trium priorum e collatis Actuum Apostolicorum indiciis certius definienda p. 9. 10.

rit, minime omnium in colligendo commentario, qui tam frequentem occasionem addendi de reliquo rerum ab Apostolis inceptarum successu huius vel illius iudicii obtulisset [38]). — Sed nec sibi constaret compilator, si in prooemio quidem (id enim non a Luca, sed a compilatore deriuat Eckermanniana hypothesis) in prima, vt par erat, singularis persona loqueretur, at inde a Cap. 16, 10 et 20, 5 Lucae ipsius personam sustineret, seque viatoribus quasi iungeret [39]). — Adde his, quae contra monuit S. V. PAVLVS, et illud, abhorrere prorsus a veri similitudine, interpolatorem illum non nisi lacunam illam suppleuisse, quae inter discessum Christi et Paulli in scenam ingressum Cap. 13 intererat; posteriori autem libri nostri parti nil inseruisse, quum tamen ea, quae Gal. 1, 17. 18; 2, 9. 11 sq. narrantur, aut ad quae 2 Cor. 11 alluditur, tum Petri vlteriora fata et mors, excidium Hierosolymitanum etc. de quibus Traiani aeuo satis cognitum

D 2 erat,

38) Nolim tamen huic viri acutissimi argumento magnum pondus tribuere. Apparent vtique passim serioris manus haud obscura vestigia, ad quae conquirenda viam monstrauit S. V. *ZIEGLERUS* in commentatione saepe laudata: *Ueber d. Zweck, Quell. und Interpolationen d. Ap. Gesch.* Vid. quae ex eis annotauimus in Var. Lect. ad 9, 37. Sed ad eiusmodi hypothesin inde eliciendam, qualem inde protulit Eckermannus, nemo facile commouebitur: Multa enim additamenta et a Luca ipso proficiscuntur. Vid. e. gr. ad 1, 19 fin.

39) Quod si constare sibi veritatemque sectari voluisset interpolator, praeponenda nonnulla erant, quum ad illam partem, vbi Lucas de se loquitur peruentum esset, fere tale quid: Ευθευθεν ὁ διηγουμενος ταυτα και αυτος παρεστι, και ουτως εχει (c. 16, 10). "Ευθεως εζητησαμεν, ευθυδρομησαμεν, εξηλθομεν etc."

erat, largam multorum inserendorum copiam praeberent. — Tum, qui ascensionem Christi, qui πνεύματος in primos euangelii praecones effusionem, qui primordia ecclesiae, qui tot miracula a Petro patrata, qui violentam Stephani mortem, qui conuersionem Paulli intexeret, nunquamne illum memoria lapsum, nunquamne vel dogmaticis quaestionibus, quae illo tempore iam agebantur; addendis, seriora tempora prodidisse putabimus?

Maximi momenti quaestio succedit, *chronologiam temporumque ordinem* spectans, quo narrata sibi successerint; res et in omni libro historico cum primis consideranda, et in nostro haudquaquam negligenda, siquidem Lucas, etiamsi non perfectissimum historiographum eum dixeris, ordinem tamen quendam rerum gestarum seruasse merito dicendus est, id quod ex Cap. 11, 27. 28 et subsequente capite 21, vbi ex diuersis fontibus facta narrat, quae circa idem tempus accidisse aliunde nouimus, apparet. Verum perdifficilis est ea quaestio, quae doctorum ingenia mirum quantum exercuit; neque enim vsquam annum rei gestae apponit Lucas (alienum id erat a scriptoris mente, qui non annales christianos componere, sed Theophilo narrare vellet, quae de rebus Christianis cognouerat ipse): acquiescit potius in eo, vt passim dicat ἐν ταύταις ἡμέραις (c. 6, 1; 11, 27), κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν (c. 12, 1) בימים האלה, quod quam sit vagum et ambiguum, neminem fugit [40]).

Id

40) Adeas si de chronologia libri nostri accuratius edoceri velis, *Benson* history of the first planting the christian religion. *Pearson* annales Paullin. *Semleri* prolegomena in epist. ad Galatas. *Michaelis Einleit.* Vol. II. §. 169. *Hänlein Einleit. Hug Einleit. in die Bücher des N. T.* Heft 1. Basil. 1797. p. 211 – 221 etc.

Id quidem indubium est, ordiri Acta eodem anno, quo Christus mortuus et post resurrectionem in coelos susceptus est, quem annum nos quidem, vbique Vsserium sequuti, annum aerae Christianae 33 constituimus. Sed eodem momento omnis nostra de libri chronologia cognitio absolueretur, ni memorata casu et fortuito et alia quaedam in eo essent; quae et alii historiarum auctores gesta et quidem certo quodam tempore et anno gesta tradunt.

Nouimus autem aliunde,

a) anno Claudii imperatoris quarto, i. e. anno aerae Christ. 44 seu 45 grauem famem accidisse. Ioseph. Ant. 20, 5, 2.

b) Herodem Agrippam circa idem tempus obiisse, Ios. Ant. 19, fin.

c) Claudii edicto Iudaeos Roma pulsos, Sueton. Claud. 25, quod anno Claudii 9 accidisse falso refert Orosius, Hist. 7, 6, quum ob Tacit. Annal. lib. 12, c. 52 54 multo probabilius in eius annum 12, i. e. annum aer. Chr. 52 vel 53 incidat.

d) Aegyptium quendam, Claudio Felice Iudaeam procurante, seditione concitata Iudaeam infestasse, anno aer. C. 60 (Ioseph. Antt. 20, 6), Porcium Festum autem Iudaeae procuratorem Felici succeßisse sub Nerone, anno aer. C. 62 (Ioseph. Ant. 20, 8. 9; Bell. Iud. 2, 14).

Attamen hi, quos ex historiographis apposuimus, annorum numeri num ad chronologiam mathematice exacti sint, difficulter constitues, siquidem omnes isti scriptores vnum annum, binos, ternos, rotundo, vt aiunt, numero ponere solent, haud opinati illi quidem, posteris nostro aeuo placiturum, ad accuratissimam normam omnia reuocare. Veruntamen, quum istos numeros omnino spectatos pro

veris habere liceat, haud iniuria ad nostro libro lucem inde affundendam haec colligimus:

1) Ex a), anno 44, quum magna illa fames aduentare timeretur, Paullum vna cum Barnaba alterum suum iter Hierosolymitanum Antiochia suscepisse, vt pauperes Hierosolymitanae ecclesiae sodales subleuarentur, et ad ingruentes temporum calamitates praepararentur [41] (Actor. c. 11. 27 — 30).

2) Ex b), eodem anno 44, vel statim postea, Iacobum Apostolum ab Herode Agrippa, mox defuncto, supplicio affectum esse, Petrum carceri inclu-

41) Difficultates mouere nonnullis visus est allatus supra e Iosepho locus (Ant. 20, 3) siquidem ibi Tiberii Alexandri procuratoris tempore i. e. anno 46 fames ingruisse memoratur, hic autem de anno 44 sermo est. Verum omnia bene quadrant sibique concinunt: anno enim 44 diuinauit eam famem Agabus, menteque praeuidit et eloquutus est, a. 46 autem vere ea est insequuta. Proinde iam ante famem ad prouidenda beneque praeparanda omnia Hierosolymam profectus est cum Barnaba Paullus c. 11, 30, sicuti eadem de caussa ab imminente malo antea cauisse videntur Tyrii (c. 12, 20). Quae si recte a me allata sunt, miror equidem interpretes acutissimos, chronographosque accuratissimos ea fugisse. Vide, quo modo difficultatem soluant CALVISIUS et PEARSON in doctissima commentatione S. V. VOGELII *Versuch über chronologische Standpuncte in der Lebensgeschichte Pauli*, in GABLER *Journal für auserlesene theol. Litterat.* B. 1, St. 2. p. 231. At perillustris EICHHORN in commentatione: *Ueber die Weissagungen des christlichen Propheten Agabus, Allg. Biblioth. der bibl. Litt.* B. 6, St. 1, p. 22 sq. quatuor fames sub Claudio accidisse euincit, eandem tamen, de qua et nos loquimur, in hunc locum nostrum cadere affirmat. Cf. commentar. ad 11, 28.

clausum, sed mox solutum, Paullum autem cum Barnaba Antiochiam reuersum (Actor. c. 12).

3) Ex c), anno 52, quo Roma expulsi erant Aquila et Priscilla, Paullum cum iisdem adfuisse Corinthi (Act. c. 18).

4) Ex d), anno 60 Paullum Hierosolymam quintum venisse, ibique, Cl. Felice Iudaeam moderante, in vinculis fuisse habitum (Act. 21, 38).

His, quae ex aliis auctoribus allata sunt, momentis accedunt et alia, quae in libro nostro ipso ad constituendum tempus occurunt, veluti ἡμεραι ἱκαναι c. 9, 23, τριετιαν, 20, 31, πολλων ετων, 24, 10, διετιας πληρωθεισης, 24, 27, διετιαν ὁλην, 28, 30, quae tamen et ipsa vage pleraque et rotunde, vt dicitur, prolata sunt, si a c. 24, 27 et 28, 30 recesseris, vnde discimus:

5) Ex c. 24, 27, biennio post Aegyptii illius seditionem, i. e. biennio post a. 60 seu 62 Porcium Festum Felici procuratori successisse, Paullumque coram eo et Agrippa caussam orasse (Act. c. 25 et 26).

6) Ex variis vestigiis cap. 27 et 28, Paullum eodem anno 62, autumnali seu brumali tempore (Act. 27, 9) Romanum iter ingressum, sed naufragio in Maltham insulam eiectum ibi hiemasse (c. 28, 1, 11), adeoque anno 63 demum Romam aduenisse (c. 28, 16).

7) Ex c. 28, 30, Paullum per integrum biennium Romae commoratum esse, adeoque vsque ad a. 65.

En omnia, quae circa tempus rerum narratarum cognita habemus exploratius. Supersunt autem plures defectus hiatusque, quos per coniectu-

ras explere conati sunt interpretes. Atque ex his maxime arrident, quae de Stephani nece exputauit MICHAELIS [42]). Non potuit illa mors, ait vir acutissimus, incidere in ea tempora, quibus Iudaeae adhuc praefuerat crudelis ille et in Iudaeos seuerior Pontius Pilatus: neque enim impune potestatis fines transgressi essent Iudaei, quibus nullum ius vitae et necis concessum erat: sed, qua tempestate Pilatum sede sua mouerat Vitellius, Syriae praeses, Iudaeis supra modum fauens (Ios. Ant. 18, 6), i. e. anno 36 audere tale quid non dubitauit synedrium. Anno ergo 36 ferme Stephanus necatus esse videtur (c. 6 et 7).

Quo tempore acciderint, quae Capp. 3, 4 et 5 narrantur, constitui certissimo nequit: mihi videntur vno eodemque ipsius mortis I. C. anno accidisse. Est enim ea hominum natura et conditio, vt, dum recens adhuc et noua est res, ad omnes eius partes vel minimas animum attendant: in ea ergo describenda primo quidem omnia afferuntur, etiam minutissima, mox tamen, increscente rerum narrandarum numero, nonnisi potiora. Ergo Cap. 1 — 5 vno forsitan eodemque anno gesta suspicor. Post exactum tamen biennium aut triennium alia scena instruitur c. 6, a priore prorsus diuersa.

Illi tamen hiatus, qui inter annos 36 et 44 (Act. c. 7 et 11. 12), inter annos 44 et 52 (Act. c. 13 et 18), et inter ann. 52 et 60 (Act. c. 15 et 21) supersunt, nullo certiore remedio explebuntur: ex coniecturis magis minusue probabilibus deriuanda sunt omnia.

Verum in iis capitibus, in quae cadit primo loco posita lacuna, narratur inter alia factum quoddam memo-

42) *Einleit.* Band II, §. 169.

memoratu digniſſimum ſummorumque euentuum ita ferax, vt haud dubie noſtra interſit, de anno, quo illud acciderit, edoceri accuratius, conuerſionem Paulli dico. In hoc tamen anno certius definiendo parum ſibi conſtant chronographi; omnia labant et fluctuant [43]).

Multum autem praeſidii ad muniendam firmiorem aliquam ſententiam petitur ex epiſtola ad Galatas, eisquè, quae ibi Cap. 1, 18 et c. 2, 1 de ſe perhibet Paullus, de quibus iam accuratius diſquirendum erit.

Narrat enim Paullus Gal. 1, 18, triennio poſt acceptam chriſtianam ciuitatem ſe Hieroſolymam adiiſſe, deinde δια δεκατεσσαρων ετων παλιν reuiſiſſe eandem vrbem (Gal. 2, 1). Quos annorum numeros, haud dubie et ipſos indefinite et promiſcue enunciatos, ſi ad ſeueritatem mathematicam velimus computare, ſequitur, Paullum tertio poſt conuerſionem anno adfuiſſe Hieroſolymae, ſeu, ea, quae narrantur Actor. 9, 26, accidiſſe triennio poſt ea, quae c. 9, 1 - 19 perhibentur. Ea tamen per ſe ſola nil determinare nemo non videt.

At ſi poſt 14 annorum interuallum iterato vrbem petiiſſe ſe profitetur Gal. 2, 1, ambigua ſunt et haec, dicique vix poteſt, quantopere ſe torſerint interpretes, vt haec adaptarent temporum rationibus, quae his effatis prorſus permiſceri ac confundi videntur. Ignoramus enim prorſus,

1) num Gal. 2, 1 tertium illud iter P., quod Act. 15 memoratur, an ſecundum, (Act. 11, fin.), an denique

43) *Pearson* in annal. Paullin. et *Usserius* ad a. 35 (Tiber. 22): alii ad a. 38 (Caligulae 2) alii ad a. 39 referunt etc.

nique aliud quoddam, de quo in Actis Apost. nulla prorsus mentio facta sit [44]), intelligendum habeamus.

2) quo tempore susceptum sit tertium illud iter Act. 15, de quo in Gal. 2, 1 plerique cogitant.

3) num illud δια δεκατεσσαρων ετων Gal. 2, 1 computandum sit a prioris itineris (Gal. 1, 18) termino, an a conuersione ipsa.

4) nonne forte pro δεκατεσσαρων legendum sit τεσσαρων.

De primo et secundo, si quaeramus, vulgaris sententia locum Paullinum Gal. 2, 1 de tertio itinere Hierosolymitano (Act. 15) exponit. Itaque, si, quo anno id susceptum erat, nobis compertum esset, deductis annis 14 + 3 = 17, terminus conuersionis Paullinae inueniretur. Sed tam vaga sunt omnia, vt nil amplius, nisi inter annum 47 et 53 tertium illud iter collocandum esse, dicant. Si annum 51 aut 52 sumimus, deductis annis 17 proueniret annus 34 vel 35, i. e. annus post mortem Christi subsequens, quo anno si ad Christi castra accessisse Paullum velimus, videamus ne iis, quae de tempore mortis Stephani probabilissima ex Michaele supra attulimus, refragemur. Sin 14 illos annos (Gal. 2, 1) non a primo itinere

44) Nam et pro hac sententia stant permulti iique acutissimi intt. Sicuti enim plura in Act. Apost. praetermissa esse silentio aiunt (vid. nos supra), ita et huius itineris mentionem esse neglectam. Huius sententiae post alios nuperrime vindicem se professus est W. Paley, hor. Paullin. cap. 4, p. 166 sq. versionis Henkianae, vbi vulgarem sententiam, quae de tertio itinere Act. 15. cogitat, argumentis satis euidentibus conuellit. Alind ergo prorsus iter Gal. 2, 1 in mente habet, susceptum forsitan Antiochia, vbi Act. 14, 28 longius commoratus esse P. legitur.

itinere P. (Gal. 1, 18), sed ab eius conuersione ipsa velimus exigere, quod ferri quidem potest, non bene tamen ex naturali verborum explicatione, quam sectari debemus, quousque licet, fiet, emergit annus 57, qui quadraret quidem, dummodo itineris tertii (Act. 15) terminus constitui posset annus 51 vel 52. Id tamen male sumitur: eo enim anno Athenis et Corinthi adfuisse Paullum supra iam vidimus.

Sed enim vulgarem hanc sententiam, de tertio Hierosolymitano itinere Paullum Gal. 2, 1 loqui, acriter oppugnauit S. V. KEIL [45]), nullum iter ibi intelligendum esse aliud, quam alterum illud, quod Act. 11, fin. memoratur, euincens (illud autem in annum 44 vel 45 incidere, supra ostendimus), et, quum S. V. VOGEL vulgaris opinionis de tertio itinere patrocinium denuo suscepisset [46]), felicissime contra illum sententiam suam defendit, cui et me suffragari lubens profiteor [47]). Exit tamen, si ab illo

45) In doctissimo programmate: "De definiendo tempore itineris Paulli Hierosolymitani Gal. 2, 1. 2 commemorati." Lips. 1798.

46) Vid. eius commentatio: "*Versuch über chronologische Standpuncte in der Lebensgeschichte Paulli*" in S. V. GABLER *Journal für auserlesene theolog. Litteratur.* Band 1, St. 2. p. 241 sqq. — Perinde et S. V. *HENKIUS* tertium iter Gal. 2, 1 indicatum esse contra Paleyium demonstrat in obseruatt. ad vers. operis Paleyiani p. 421. — Nuperrime etiam, tertium hocce iter intelligendum esse, commonstrauit doctissimus *E. A. BORGER* in: *Interpretat. epist. P. ad Gal.* Lugd. Batav. 1807, p. 78, de Keilianis tamen argumentis certiora, vt videtur, nondum comperta habens.

47) In commentatione: *Ueber die Reise Paulli nach Jerusalem* Gal. 2, 1. 2. in GABLER *Journ. für auserles. theol. Litt.* B. 3, St. 1, p. 5 sq. — Eandem opinionem de

illo anno 44 ſeu 45 deducimus 17 illos annos, annus 27, ergo ſextus *ante* Chriſti mortem, quo Paullum conuerſum eſſe dicere abſurdum foret. Verum a conuerſione ipſa illos 14 annos (Gal. 2, 1) deducendo, prodit annus 30 vel 31, quem ex Chronologia emendatiori annum mortis Chriſti eſſe vult Keilivs, addens, eodem ipſo anno conuerſum fuiſſe Paullum, chronologiamque Actibus Apoſtolorum aliam prorſus eſſe inferendam, quam ex vulgari Vſſerii, quem et nos ſequimur, computatione ei ineſt.

Sed vereor, ne impeditiora, his agnitis et conceſſis, omnia reddantur: nec facile mihi perſuaſerim illa *επειτα δια δεκατεσσαρων ετων* Gal. 2, 1, a termino conuerſionis ipſius bene computari, quum et Gal. 1, 18 *επειτα* (ſc. *poſt conuerſionem*) *μετα ετη τρια* dictum ſit, adeoque, niſi ſenſui noſtro ipſi repugnare malimus, in hoc poſteriori *επειτα* (*δια δεκατεσσ. ετ.*) Gal. 2, 1, pari ratione ſubaudiendum ſit *poſt ternos illos annos* 48); vt taceam, concidere, ſi noua haec ſtatuamus, et dilabi ea, quae de Stephani martyrio appoſitiſſime ediſſeruit Michaelis.

In tanta rerum difficultate boni iam interpretis officio defunctus videri poſſem, si ingenue profiterer, non liquere rem, neque exigi poſſe ab hominibus tot ſaeculis poſt haec geſta viuentibus, certiſſimum calculum ferre de rebus, de quibus antiqua

de ſecundo P. itinere Hieroſ. Gal. 2, 1. intelligendo iam a Io. Tob. Maiore in annotatt. ad Act. Ap. Ienae 1647 prolatam fuiſſe, affert *Gablerus* in recenſ. programmatis prioris *Keiliani* vid. eius *Neues theol. Journ.* 1799. St. 2, p. 223.

48) Vid. quantas difficultates faceſſant ea, quae de vſu particularum *επειτα* et *δια* affert S. V. *Gabler* in recenſ. progr. *Keiliani*, *N. th. Journ.* 1799, St. 2, S. 219 ſq.

tiqua monumenta ipsa prorsus silent. Verum tamen et ipse suffragium, licet nodum secuisse non solvisse me quibusdam visurum haud ignorem.

Lubentissime ergo amplector in loco Gal. 2, 1 lectionem δια τεσσαρων pro δια δεκατεσσαρων. En iam omnia expeditissima, siquidem

1) si 4 hos (Gal. 2, 1) et illos 3 (Gal. 1, 18) annos, i. e. 7 omnino anno 44, utpote secundi itineris termino demseris, emergit terminus conuersionis P., annus aer. Chr. 37: cui concinunt caetera omnia, nec ulla vis verbis rebusque additur.

2) dissipantur iam difficultates, quas facessere poterat magna illa lacuna, quae inter c. 9 et c. 11, fin. interposita erat, si 14 annorum interuallum complecti dicebantur ista libri nostri capita, nec tamen plura memoratu digna, quae in tanta annorum serie haud dubie acciderant, enarrabant, quod prorsus caeteris libri partibus refragaretur.

3) Salua manet et incolumis antiquioris chronologiae vis et auctoritas, quam et Michaelis, Hänlinius etc. sequuntur, cuiusque tramitem relinquere nescio quid nos impellat.

4) ea, quae de tempore martyrii Stephani suspicatur Michaelis, optime sibi constant.

Neque noua et inaudita hac lectione commendanda proferimus, sed extat illa lectio iam in chronico Alexandrino, cuius vim et momentum locupletius exposuit SEMLERVS in laudatis supra prolegomenis ad epist. ad Gal., quae omnino ad chronologiam Actorum Ap. constituendam maximi pretii habenda sunt, p. 63 sq. 71, 74 sq. Eandem postea

ea ex coniectura substituit Lud. CAPELLVS in historia Apostol. p. 57, probante Grotio.

At raro aut nusquam in N. T. admittendas esse coniecturas clamant: hic autem eo minus, quo maior pro vulgari lectione stet testium numerus. Largior: sed vbi, coniectura tam plausibili admissa, omnia ita subito in aprico sunt, vt nostro hoc loco, nescio equidem, an illam amplecti haesitem: nam, quod omnes libri legunt δεκατεσσάρων, potuisset et exinde accidisse, quod primis iam temporibus, iam ante exaratos istos codices, quos nunc antiquissimos habemus, in δεκατεσσάρων mutata sit vera τεσσάρων lectio 49). Quae mutatio quam facile potuerit incidere, satis opinor perspicuum erit, siquidem in archetypo ΔΑΤΕCCΑΡΩΝ legens librarius, quum primo illud ΔΑ per δια reddidisset, a scribendo auocatus, deinde opus denuo ingressus, illud ΔΑ per δεκα expressit, oblitus, scriptum idem a se iam antea per δια fuisse 50). Quae si ita aut similiter se habere probabile fit, haud satis equidem admirari possum, tantam rerum temporumque perturbationem inductam esse vnius librarii oscitantia, quem bonum virum neutiquam existimasse opinor, doctissimorum et acutissimorum post tot saecula hominum capita negligentia sua concussum iri.

Hac ergo de lectione coniectura admissa, quam commendarunt quidem iam alii, nemo tamen, quantum

49) Vid. laud. saep. ZIEGLERI commentat. *Ueber Zweck, Quellen und Interpolat. der Ap. G.* ap. GABLERUM 1801, St. 2, p. 156. 157.

50) Sin litteris minusculis exaratum librum malis, promtius adhuc erat, permutare numerorum siglas, omissoque ι scribere δ' pro ιδ'.

affun-

Anni aerae vulg.	Imperatores Romani	Dynaſtae Palaeſtina	Actis Apo- tae
1	*Auguſtus*	*Herodes Ma*	
2		moritur, diſtrib eſſent	
		Iudaeae, Samariae, I	
3		*Archelaus*, ethnar	
8		Relegatur ab Auguſto	

ſoque ſcribere δ' pro ιδ'.

tum equidem ſcio, ad ſecundum ex Keilii mente Paullinum iter tranſtulit, niſi omnia me fallunt, facilia cuncta redduntur et expeditiſſima, ſatisque confidenter ex eis, quae hactenus diſputata ſunt, affirmare auſim, ea, quae narrantur

Actor. Capp.		
1. 2. 3. 4. 5	incidere in annum aerae vulg.	33
6. 7	— — — — —	36
9, 1–20	— — — — —	37
9, 26	— — — — —	40
11, 27–30	— — — — —	43 vel 44
12	— — — — —	44 vel 45
18	— — — — —	51 vel 52
21, 17 ſq.	— — — — —	60
25, 26	— — — — —	62
28, 16	— — — — —	63
28, 30	— — — — —	65

quo eodem anno, ſi ea contuleris, quae de tempore conſcripti huius commentarii ſupra adduximus, librum noſtrum concinnatum et abſolutum fuiſſe iure meritoque dixeris.

Atque haec, quae de temporum rationibus iuſto calculo computandis hucusque ſatis copioſe diſputauimus, quo facilius vno obtutu perluſtrentur, placet addere tabulam chronologicam et ſynchroniſticam, in quam ſi plura intulero, quam nonnullis forte neceſſarium videatur, fraudi id eo minus erit, quo magis illa, ſicuti et tabella genealogica, quam adiecimus, ad illuſtranda ea faciunt, quae, ne in commentario ipſo hisce ſingulis longius immorari cogamur, de regni Iudaici iſtorum temporum forma, ſtatu; hiſtoria, perſonis ſingulis, qui in eo florebant, eorumque vi et auctoritate, de Romanorum in Iudaeos imperio etc. breuiſſima iam delibabimus. Ea enim quantopere ad lucem libro

affun-

affundendam faciant, non est quod moneamus: facilius autem et lubentius lectorem istius aeui genium in libro nostro sequuturum, si his quasi praesidiis antea instructus ad lectionem accesserit, quam si singulis locis eadem recocta fusiorique enarratione commentarii seriem impeditam senserit, nemini non perspicuum erit.

Omnis autem Palaestina, magna et insignis Syriae prouinciae Romanae pars, in varios tractus divisa erat, quorum cis Iordanem tres maxime inclaruerant, Iudaea cum vicina Idumaea, Samaria et Galilaea (Ioseph. Bell. Iud. III, 2, qui locus est classicus), trans amnem autem sitae erant regiones minus celebres, Peraea, Batanaea, Gaulanitis, Auranitis, Trachonitis etc. quibus addi potest vicina ad Libanum terra Abila (in Decapolitana regione, Plin. Hist. Nat. 5, 18) et Chalcis Coelesyriae fertilissima regio (Plin. Hist. Nat. 4, 23) etc.

Incolebatur Palaestina Iudaeis, Samaritanis, Galilaeis etc. Hebraice seu potius Aramaice licet vario idiomate loquentibus, qui idcirco Ἑβραιοι vocantur, quum Iudaei, extra Palaestinam in Asia, Graeciaque etc. dispersi, quia inter Graecos et omnino Ἑλληνας potissimum degentes ad Graecorum normam efformauerant linguam suam Ἑλληνισται audirent (Act. 6, 1).

Quae de terrae historia istis temporibus memoratu dignissima habentur, ea, breuibus comprehensa, haec ferme sunt. Post obitum Herodis M., Iudaeorum regis longe clarissimi, magnae, fere vt in Macedoniae imperio post Alexandrum M., turbae subnascebantur, siquidem omnes e domo regia superstites iique non pauci imperii quandam partem

tem sibi vindicare annitebantur. Eos autem ita composuit Augustus Caesar, vt Archelao, Herodis M. filio natu maiori Iudaeam, Samariam et Idumaeam sub ethnarchae titulo, fratribus autem Herodi Antipae Galilaeam et Peraeam, Philippo Gaulonitidem, Trachonitidem, Batanaeam etc. sub tetrarcharum nomine distribueret. Et hi quidem tetrarchae, ille Sephori, hic Paneade ad fontes Iordanis imperii sede fixa diutius regionibus suis praefuerunt. Archelaus autem, cuius tyrannidem diutius ferre nequibant Iudaei, ad Caesarem delatus mox in exilium relegabatur Viennam, iamque Iudaea omnisque Archelai ditio in prouinciae formam a Romanis redacta administrabatur a Romanis procuratoribus, qui Caesareae sedem habebant, subiecti tamen potestati praesidis Syriae, qui degebat Antiochiae. Ex his procuratoribus maxime inclaruit Pontius Pilatus, qui tamen de saeuitia apud Vitellium, tum Syriae praesidem, postea Romanorum imperatorem accusatus, et ipse sede sua motus Romamque ad caussam dicendam missus est. Ab eodem Pilato etiam Philippi tetrarchia post huius mortem per biennium fere administrabatur, Pilato tamen expulso, Herodi Agrippae (Actor. C. 12) concedebatur, id quod indigne ferens Galilaeae etc. tetrarcha, Herodes Antipas, incitante vxore Herodiade, illius Herodis Agrippae sorore, vxoris fratrem Romae reum agit: sed incassum; auditur enim rei apologia, et accusator ipse Lugdunum in exilium pellitur: ablataque eidem tetrarchia reo ipsi sub titulo regis additur. Mox et Lysaniae tetrarchiam, vicinam Abilenem, et tandem Iudaeam quoque, Samariam etc. quae procuratoribus eo vsque paruerant, obtinet idem Herodes Agrippa, ita vt omnibus iam prouinciis, quae Herodis M. olim ditioni fuerant subiectae, sub Agrippae I nomine

imperaret. Quo defuncto (Act. 12, 23) dubitans Claudius, Rom. Imperator filio eius, Agrippae II (Act. 25), quem vt alumnum Romae secum habebat, paternum regnum committere, procuratores denuo in Iudaeam mittit, qui non eas solum terras, quibus ante Herodem Agrippam praefuerant, imperio regerent, sed et illas, quae Herodi Antipae et Philippo tetrarchis paruerant. Postea vero quam ad maturitatem aetatis peruenerat Agrippa minor, regnum Chalcidis in Syria adeptus est, eoque ei rursus demto, Gaulonitidis etc. tetrarchiam, quam olim Philippus obtinuerat. Caeterae regni partes procuratorum potestati subiectae manebant: atque ea imperii forma vsque ad bellum Iudaicum sibi constitit.

Qui ex hac historiae Iudaicae periodo in Act. Apost. praecipue memorantur, hi ferme sunt:

Tabella

Tabella genealogica Herodiadum,

quatenus ad intelligendos N. T. libros conducit *).

- **HERODES I. MAGNVS**
  - **ARCHELAVS**, ethnarcha Iudaeae, Idumaeae, Samariae.
  - **HERODES II, ANTIPAS**, tetrarcha Galilaeae et Peraeae.
  - **PHILIPPVS**, tetrarcha Gaulanitidis, Trachonitidis, Batanaeae.
  - **ARISTOBOLVS** ∾ **BERENICE**
    - **HERODIAS**
    - **HERODES**, rex Chalcidis
    - **HERODES III, AGRIPPA I.** ∾ **CYPROS**
      - **AGRIPPA II** seu minor.
      - **BERENICE**, vxor Herodis, regis Chalcidis, dein Polemonis, Ciliciae regis
      - **DRVSILLA** ∾ **AZIZO**, Emessenorum regi, dein ∾ **CLAVDIO FELICI**, procuratori Romano.

*) Pleniorem vid. apud NOLDIVM in Iosephi editione Hauercamp. ad calc. Tomi II. Porro apud DEYLINGIVM in disputatione de genealogia Herodiadum, inserta eius Obseruationibus sacris part. II, n. 26.

1) Herodes ille Agrippa, quem, si Herodem M. primum, Herodem Antipam, tetrarcham, secundum nomines, haud iniuste Herodem III. dixeris, qui idem et Agrippa maior, seu Agrippa I audit, Herodis M. ex Aristobulo filio nepos. Recuperauerat is beneuolentia et fauore imperatorum Romanorum omnia, quibus auus quondam imperauerat. Insigni ergo fuit et potentia et splendore (c. 12, 21), cuius nimio forsan amore correptus adulatoribus faciliores aures praebuisse videtur (v. 21, 22). Et quamquam intentiore legis auitae custodiendae studio et ardore latus videri vellet (c. 12, 1—3): tantopere tamen a pristis institutis, perinde atque omnes e domo Herodiadum, deflexit, vt ludis publicis, qui pro salute Imperatoris Caesareae instituebantur, interesse non dubitaret (c. 12, 21). Res eius gestas videsis apud Ioseph. Antt. XVIII, 8 passim vsque ad XIX, fin. Bell. Iud. II, 10, alibi.

2) Agrippa II, minor, (Act. c. 25, 13 sq.) maioris filius, diu Romae a Claudio in deliciis habitus, ob pueritiam tamen defuncto patri in regno totius Iudaeae successor haudquaquam datus. Qui quum ex ephebis excessisset, patruo regi Chalcidos, cui et ipsi Herodis nomen, in regno successit, postea autem, amisso illo regno, quod probabiliter επαρχια Syriae addebatur, tetrarchiam illam, quam primo Philippus, et post Agrippae I mortem procurator Romanus imperio tenuerat, simul cum Trachonitide et Abila, Lysaniae tetrarchia, adeptus est. Nihilo tamen minus, licet non nisi tetrarchia fungeretur, βασιλεως nomine salutatur c. 25, 13 (sicuti et Herodes Antipas, tetrarcha, Matth. 14, 9, coll. Luc. 3, 19) magnoque et regio splendore incedit (c. 25, 23). Vir

eruditus

eruditus fuisse traditur et in Paullum Apostolum satis aequus. Mentio eius iniicitur et in Pesachin fol. 107, 2; Vajikra Rabb. Sect. 3, fol. 147, 3; Sota fol. 41, 1. Vltimus fuit Iudaeorum rex, atque et Iudaico bello interfuit; eius res gestas lege apud Iosephum Ant. Lib. XIX, c. 7 vsque ad Lib. XX, fin. sicuti eius regni fines apud eundem Bell. Iud. L. III, c. 2.

3) Berenice (Act. 25, 13) Agrippae II germana soror, primo nupta patruo Herodi, Chalcidis regi. Defuncto marito apud fratrem, qui in Chalcidis regnum successerat, degebat; sed quum rumor manaret, incestuosam cum fratre consuetudinem ab illa haberi, (Iuvenal. Satyr. VI, 155) nupta est Polemoni, Ciliciae regi, quem tamen mox, vtpote liberiori dissolutiorique vitae assueta, deseruit rediitque ad fratrem Agrippam II, quicum et Caesareae apud Festum adest. Fertur autem splendidissimae formae fuisse, eiusque amore ipsum Vespasianum et Titum captos fuisse ait Tacit. Hist. II, 91 et Sueton. Tit. 7.

Ex procuratoribus Romanis autem in Act. Ap. memorantur

4) Clavdivs Felix, (Act. c. 23 et 24) Claudii Caesaris libertus, frater Pallantis, quem summa apud imperatorem vi et auctoritate floruisse ex Tacito nouimus. Homo fuit ob libidinem, saevitiam superbiamque satis famosus (Tacit. Annal. XII, 54). Plures vxores duxisse dicitur, easque regia stirpe oriundas (Tacit. Hist. V, c. 9; Sueton. Claud. c. 28, vbi vid. Graev. et Ernesti), quarum duas nouimus, alteram Drusillam Romanam, Antonii triumuiri e Cleopatra neptem, et alteram itidem Drvsillam, sed Iudaeam, Herodis Agrip-

pae filiam (Act. 24, 24), quam antea Azizo Emesenorum regi nuptam nefariis artibus pellexit, vt deserto marito, sibi nuberet, Ios. Ant. 20, 7, 2. Multa sane is praeclare in prouincia gessit (Ios. Ant. 20, 8, 5), latrones, seductores, pseudoprophetas, seditionem mouentes, vt Aegyptium illum (Act. 21, 38) coercuit etc. vt adeo non male de Iudaeis promeruisse dicendus sit, neque iniuria de eius κατορθώμασι loquatur Tertullus Actor. 24, 3. Verum iis, quae longe plura iniuste et crudeliter egerat, omnem hanc laudem mirum in modum attenuauerat (Ios. Ant. 20, 8, 5; Tacit. Annal. 12, 54 et Hist. 5, 9; Sueton. Claud. c. 28). Proinde postquam prouincia excesserat, multorum criminum a Iudaeis apud Neronem insimulabatur, luissetque haud dubie flagitiorum et scelerum poenas, nisi Pallante fratre intercedente imminenti exitio ereptus fuisset. Vide eius gesta apud Ioseph. Ant. XX, 6; Bell. Iud. II, 12. At prorsus alium se gessit

5) Porcivs Festvs, successor a Nerone Felici datus. Numquam, quod scio, de eo conquesti sunt Iudaei: imo multa in eorum commodum praeclare egit, sicariis terram purgauit, impostorem quendam γοητα oppressit, cum Agrippa II, Iudaeorum rege gratiam et amicitiam iunctissimam iniit, atque in caussa quadam cum Iudaeis priuata adeo mitem se et iustum praestitit, vt Romam proficiscentibus aduersariis nil impedimenti obiiceret, vbi et impetrarunt illi caussam. Eadem lenitate in caussa P. audienda, prouocatione eius ad Caesarem agnoscenda vsus est Act. 25, 11. 12. Vid. de eo Ioseph. Ant. XX, 7; Bell. Iud. II, 12, fin.

Omnis autem Palaestina Romanis a Pompeio armis superata Romanorum voluntate et imperio regeba-

regebatur, et quidquid Iudaeorum regibus magiſtratibusue ſplendoris aut potentiae ſupererat, debebatur Romanorum gratiae et beneuolentiae. Summo ergo ſtudio et aemulatione eam aucupabant Iudaeorum nobiles, in primis e ſtirpe regia principes, proficiſcebantur in vrbem, ſalutabant Caeſares, quin eo vsque adulationis procedebant, vt Romanos adeo mores patriae inueherent [51]). Neque repellebantur ab imperatoribus Romanis, imo magnam eorum nonnulli gratiam inibant, ornabantur poteſtate, ſingulis Palaeſtinae aut adiacentis Syriae, Abilenae, Chalcidis dynaſtiis praeficiebantur, quibus nomine atque auctoritate regulorum, tetrarcharum, ethnarcharum imperarent: aut totius adeo Iudaeae regnum ita obtinuerunt, vt regio nomine ſalutarentur ſed et arbitrio Caeſarum regno moverentur.

Longe plurimum tamen valebant, et ni omnibus, at nobiliſſimis tamen Palaeſtinae partibus imperabant Romanorum procuratores [52]), ſedem habentes non Hieroſolymae, vbi tamen ad ſeditiones opprimendas Romana σπειρα (circa 600 hom.)

51) Ita Act. 12, 21 ſacris ludis, quos pro ſalute Caeſaris Romani celebrabant Caeſareae, intererat Iud. rex. Herodes M. autem non ſine ſummo eorum dolore, qui auitas religiones ſanctius colendas vellent, aquilam Romanam auream ſupra maiorem templi portam dedicauerat. Ioſ. Ant. 17, 8. Bell. Iud. I, 21.

52) Omnes fere procuratores, ſi a pauciſſimis receſſeris, ob auaritiam, ſuperbiam, crudelitatemque Iudaeis inuiſi erant, et de induſtria forſitan ſeueriores et acerbiores homines in Iudaeam a Romanis mittebantur, quia Iudaeorum gens ad tumultus concitandos proclinis ferebatur. Saepius quidem primores Iudaeorum dicuntur φοβεισθαι τον λαον Act. 5, 26 et paſſim in euangeliſtis.

in acropoli Antonia excubias cum chiliarcho agebat, sed Caesareae (Act. 23, 23; 25, 1), ἐπιτροποι proprie dicti, sed, vt fieri solet, interdum et magnificentiore ἐπαρχων, ἡγεμονων nomine salutati (Act. 23, 24; 25, 1), quod proprie Syriae praesidi competebat, qui, Antiochiae degens, procuratores Iudaeae sibi subiectos habebat, multumque ad Iudaeos vel leuandos vel affligendos conferre poterat, id quod Vitellius exemplo suo testificatus est, multum fauoris in Iudaeos, a Pontio Pilato oppressos conferens (Ios. Ant. 18, 6).

Sub hoc Syriae praeside et imperatore Rom. ipso summam illi procuratores potestatem, iusque vitae et necis exercuere; quae quidem summa potestas Iudaeis ipsis [53]) ademta erat, vt quidquid maneret non nisi leuis potentiae priscae vmbra habenda esset. Manebant quippe magistratus et honores ciuiles, senatusque in singulis ciuitatibus, neque impugnabantur leges ad religiones spectantes liberumque earum exercitium; supererant sacerdotes, Pontifex maximus, summumque illud synedrium, maxima auctoritate insigne.

Atque venerabilis hic consessus, cuius et in nostro libro creberrima mentio iniicitur, collectus erat ex primoribus nationis, aetate, sapientia, litteris, honoribus etc. conspicuis, vnde eius assesso-

res

53) Scil. iis temporibus, quibus per procuratores regebantur. Nam regibus summa potentia tradita erat, neque transgressus potentiae fines esse dicendus est Herodes Agrippa, quod Iacobum Apostolum necauerit c. 12. At secus egerat Synedrium, Stephanum morti tradens, quam nonnisi procurator Rom. poterat infligere. Quid inde ad tempus mortis Stephani definiendum sequatur, supra vidimus.

res audiunt πρεσβυτεροι, seu πρεσβυτεροι του λαου, του Ισραηλ, c. 4, 8, זקני העם; γραμματεις ob peritiam iuris, legis constitutionisque Mosaicae; αρχοντες, proceres, 4, 8. Inter omnes tamen assessores praecipue eminebant αρχιερεις, ex sacerdotali genere, ex του αρχιερατικου γενους, 4, 6, quibus cunctis praesidebat pontifex Max. eminentissimo sensu ὁ αρχιερευς, seu simplicius ὁ ιερευς dictus, 5, 24 [54]). Non autem ex Palaestinensibus solum Iudaeis, sed et ex Hellenistis compositum fuisse illud collegium probabile est, saltem ex illis quoque, qui hellenisticum idioma probe callebant; neque enim aliter coram Synedrio caussam orare potuissent Hellenistae, vt v. c. Stephanus. At quoad placita admodum a se inuicem dissentiebant Synedrii assessores, siquidem maximam quidem, vt videtur (Cf. Lightfoot. ad Io. 9, 13), partem Pharisaeorum, sed permulti tamen iique saepe honoratissimi et Sadducaeorum sectae nomina dederant, c. 5, 17; qui quidem dissensus quantam perturbationem in rebus cognoscendis mouerit et confusionem, existimari potest, quare et Paullus ad se instanti periculo eripiendum eo vsus est prudentissime c. 23, 6 sqq. Maxima auctoritate pollebat synedrium non in Iudaeos Palaestinenses solum, sed, conniuentibus Romanis, et in illos Iudaeos, qui extra Palaestinam

 degen-

54) Non ergo est quod miremur, huic ιερει subiici 5, 24 αρχιερεας, i. e. eos, qui vel antea eodem honore functi erant, vel ex αρχιερατικω genere ortum ducebant, (fere vt Rom. *viri consulares*). Caeterorum ιερεων turba non videtur in eximio honoris gradu collocata fuisse, 6, 7; 4, 1. Caeterum locus classicus, ex quibus nationis membris collectum fuerit synedrium, adest c. 4, 5 sq.; Marc. 15, 1 etc. De vi ac potestate Synedrii in exteros Iudaeos cf. *Witsii* meletemata sacra, p. 16.

degentes prorſus ad alterius ditionem pertinebant, ſed et in remotiſſimis imperii Rom. partibus Synedrii ſtatuta ſanctiſſime venerabantur iuſſaque capeſſebant. Cognoſcebat hic ſenatus potiſſimum in iſtis cauſſis, quae ad legem Moſ., cultum numinis, templum, haereſeos crimen, falſos prophetas ſpectabant, ſicuti caeteri magiſtratus in cauſſis ciuilibus publicis et priuatis, ſed in neminem, niſi Iudaeum poteſtatem exercebat, adeoque ciuis Romanus, qui nonniſi Romanos iudices agnoſcebat, qualemque ſe profeſſus erat Paullus, nulla lege coram Synedrio comparere adigi potuit, 25, 9. Sed ne Iudaeos quidem morte plectere poterat, ſed flagellis tantummodo caedere [55]), vinculis conſtringere, in carceres coniicere. Tum deferendus erat reus ad procuratorem, qui cauſſam dicebatur *ανακρινειν*, *cognoſcere*, quo facto (nemo enim niſi antea auditus condemnabatur, 25, 16), ſi res ita ferebat, capitis damnare poterat procurator, vtpote ipſius Caeſaris perſonam ſuſtinens, 25, 19 [56]): ſed et permiſſum erat Romanis ciuibus, ante latam ſententiam, ſi forte iniuſtiorem timebant, aut ſi alterius arbitrio reos permittere velle procurator videbatur, ad Caeſarem

55) Romanum autem ciuem flagellis caedere, ne Romanis quidem magiſtratibus permiſſum erat, c. 22, 25 — fin., nullo intercedente diſcrimine, num origine an meritis ciuitatem adepti fuerint. Proinde de crudeliſſimo procuratore Geſſio Floro conqueritur Ioſephus B. I. 2, 14, quod *ετολμησεν ανδρας ιππικου ταγματος μαστιγωσαι προ του βηματος, και σταυρῳ προσηλωσαι, ὠν, ει και το γενος Ιουδαιοι, αλλα γουν το αξιωμα Ῥωμαϊκον ην.*

56) Lex. Rom. de officiis procuratoris Caeſ. *Quae acta geſtaque ſunt a procuratore Caeſaris, ſic ab eo approbantur, atque ſi a Caeſare geſta ſunt.*

ſarem prouocare, 25, 11 [57]), neque iam ſub procuratore erat reus, ſed ſub imperatore ipſo, quique poſt hanc appellationem in reum ſuo quidquam arbitrio egiſſet procurator, ex lege Iulia plectebatur [58]).

Haec ferme fuit, quatenus ad librum noſtrum poſteriorem maxime partem intelligendam facit, rerum Iudaicarum forma et effigies, haec oppreſſae penitus gentis miſera et ſeruilis conditio grauiſſimis illis temporibus, in quae cadit hic Lucae commentarius, proxime antecedentibus triſtiſſimos illos et turbulentiſſimos annos, quibus nullum iam modum faciens Romanorum in Iudaeos crudelitas et ſuperbia ad fatale illud bellum concitauerat ſeditioſos populi animos, quod totius regni interitu, incolarum internecione, et triſtiſſimo vrbis templique excidio exiiſſe abunde nouimus.

Sed quum ea, quae adhuc expoſuimus, ad illuſtrandam rem noſtram ſufficere videantur, ne longius exſpatiemur in campum latiſſime patentem, age ad exponendum commentarioque explicandum librum ipſum procedamus, ſi pauciſſima de variis partibus, in quas commodiſſime diſpeſcere potueris librum, praemonuerimus. Verum et in eis diſtribuendis ſecernendisque varias admodum vias ingreſſi ſunt interpretes: atque quum, quantopere ea, quae inde a Cap. 13 perhibentur, a prioribus discre-

57) Lex de appellationibus recipiendis: *Ante ſententiam appellari poteſt in criminali negotio* (*ſc. ad Caeſ.*), *ſi* (*ſc. iudex*) *contra legem hoc facit.*

58) Lege Iulia de republ. *condemnatur, qui aliqua poteſtate praeditus ciuem Romanum ad imperatorem appellantem necauerit, verberauerit, in publica denique vincula coniecerit.*

discrepent, neminem facile praeterire possit, permulti iam binas libri partes agnoscere suaserunt, alteram, quae antiquiorum Apostolorum, inprimis Petri, alteram, quae Paulli ad promulgandum euangelium conamina exponeret. Aliam viam ingressus Ven. Bolten primo, quae ante Lucae cum Paullo congressum c. 1 — 16, 10, dein, quae post eundem acciderint, exponere mauult; id quod idcirco minus placet, quia, quae iam inde a c. 13 narrantur, eundem seruant colorem, qui in c. 16 sq. conspicuus est. At Ven. Thies quatuor potissimum partibus librum vult effici 1) introitu c. 1. 2) origine ecclesiae neoiudaicae c. 2 — 9; 3) eiusdem inter proselytos propagatione c. 10 — 12; tandemque 4) christianae ecclesiae apud ethnicas gentes incrementis c. 13 — fin. In qua quidem distributione displicet, vnum eundemque coetum duplici nomine neoiudaicae et christianae ecclesiae nuncupari (neque enim video, qua ratione inducti id segregemus). Tum plura haud dubie capp. 2 — 9 et inde vsque ad c. 12 perhibentur, quam ecclesiae origo et propagatio inter proselytos, quod cuilibet satis, opinor, perspicuum erit. Quapropter, si librum, qui a capite ad calcem id agit, vt quae rei Christianae post magistri discessum vel secunda vel aduersa acciderint, edisserat, in partes subdiuidere velimus, fontium in primis, vnde Lucas hausit, ratione habita, ita distribuamus, vt post prooemium, quo priori commentario posterior annectitur, c. 1, 1 — 14, *primam* partem illam dicamus, in qua ex aliis scriptis monumentis potissimas narrationes suas expressit auctor, c. 1, 15 — c. 12, *alteram* autem illam, in qua, quae ipse praesens vidit aut ex ore Paulli cognita habuit, memoriae tradit. Ordo, quo expositae res se excipiunt, hic ferme est;

Post

Post prooemium, ascensionem I. C. enarrans, atque vsque ad v. 14 perductum, auspicatur narratio a

1) subleotione Matthiae Apostoli in proditoris Iudae locum, cap. 1, 15 — fin. Iam sequitur

2) augustissimum illud phaenomenon in celebrando festo pentecostali Apostolis apparens, effectusque, quem ad animos hominum Christianismo conciliandos protulerit, c. 2. Excipit

3) Sanatio claudi per Petrum Apostolum, et quae eam subsequuta sint tam incrementa christiani coetus, quam persecutiones Apostolorum. Cap. 3—4, 31.

4) Narratio de morte Ananiae, cui nonnulla explicationis caussa praemittuntur, cap. 4, 32 — c. 5, 11.

5) Grauior persecutio Apostolorum, per Synedrium c. 5, 17 — fin.

6) Historia Stephani cum antecedentibus subsequentibusque, c. 6 — c. 8, 3.

7) Multis persecutionibus post Stephani mortem affligitur christianorum societas, sed nihilominus tamen altiores indies radices agit. — Philippus diaconus Samaritanis euangelium commendat. Petrus et Ioannes Apostoli conuersos confirmant, Simonem praestigiatorem profligant. — Philippus eunuchum Aethiopem nouae christianorum familiae adducit. — Saulus, grauissimus christiani nominis insectator ipse ad christiana castra transit. c. 8, 3 — c. 9, 31.

8) Petrus Hierosolyma profectus in caetera Palaestina euangelium promulgat, Lyddae, Ioppae, Caesareae, reditque in vrbem c. 9, 32 — 11, 18.

9)

9) Continuatur historia de propagato Christianismo etiam inter gentes versus Occidentem et Septentrionem c. 11, 19 — fin.; c. 12, 24. 25.

10) Petrus grauissimo vitae periculo mirabili modo eripitur. c. 12.

11) Saulus, iam Paulli nomine appellatus, magnum illud iter ad gentes conuertendas suscipit, variisque vicissitudinibus iactatus, Hierosolymam redit, in vincula coniicitur, accusatur, atque ad caussam dicendam Romam ad Caesarem, ad quem prouocauerat, mittitur. Cap. 13 — cap. 28. Quae quidem itinerum etc. vicissitudines, quo ordine se exceperint, sigillatim deinceps percensebimus.

ACTA

ACTA APOSTOLORVM.

PARS PRIOR

CAP. I—XII.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι CAP. I, 1

VARIAE LECTIONES.

Variat inscriptio potissimum in eo, quod in quibusdam Codd. additur nomen Λουκα (Cf. proleg. not 3.), adiecto vel cognomine αποστολου vel ευαγγελιστου, vel attributo ἁγιου, ενδοξου, πανευφημου etc. Caeterae variationes minoris momenti habendae sunt.

Panditur rerum commemorandarum scena repetita denuo et luculentius exposita ascensionis I. C. historia, quam in euangelii fine paucissimis tantummodo delibauerat auctor. Ita priori illi commentario scite annectitur alter hic posterior. Extenditur autem narratio vsque ad v. 14. Siquidem, attexta v. 1-3. orationis tela, 1) colloquia Christi cum discipulis proxime ante digressum habita v. 4-8, 2) abitus in coelos ipse v. 9-11, et 3) quae eundem subsequuta sint, exponuntur. Μεν ex elegantia Graeca ponitur, etiamsi nullum sequatur δε. Λογος *liber* (vt ספר ab enarrando dictus), quo narrantur res gestae. Ita דברי saepius de libris historicis, vt 1 Paralip 29, 29. Sed et perinde apud optimos Graecos, vbi λογοποιος est *historiographus*, Xen. Cyrop. 8, 5, 13. Cf. Raphel. ex Polyb. ad h. l. Περι παντων noli nimis vrgere. Ηρξατο ποιειν pleonasmus pro simpliciore εποιησε, Gen. 2, 3. Act. 11, 15. Saepe de actu completo adhibetur vox αρχεσθαι, Glassius Grammat. sacra Tract. 3. cap. 3. Subtiliorem ergo se praestare videtur b. Morus, explicans *inde ab initio vsque ad mortem*. — De Theophilo autem vid. Prolegom. not. 4.

2 ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύ-
3 ματος ἁγίου οὓς ἐξελέξατο ἀνελήφθη· οἷς καὶ παρ-
ἔστησεν

v. 2. Εντειλαμενος sc. ενταλματα, περι της αυτου διδαχης, quod omiſſum eſt. Caeterae voces expeditae ſunt. Sed offendunt inſerta οὑς εξελεξατο et τα: δια πνευμ. ἁγ. Quodſi locum ſanum eſſe, nullaque addita gloſſa corruptum dicamus (mihi tamen alterutrum ab aliena manu additum videtur), equidem τα: δια πν. ἁγ. ad οὑς εξελεξ. traxerim, commate poſt αποστολοις poſito. Conſtructio enim: δια πν. ἁ. οὑς εξ. pro faciliori: οὑς εξ. δ. π. ἁ. ſatis frequens eſt. Selegit 12 illos pro diu. vi, quae eum inhabitabat, ex qua ingenia eorum, qui ad tantum opus maxime idonei forent, optime poterat dignoſcere. Sin ad εντειλαμενος alii, alii ad ανεληφθη trahunt τα: δια π. ἁ., vbique impediunt et frigent inſerta οὑς εξελ. Neque cum aliis δια pro περι (quod attinet ad) accipiemus, refragante linguae vſu.

v. 3. Senſus adhuc erat: *primum commentarium vsque ad adſcenſionem I. C. deduxi.* Pergendum erat: *alterum hunc de eis quae poſt eam geſta ſunt continuabo.* Sed ſupprimit ea Lucas vocibusque αποστολοις et ανεληφθη adductus ad rem ipſam ſenſim progreditur. Παρεστησε i. e. απεδειξε *comprobauit ſe, legitimirte ſich.* Ζωντα μετα το παθ. iunge arctiſſime, *poſt mortem adeo rediuiuum,* vt παθειν etiam το αποθανειν exprimat. Πολλ. τεκμηρ. *multis iisque certiſſimis ſignis* ad conuincendos incredulorum animos, e. gr. Luc. 24, 39 ſq.; Io. 20, 14; Act. 10, 41. De apparitionibus I. C. poſt reſurrectionem intell., non de miraculis, quae non tam τεκμηρια, quam σημεια audiunt. Δι' ἡμερ. τεσσαρ. ſc. *interdum per illud* 40 *dierum ſpatium.* Βασιλ. Θεου. De nouo rerum ordine, quem Deus per Ieſum, vt Meſſiam, in terris reſtitutum voluit, de quo ante mortem toties cum eis collocutus erat, et poſt reſurrectionem eo curatius docere poterat diſcipulos, quo firmioribus reſurrectione ſua munitus ille erat praeſidiis. Notio βασ. Θ. euoluenda eſt ad euangeliſtas. Cf. Koppii Exc. I. ad Theſſal. Caeterum comma illud ſiue ante τα: εν πολλ. τεκμηρ. ſiue poſt ea, ſiue denique poſt δι' ἡμ. τεσσ. ponatur, ſenſum non multum mutabit.

v. 4.

έστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσο- 4
λύμων

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Συναλιζόμενος. Vera ſine dubio et genuina haec lectio. Sed codd. 25 ap. Wetſt. et Griesb., 3 ap. Matth. 1 ap. Birch. patres et Verſſ. nonnull. habent συναυλιζομενος, *vna commoratus et quaſi contubernio cum illis vſus.* Praefert lectionem et acriter propugnat Wetſtenius, eadem forte de cauſſa, ex qua in codd. illos irrepſit. "Quis enim ferat, ait Wetſt., Ieſum *primo* apparuiſſe diſcipulis, οπτανομενος v. 3, *deinde* eos congregaſſe?" Verum v. 4. ad aliud, idque ſerius tempus pertinet, illum diem puta ipſum, quo in coelos euectus eſt Chriſtus, quum οπτανομενος v. 3 ad omne illud temporis interuallum ſpectet. Praeferatur ergo lectio vulgaris, vt difficilior (Cf. Mill. prolegom. §. 916.), cui, ſi malueris, et ipſi eundem indere poteris ſenſum, qui ineſt voci συναυλιζομενος. Sed conſtruenda quoque erat vox συναυλιζομενος cum datiuo, qui non aeque commode omittitur, atque accuſatiuus, qui iungitur voci συναλιζομενος. Reiiciatur ergo lectio συναυλ. ſicuti et illa, συναλιςκομενος μετ' αυτων, vna cum eis ſumtum faciens, i. e. vitam degens, nec non coniectura Hemſterhuſii συναλιζομενοις.

v. 4. Adhuc de conuerſatione Chriſti cum diſcipulis poſt reſurrectionem omnino: iam de illa agitur, quam ipſo aſcenſionis die egerat. Και. *Und einſtmahls.* Συναλιζεσθαι vox et ap. Xenoph. Ioſeph. occurrens (ab aduerbio ἁλις *abunde, confertim*) eſt *congregari.* Verbum medium, ſuppl. αυτους, niſi durius paſſiue *collectus eſt ipſe vna cum diſcipulis* dictum malueris. Heſych. συναθροισθεις, συνεχθεις. Nodum hic in ſcirpo quaerere Wetſtenium, vid. varr. lectt. ex cuius mente nonnulli, qui aliam tamen illam lectionem συναυλιζομενος minus probant, eodem fere ſenſu dictum volunt συναλιζομενος quo dictum fuiſſet συναυλ., vt innuat conuictum, a) *conueſcens.* Schol. Cod. h. ap. Matth. explicat per κοινωνων ἁλων, τραπεζης. (Ita et Bolten) b) *familiari conſuetudine vſus* omnino. Cf. Valkenar. annotatt. critt. in loc.

λύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου· ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ

loc. quosd. N. T. ad calcem orationum Hemsterhusii p. 169 sq. Minus recte vertunt alii *frequentans eos*, rectius alii *conueniens* cum illis. — Congregatio illa facta est aut continuo in monte oliuarum, aut, vt S. V. Paulus opinatur, *Commentar. liber das N. T.* Th. 3. p. 919. primo Hierosolymis, vespertino ad coenam tempore, fere vt in Paschali illa coena, qua peracta ad olivetum eos deduxit. Ἀπὸ Ἱεροσόλ. Hinc ergo tanquam e centro in omnes terrarum partes exire noui luminis radios voluit I. Luc. 24, 49; Io. 4, 22; (Ies. 2, 3). Ἐπαγγελίαν τοῦ πατρ. i. e. πνεῦμα ἐπηγγελμένον et a patre expetendum. Io. 14, 16; 15, 26 sq. Ἠκούσατέ μου. Subitus ex oratione indirecta in directam transitus, multis scriptorr. e. gr. Xenophonti satis familiaris.

v. 5. Βαπτίζεσθαι 1) indicat: *mergi* 2) exprimit abundantiam et plenam copiam rei alicuius, *penitus imbui aliqua re* (τινὶ et ἐν τινὶ) *et circumdari*, sic Lat. *mergi* calamitatibus, negotiis etc. Speciatim in N. T. de solemni illo aqua ablauandi ritu adhibetur, qua ad Messianum regnum accessuros inaugurabat Ioannes baptista et inauguratos voluit Iesus ipse Matth. 28, 19. Huius ritus ratione habita et de *larga* πνεύματος ἁγίου donatione, quo quasi perfundebantur, mergebantur Apostoli, tropice adhibetur. Caeterae verbi significationes huc non pertinent. Πνεῦμα ἅγιον diuinum illud principium, quod mouet, regit, tuetur etc. quemlibet nouae reipublicae christ. ciuem. Cf. Excurs. 4 Sens. *Vestra inauguratio grauior, fortior et magnificentior erit, quam ea, qua homines et me ipsum ad Iordanem inaugurauit Ioannes.* Quaerendum, quo pacto haec cohaereant cum v. 4? Sunt, qui ὅτι *caussaliter*, sunt qui *declaratiue* explicent: Hi ὅτι vertunt *quod*: "Expectate, donec rata fiant promissa, quae vobis dedi, ea nimirum, quod vos non aqua, sed πν." etc. Illi tamen melius ὅτι reddunt *namque*: "Expectate etc. nam vere rata fient, atque, vt Ioannes aqua, ita etc." Diserte ergo narrat

ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Οἱ μὲν οὖν 6
συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· κύριε, εἰ ἐν
τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ
Ἰσραήλ; Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶ- 7
ναι

narrat Lucas, haec verba, quibus similia, pleniora tamen, dixerat et Ioannes baptista Matth. 3, 11; Marc. 1, 8; Luc. 3, 16; Io. 1, 26, a Iesu ipso proxime ante abitum enunciata esse; id quod infra ad c. 11, 16, adhibebitur.

v. 6. Ἐν τῳ χρονῳ τουτῳ vel: hac *in terrestri vita* (עלם הזה oppos. הבא), vel: nunc, iam, hoc ipso tempore praesenti. Ἀποκαθιστανειν. Verbum de ciuitatibus constituendis maxime adhiberi solitum. Polyb. IX, 30. το πατριον αποκατεστησε πολιτευμα. H. l. tamen forte non tam de instaurando Israelitarum regno dictum puto et *in pristinum statum restituendo:* maius enim et excellentius regnum, quam priscum fuerat, exspectabant; sed omnino esse: *condere, fundare, perficere,* τελειωσαι, vt Hesych. explicat. Si et huius versiculi cum antecedente nexum spectaveris, existimabis, *vel* aliud hic induci conuersationis obiectum longiore post promissa Iesu v. 4 et 5. promulgata internallo ab Apostolis prolatum, *vel:* eodem ipso momento discipulos parum attendisse ad promissa Iesu, suique nimis studiosos id tantum curasse et quaesivisse, quid de regno exspectandum haberent, *vel* denique ipsa promissa Iesu v. 5. ita a discipulis esse intellecta, ac si de isto regno dicta essent: auide ergo arrepta fuisse et hanc produxisse quaestionem. Posterius placet. Dixerat Iesus: ου μετα πολλ. ἡμ. ταυτας. Excipiunt Apostolis; Siccine tandem εν τῳ χρ. τουτῳ i. e. *nunc, his ipsis diebus* instaurabis etc. — Male autem indignationem Apostolorum expressum credit Lightfoot: "Itane nunc regnum restitues Iudaeis illis, qui te cruci affixerunt etc." Impensissimum potius desiderium eorum exprimit, seu, si id minus placet, dubitationem, illo tempore, quo propinquum regni interitum omnia minabantur, de instauratione eius et perfectione sermonem esse posse.

v. 7. Χρονους η καιρους synonym. nisi argutari velis.

Dan.

καὶ χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ
8 ἐξουσίᾳ· ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ
ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες
ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμα-
ρείᾳ καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.
9 Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ
νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Καὶ

Dan. 7, 12. Ita et ap. Graecos, e. gr. Demost. Εθετο i. e. constituit, destinauit, נתן. Εν i. e. δια, *vermöge*. Matth. 21, 23. Obscura haud dubie responsio, qua tamen de industria Iesus vsus videtur, tum vt longius cogitatione rem persequerentur discipuli ipsi, tum ne cui ad seditionem concitasse animos ipse videretur.

v. 8. Αλλα *genug*. Hoc vobis sufficiat, quod v. 5. promisi. Επελθοντος. Deus, diuinumque numen, maiora solitis per homines effecturum, praesentius adesse et quasi aduentare dicitur, ex notiss. anthropomorphismo. Caeterum arctiss. iungo c. δυναμιν, neque cum quibusdam genetiuos absolutos hic inuenio (commate post δυν. posito). Μαρτυρες μοι etc. me Messiam extitisse, de quo vates cecinerant, dictisque et factis me talem comprobasse. En autem ordinem, quo christiana religio promulganda hic dicitur et vere promulgata est. Egressum enim Hierosolyma euangelium caeteram Iudaeam peruasit (Act. 8, 1.) dein Samariam (8, 5.) et tandem penetrauit ἑως εσχατου της γης, (c. 8 sq.), quod non de extremis Palaestinae tantummodo finibus accipiendum est vt Ies. 45, 22, sed de omni terra, in qua tam Iudaei degebant quam gentiles, Matth. 28, 19; Marc. 16, 15.

v. 9. Επηρθη *sursum sublatus est*. Durius videtur synonyma haec habere cum eis, quae Luc. 24, 50. dicuntur επαρας τας χειρας αυτου, vt habere videtur S. V. *Paulus Comment. üb. N. T.* Tom. III. p. 930. "Augustior discipulis et sublimior visus est magister." Νεφελη. *Nube intercedente disparuit.* Exprimitur hoc tum illud, vere disparuisse Iesum, tum celsiorem eum sedem occupasse, siquidem nubes

Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, πορευομένου 10
αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν
ἐσθῆτι λευκῇ, οἳ καὶ εἶπον· Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί 11
ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς
ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσε-
ται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν
οὐρανόν.

Τότε

nubes erant numinum sedes. Exod. 24, 18. Ios. Antt. 3, 8, 48. Sedes autem aliqua proprie dicitur ὑπολαμβανειν quem, cui verbo notio *suscipiendi*, et ob addita ἀπο των οφθ. etiam *auferendi*, *subducendi* inest.

v. 10. Εις τον ουρανον iunge cum ατενιζοντες non cum πορευομενου. Ἀνδρες δυο — λευκη. Simile phaenomenon, atque post resurrectionem dubitantibus apparuerat, Marc. 16, 5; Luc. 24, 4. Atque quum ibi in locis parallelis Matth. 28, 2, et Io. 20, 12, diserte affirmetur, angelos apparuisse, recte forsan concludimus, etiam hos viros ab auctore pro angelis haberi, et ita intelligi se velle Lucam. Atque sicuti ibi feminarum, ita h. l. discipulorum, nescientium, quid Iesu acciderit, dubitationem et αποριαν soluisse dicuntur illi diuinitus missi nuncii.

v. 11. Verba sunt expeditissima. Bina autem a nuncio div. hic edocentur Apostoli: 1) in coelos sublatum esse Iesum, quem circumspiciendo quaerebant, 2) pari modo eum e coelis rediturum. Sed incassum in vocibus ουτως, et ὀν τροπον argutati sunt intt. ad inueniendum specialius aliquod tertium comparationis, e. gr. aeque in nubibus, in forma humana, aeque gloriose, aeque hic circa montem oliuarum etc. Quin haesitarunt in eo, quod reditus I. C. in 1 Thess. 4, 16, 17; 2 Thess. 1, 7. 8. aliter prorsus delineatus sit, atque hic abitus. Induxit adeo hoc dubium nonnullos, aut pro ουτως legere ουτος, aut post ουρανον ponere interrogandi signum: "An putatis, pari modo eum rediturum? Minime vero." Nos vero nolimus argutari, neque pro humana Christi natura argumentum hinc petere. Tertium comparationis est nullum aliud, quam

 rei

12 Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ
καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ, σαβ-
13 βάτου ἔχον ὁδόν. Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ
ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες ὅ τε Πέτρος καὶ Ἰά-
κωβος

rei veritas: aeque vere, ac abiit, redibit I. ad inaugurandum regnum Meſſianum. Hoc vnum ſufficiebat Apoſtolis (v. 6.), το: πως autem parum curabant. Caeterum de παρουσια Chriſti ad euangeliſt. rectius exponetur. Cf. de nobiliſſimo hoc in Iudaeorum Chriſtologia loco *Hartmann Blicke in den Geiſt des Urchriſtenthums*, Düſſeld. 1802, S. 86-137.

De omni autem re mirabiliter hic narrata ſufficient, quae allata ſunt, ad mentem auctoris intelligendam: plura enim in commentario non quaerimus. Quid tamen de omni phaenomeno, inſignioris huius I. C. exaltationis (Phil. 2, 9-11.) documento iudicandum ſit, in Excurſu I. diſſeremus.

v. 12. Ορους-Ελαιωνος. Notiſſimus ex euangeliis Ieſu ad preces faciendas etc. ſeceſſus. Hic ergo et poſtremum cum diſcipulis colloquium habuit, atque hinc in coelos ſublatus eſt, non repugnante Luc. 24, 50, vbi non *vsque ad* Bethaniam, ſed viam, quae *verſus* Bethaniam tendit (in qua via ſitus erat et mons) diſcipulos duxiſſe legitur I. C. Σαββατου ὁδον εχον, diſtans (pro απεχον) circiter 2000 paſſuum aut 7 ſtad. Plus enim ſpatii die ſabbathi non conficere licuit Iudaeis, interminantibus non quidem Moſaicis inſtitutis, ſed maiorum placitis, fortaſſe ob Exod. 16, 29. Cf. Ioſeph. Ant. 8, 10, 6. Hieronym. epiſt. 151. ad Algaſiam. Nec impedit, Ioſ. B. Iud. 6, 3, affirmare, 6 tantummodo ſtad. ab vrbe diſtare montem, quia alia eius pars longius aberat alia, adeoque promiſcue illud ſumitur. Caeterum addidit haec Lucas, vt edoceretur Theophilus, qui id ignorabat.

v. 13. Υπερῳον ſc. οικημα, עליה. Certum quoddam conclaue in ſuperiori parte aedium, ſummoque tabulato, quod fere in omnibus aedificiis publicis et priuatis ex Graecorum orientaliumque architectura adornatum erat, ad confabulandum, coenandum, ambulandum, meditandum, preces faciendas, quibus adhibendis

κωβος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς, Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ

bendis et nunc post discessum tanti magistri nil antiquius habebant Apostoli. De ὑπερῴῳ templi Hierosolym. vid. Ioseph. Ant. 15, 5. et de oeco omnino Selden. de synedr. Hebr. p. 1279; Vitringa de Synag. Vet. 1, 6. In scriptor. Graecis saepissime occurrit. — Quaeritur num intelligendum sit ὑπερῷον templi an priuatae alicuius domus. Prius placet multis, veluti Hammondo, Schöttgenio, Krebsio obss. Flav. ad h. l. ob. Luc. 24, 53; Act. 2, 46. Sed plerique rectius de priuatarum aedium conclaui loqui auctorem volunt; neque enim in templo bene potuerant καταμενειν, quod statim sequitur, id quod indubie interminati fuissent templi praefecti. Plura vid. in Excurs. 2. Καταμενοντες. Antea quidem non semper Hierosolymae degebant discipuli cum Iesu magistro, sed tantummodo circa festos dies. Iam vero, quum vetuisset Iesus v. 4, relinquere vrbem, redeuntes in domum, vbi per illos dies degere consueuerant, in longius tempus eam conducebant, idque expressum* credo per voces οὐ ησαν κατάμενοντες, *welches sie nun auf längere zeit gemiethet hatten.* Erat ibi quasi priuata synagoga Galilaeorum I. C. discipulorum, in qua venerabile mox Apostolorum collegium constitutum fuisse videbimus. Ὁ τε Πετρος etc. catalogus Apostolorum, qualis et in euangelistis, Matth. 10, 2-4. Marc. 3, 15-19; Luc. 6, 14-16, vbi de eis fusius agendum est. Ιακωβος, sc. maior, Zebedaei filius, qui C. 12, 2. ab Herode Agrippa gladio interemtus legitur. Ιακωβος Αλφαιου, alias et Iacobus minor, qui Act. 15, 13. loquitur, magna apud Apostolos auctoritate pollens. Cf. S. V. POTT Proleg. epist. Iacobi, et GABLER de Iacobo epistolae eidem adscriptae auctore, Altorf 1787. Σιμων apud Matth. 10, 4. κανανιτης vocatur, forte a קנא (*zelo plenus fuit*) h. l. ζηλωτης ob insigniorem animi ardorem. Ιουδας Ιακωβου sc. *frater*, quod et addit Arabs et Iudas ipse Epist. v. 1. Cf. Schöttg. ad Lamb. Bos ellips. Gr. p. 10. Perinde et Luc. 6, 16. A quibusdam tamen, veluti Syro, falso explicatur: *filius* Iacobi. Non inutile autem erat, repetiisse Apostolorum recensum,

14 καὶ Σίμων ὁ ζηλωτὴς, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου. οὗτοι
πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προ-
σευχῇ — καὶ τῇ δεήσει: σὺν γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ τῇ
μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Και τῃ δεησει, Abſunt haec in grauiſſimis codd. aliisque teſtibus vtriusque familiae, a Wetſtenio et Griesb. enumeratis, ABCDE, Syrr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Vulg. Ital. etc. vnde et ex textu proſcripſit S. V. Griesb. — Ex occidentali recenſione in textum inuecta videntur.

receníum, quo facilius in mentem reuocare poſſet Theophilus, quinam Apoſtoli poſt Iudae proditoris diſceſſum manſerint, effecerintque primum illud nouae ſocietatis corpus, cui plura indies membra ſe iungebant.

v. 14. Ὁμοθυμαδον יחד *ſummo animorum conſenſu*, ſaepius in hoc libro occurrit, non tamen alibi in N. T. ſed paſſim apud LXX. Προσευχη non ſolum preces publicis in congregationibus Deo adhibitas, ſed etiam omnia conamina, quibus amplificandae Dei rerumque diuinarum cognitioni ſtudebant, indicat, fere noſtrum *ſtudiren, meditiren*, (infr. c. 6, 4.). Γυναιξι non ſuis ſolum vxoribus, quod opinati nonnulli addunt: και τεκνοις, ſed et illis mulieribus, qui Chriſto praeſto fuerant, Matth. 27, 55; Luc. 8, 2. 3. quarumque plures et morti Ieſu et vacuo reſuſcitati ſepulchro adſtiterant, Luc. 24, 10. Hae ergo et ipſae ſe iunxerant diſcipulorum ſodalitio idque eo conuenientius, quod ipſa aderat Μαρια μητ. Ιησου, quam inde ab eſſato I. C. Io. 16, 26. 27. ſemper ſecum degentem habebat Ioannes. Illius autem h. l. poſtrema mentio fit, neque ergo de eius morte (aut apotheoſi) quidquam nobis innotuit. — Haud praeter rem accidit, vt τῃ προσευχῃ προσκαρτερουντας ſe praeſtarent Apoſtoli, et diu noctuque conſiderarent, quantum muneris ſuſcepiſſent, idque agerent, vt in cognitione rerum div. redderentur perfectiores indies, numinique maxime in iſtis temporum aduerſitatibus impenſiſſimas ad id aſſequendum preces, gratias-

Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν 15
μέσῳ τῶν μαθητῶν εἶπεν· (ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ
τὸ

gratiasque adhiberent. Nolimus tamen inde ad preces ſine vlla remiſſione animi Deo fundendas nimia concludere.

---

v. 15. Adhuc Lucas erat loquutus, alterumque hunc hiſtoriarum chriſtianarum librum repetendis et copioſius exponendis eis, quae iam in primo libro circa finem breuiter perſtrinxerat, priori attexuerat. Iam inſit narratio libri poſterioris ipſa, excerpta et efformata ex antiquioribus documentis, Syriaco probabiliter idiomate conſcriptis. Quae autem ab hoc loco vsque ad C. 2, 41 ſequuntur, expreſſa probabiliter ſunt ad monumentum illud, quod πραξεις Πετρου inſcribebatur. Aliam iam hinc dictionem inuenies, pluribus Hebraismis aſperiorem, mitigatam tamen ibi, vbi Lucas ipſe loquitur aut, quae ex documento depromit, ſua facit.

Sufficitur in proditoris locum alius Apoſtolus. C. 1, 15 - fin. quod quantopere neceſſarium ſit, quum oratione demonſtraſſet Petrus v. 16 - 22, Matthias ſorte legitur. c. 23 - fin. In Καιαν ταις ἡμ. ταυτ. et εν μεσω των μαθητ. ſtatim Hebraismos agnoſces. Μαθηται ſunt tam 11 praecipui illi diſcipuli, quam omnes, qui eis ſe iunxerant: non ergo eſt, quod legamus c. quibusd. αδελφων. Ονοματων. *Nomina* pro *hominibus*, vt Apocal. 3, 4; 11, 13 et ap. profanos quoque, vid. Wetſt. Sine cauſſa ergo nonnulli emendant ανδρων. Επι το αυτο. Et hoc, ſicuti prius illud ὁμοθυμαδον ſaep. in libro noſtro occurrit cf. 1 Cor. 11, 20. innuens vel 1) eodem tempore, ſimul, vel 2) in eundem locum (ita Heſych.) ſubaudi χωριον, vel 3) in eundem ſinem. Mihi poſterius vtrumque ſimul indicatum videtur. Et hac phraſi, ſicuti τῳ: ὁμοθυμαδον Hebraicum יחד reddunt LXX. vt Pſ. 2, 2. Οχλος - ἑκατον εικοσι. Plures ſe aggregaſſe ſocietati illi Galilaeorum diximus, ex Iudaeis proſelytisque, Hieroſolymitanis et exteris, qui feſto tempore in vrbe aderant. Hi modo frequentiores modo parciores conſeſſui intererant. Accidit illo die, quo Apoſtolus ſufficiendus erat, vt numerum centenarium excederent.

v. 16.

16 τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσι). Ἄνδρες ἀδελφοί, ἔδει
πληρωθῆναι τὴν γραφὴν — ταύτην:, ἣν προεῖπε τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαυὶδ, περὶ Ἰούδα τοῦ
17 γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν· ὅτι
κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς
διακονίας

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Ταυτην deest in ABC, 4 aliis 1 ap. Matth. et pluribus vtriusque familiae versionibus. Interpretamenti caussa additum videtur, lectioque breuior erit praeferenda.

v. 16. Oratio Petri ipsa, bipartito diuidenda: a) deseruit nostrum conuentum perfidus Iudas v. 17-19. b) ergo alium sublegamus necesse est v. 20-22. Πνευμα ἁγιον. Ei enim attribuitur omne effatum γραφης, vt στομα enunciantis nonnisi instrumenti instar haberi possit. Δαυιδ. Praemonet nonnisi h. l. Petrus, se loca quaedam de Iuda proditore e Dauide allaturum: ipsa autem v. 20. demum afferuntur. Sunt quidem, qui iam h. l. ad Ps. 41, 9. 10. respici volunt, sed frustra, credo, quia nulla verba adducit, vnde pateat, etiam illum locum menti obuersatum fuisse.

v. 17. Κληρος sors 2) quodcunque sorte et 3) quod omnino accipimus et possidemus. Κληρος διακονιας ergo pro διακονια ipsa, munus apostolicum. Verbum λαγχανειν proprie quadrat voci κληρος, sine qua et positum est Luc. 1, 9. Ταυτης vel: *huius eiusdem muneris apostolici quo et nos fungimur*, vel, quia aerario praefectus fuerat Iudas, δεικτικως, oculis forte ad aerarium directis, *huius muneris administrandi aerarii*. Prius placet. Cf. ad v. 21. — Sed quid sibi vult illud ὁτι in fronte versiculi? quomodo antecedentibus haec nectuntur? Otiosum esse illud ὁτι non equidem dixerim: sed rationem addit, quare et de Iuda enunciata V. T. effata rata fieri debeant: siquidem erat vnus nostrum, vnus των περι τον Messiam: atqui omnia, quae de Messia rebusque et hominibus ad eum pertinentibus, dicta sunt, rata fiant necesse est.

v. 18.

διακονίας ταύτης. (οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ 18
μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέ-
σος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, καὶ 19
γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ,
ὥστε

v. 18. Inferuntur quaedam de morte Iudae. Εκτησατο χωριον etc. *ex pecunia, quam ob proditum I. C. acceperat, agrum sibi emit.* Και *sed*, quasi dicere voluerit: sed non diu fructum ex hoc agro percepit: namque etc. Πρηνης γενομενος i. e. praecipite casu lapsus est (ex alto): pronus cecidit: aliam enim significationem vix admittunt voces. Λακειν cum sonitu crepituque disrumpi; Hesych. εψοφησε. Cf. Schol. Aristoph. ad Nubes v. 409.

v. 19. Γνωστον εγεν. sc. τουτο, triste hoc Iudae fatum. Ὡστε, indeque accidit ut etc. Διαλεκτω αυτων lingua illa Palaestinensi, composita ex dialectis Syriaca, Chaldaica et Hebraica, de qua vid. PFANNKUCHE *über die Palaestin. Landesspr. in dem Zeitalter Christi und der Apost.* in perill. EICHHORN Bibl. B. 8. St. 4. p. 36 sq. Ακελδαμα חקל דמא, χωριον αιματος, *Mordacker, Blutacker*, tum quia Iesu proditi quasi sanguine emtus erat, tum quia ipsi Iudae non longe post eundem agrum sanguinolenta morte occubuit. Infaustus ergo erat iste ager pessimique ominis. Situs fuisse dicitur in occidentali parte vallis Hinnon, descriptusque est a Maundrellio.

Ita vocabulorum structuram sensumque expeditissimum intelleximus. Sed variae vrgent difficultates. Namque non ipse agrum emisse, sed reddidisse pecuniam sacerdotibus dicitur Iudas apud Matth. 27, 3-7. eos autem agrum ea pecunia emisse. Tum non casu praecipiti, sed suspendio vitam finiisse Iudas ibid. v. 5. perhibetur. Quod si duplicem isto iam tempore de morte Iudae extitisse traditionem agnoscere nolueris, optime ita coniunges vtramque narrationem: 1) Neque noster locus contendit, Iudam emisse sibi agrum, sed: εκτησατο χωριον est: *causa emere constituerat*, vel sensu hiphilico: *occasio et auctor fuit aliis, eundem emendi*. Glass. Grammat. sacr. Tr. 3. Can. 10. Grotius explicat: *monumentum sceleris sui reliquit*, admodum contorte, aliorum

ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμά, τουτέστι χωρίον αἵματος.)

Γέ-

aliorum autem explicationes infulfae funt. 2) Vere fufpendio finem vitae impofuit, et quidem in altiore rupe, fed (priora illa iam nota erant, addenda autem ea, quae, minus nota, fubfequuta funt, Bengel. in Gnomone) laqueo rupto et per afpera faxa et dumeta cadauere proiecto, cum crepitu disruptus eft et ilia profudit vt 2 Paral. 25, 12. Vel cum aliis: Απαγχεσθαι Matth. 27, 5. innuit fummum animi moerorem et melancholiam, qua correptus et quafi fuffocatus vel de rupe pronum fe proiecerit, vel morbo dyfenterico et ειλεωδει implicitus intumuit aluo et ruptus eft (πρηνης pro πρησθεις): v. Perizonius de morte Iudae et verbo απαγχεσθαι Lugd. Bat. 1702, 8; Gilbert Wakefield filua crit. T. II. ad Matth. 27, 5. — Verum quum iis conaminibus quibus aut vis addatur verbis fingulis, aut res adiiciantur, de quibus nil fcriptum proftat, vt alia taceam contortiora adhuc, quae videfis veluti apud Wolfium Erasm. Schmid. Lightfoot etc. praeftabit, opinor, maxime ob: εκτησατο χωριον, eam amplecti fententiam, quae duplicem isto tempore de morte Iudae exftitiffe traditionem vult (Cf. Schmidt Biblioth. für Critik u. Exegefe des N. T. B. 2. St. 3. p. 246 fq.), quarum alteram fequitur Matthaeus, et vulgatiorem illam quidem (Eufeb. H. E. 5, 16. Orig. c. Celf. L. 2 fq.), alteram is, qui haec profert. Protuliffe autem haec videtur non Petrus ipfe, ille enim vtpote Matthaeo familiarior ab eadem traditione non facile receffiffet, nec auctor illius documenti, quod loquentem inducit Petrum, fed Lucas ipfe, qui omnino v. 18 et 19. explicationis cauffa inferuiffe videtur. Is enim in euangelio de morte Iudae nil memorauerat, adeoque monendus de ea erat Theophilus, qui aliter non perfpexiffet, quem in finem haec loquutus fit, aliumque Apoftolum fuffecerit Petrus: itaque paucis repetit omiffa. Iam autem perfpicuum fit, quomodo V. T. locus, iam v. 16. a Petro annunciatus v. 20. demum proferatur, quod alias contra morem prorfus fieret. Tum ea, quae v. 19. dicuntur, inutilia erant et abfona, fi in ipfa vrbe Hierofol.

coram

Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν "γενηθήτω ἡ 20
"ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν

coram Iudaeis dicta fuissent. At vero Theophilo ea omnia ignoranti, quia in priore parte nil de eis inuenerat, multum lucis afferebant. Num tamen in libri exemplo, quod Theophilo tradidit, glossam hanc ita scripserit Lucas, vt orationis Petrinae pars ab eo haberetur, an tantummodo, vt nota, adspersa sit, parum definio: placet tamen posterius.

v. 20. Arctiss. iung. v. 16. 17. Dixerat Petrus: *rata fierent, oportebat, effata V. T. de Iuda, quia ad Messianas personas pertinebat et ipse*. Pergit v. 20. *Iam autem* (γαρ, *atqui*) *hoc de eo enunciatum prostat*, sc. Psalm. 69, 25. Επαυλις villa rustica, dein domicilium quodcunque Prov. 3, 33. Ies. 34, 13. Και et alio loco. Ps. 109, 8. Επισκοπη פקדה. quodlibet munus vel officium, cui quis praeficitur. Priorem locum, aliis a LXX verbis expressum, ex memoria laudat auctor, alterum verbotenus exprimit. Interdum, vbi LXX a textu Hebr. dissentiunt, vel illos vel hunc exprimunt citationes V. T. in libro nostro. Cf. EICHHORN *über die Citationen des A. T. in den Evangelien u. d. Apost. Gesch. Biblioth.* B. 2. St. 6. p. 1007 sq. quem semel hic allegasse sufficiat.

In vtroque autem loco diras inimicis imprecatur Dauides, quas cur περι Ιουδα dictas esse contendat Petrus v. 16, ex istius aeui genio explicandum est. Siquidem ardentissimo desiderio meliora Messiae tempora exspectantes Iudaei ingens solatium in eo inueniebant, si quamplurima V. T. oracula de temporibus iis enunciata credere, et ad eadem adhibere possent. Sed et doctrinam quandam religionisque studium (ευσεβειαν) eo profiteri sibi videbantur, si vel leuissimas similitudinum vmbras de Messia etc. arriperent. Hinc tot citationibus V. T. referti sunt libri N. T. Num tamen locos omnes, quos ex V. T. adducunt, ita intellexerint N. T. auctores, vt ipsos quidem de aliis rebus agere, et nonnisi flectendo et accommodando ad Messiana tempora adhiberi posse crederent, an nonnullos eorum ex mente auctorum V. T. et consilio ipso de Messia etc. loqui arbitrati sint, quaestio est admodum tortuosa, quam tamen non est

ἐν αὐτῇ, καὶ „τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτε-
21 ρος." Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν
παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς
22 ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσμα-
τος

est huius loci euoluere. Id quidem constat, in laudandis einsmodi locis interdum illis vocibus vti N. T. scriptores, ex quibus concludere possis, eos vere de Messianis temporibus locos V. T. esse interpretatos; saltem ita ab audientibus legentibusue se intelligi velle, veluti nostro hoc loco v. 16. περι Ιουδα. Sed negant id alii, omnesque omnino locos nonnisi per accommodationem ad Mess. temp. adhibitos esse volunt, praeeunte S. V. *Eckermanno*, qui in *Theolog. Beyträg.* Band I. istam explicandi rationem nouissime commendauit, et per singulos locos deduxit, vbi tamen haud secus accidere poterat, quam vt nonnunquam maior vis inderetur verbis, velut huic nostro περι Ιουδα, *quod quadrat in Iudam et conuenienter de eo dicitur*. Et haec; quoniam plura ex V. T. loca adducit liber noster, hic in fronte breuiter praemonenda putaui. Cf. *Koppii* Excurs. I. ad epist. ad Rom.

Caeterum ad sequentia pertinent laudati loci, quod facile perspicimus, atque ita orationis nexus bene iungitur sequentibus.

v. 21. et 22. Quandoquidem de Iuda, eadem διακονια, quam nos obimus, perfuncto (v. 16. 17.) scriptum prostat: *sedes eius et domus deserta maneat: munus autem ab alio administretur* (v. 20.), nostrum est rata facere haec oracula, et apostolatum a Iuda proditum alii tradere, sed tali homini, qui nobiscum semper versatus est inde ab eo tempore, quo in scenam prodiit Iesus. Δει ουν. Ratio ex modo dictis patet. Tum et ea de caussa sublegendum esse alium duxit, vt numerus duodenarius, quem respectu forsitan ad duodecim Israel. tribus habito constituerat Iesus, sibi constaret. Nolimus ergo id Petro necessarium visum fuisse credere, aerario alium esse praeficiendum. Cf. supr. ad v. 17. Των συνελθοντ. ἡμιν. forsan LXX. illos discipulos innuit Luc. 10, 1. Εισηλθε και εξηλθε familiarissima nobiscum consuetudine munere suo functus erat. Deut. 31, 2; 1 Paral. 1, 10; Cf. de phrasi Wetst. Αρξ. απο τ. βαπτ.

Ιωαν

τος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν,
μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν
ἕνα τούτων. Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ, τὸν καλού- 23
μενον Βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματ-
θίαν. Καὶ προσευξάμενοι εἶπον· σὺ, Κύριε καρδιο- 24
γνῶστα πάντων, ἀνάδειξον, ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων
τῶν δύο ἕνα, λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας 25
ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας,
πορευ-

Ιωαν. Hinc enim exeundum et in reſurrect. I. C. ſubſiſtendum erat euangelii praeconi. Cf. Act. 10, 37-41. et euangelia ipſa. Vid. *Eichhorn über die 3 erſt. Evang. Bibl.* B. 5. St. 5. p. 776 ſq. Μαρτυρ. τ. αναστ. Cf. infr. ad 2, 31. Ἑνα τουτων, hyperbaton ex pleonasmo Hebr. ſpectans ad των συνελθοντων ἡμ. ανδρων v. 21. quibus ſi praemiſiſſet ἑνα, omiſſo τουτων, expeditior fuiſſet conſtructio.

v. 23. Βαρσαβαν probabiliter eundem, qui c. 4, 36. Ιωσης Βαρναβας appellatur, qui poſtea Paullum Apoſtolum primus in ſcenam produxit c. 9, 27; 11, 22. 25-30; 12, 25. c. 13 ſq. Nam ſicuti Ioſeph et Ioſes, ita et Barſabas et Barnabas promiſcue dicuntur. Eiusmodi nominum propriorum variationes frequentiſſimas vid. Glaſſ. Grammat. ſacr. Tract. 3, obſ. 4. Ιουστος Nomen Iudaeis quoque non inſolitum (Iuſtus Tiberienſis, hiſtoriogr. Iud. ſaepe a Ioſepho laudatus): neque inauditum erat, pluribus eundem cognominibus nuncupari.

v. 24. Καρδιογνωστα infr. 15, 8, vnde ad Deum, non ad Ieſum, vt *Stolzius* opinatur, referenda vox. — Caeterum in textu vulgari immutatus reperitur verborum ordo εκ τουτων των δυο ἑνα, ὁν εξελεξω.

v. 25. Κληρον et h. l. abundat, vt v. 17. Αποστολη, quaevis miſſio, vt ſaep. ita ap. Polyb., h. l. munus apoſtolicum. Caeterum διακονιας και αποστολην per hendiadyn pro διακονιαν αποστολικην poſitum eſſe exiſtimare licet. Παραβαινειν h. l. conſtr. c. εξ *deſeruit et prodiſſit ſuam quaſi ſtationem*. Vtitur Petrus tropo, quia menti obverſatur dictum illud, e Pſ. 69, 25. laudatum, vbi επαυλις dicebatur, ergo *locus*, qui

26 πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Καὶ ἔδωκαν κλή-
ρους αὐτῶν, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ
συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων.

Καὶ

qui poteſt relinqui et euacuari. Πορευθηναι εις τ. τοπον τ. ιδ. ecbaticως pro και επορευθη etc. Τοπον ιδιον de illa ſocietate credo explicandum, quam cum ſacerdotibus caeterisque Ieſu adverſariis inierat. Id accipere fere cogit nos imago ſemel à Petro admiſſa, qua munus Apoſtolicum Iudae, conſuetudinemque cum caeteris Apoſtolis habitam *loco*, domui, επαυλει, comparauerat, quam ſi conſtare ſibi voluimus, comparanda erit et illa turba hoſtilis, cui ſe admiſcuerat τοπω, et quidem ιδιω, i. e. loco, quo dignus erat: *ſo eine eigne Art von Clique, zu welcher er eigentlich hingehörte, deren er, und die ſeiner würdig war.* Sed varie admodum explicantur haec. Plerique haec per euphemismum pro *gehenna* dicta volunt: Aeſchin. Dial. III. της ψυχης εις τον οικειον ἱδρυνθεισης τοπον. Baal Turin in Num. 24, 25. "Balaam iuit in locum *ſuum*, i. e. in gehennam deſcendit etc." Idem volunt, qui cum cod. A. leg. δικαιον. Sunt et qui frigide admodum reddant: "rediit in domum privatam, in qua ante ſuſceptum munus Apoſtolicum degerat. Ita fere Bolten. etc. qui comparat למקמו Ioſ. 24, 28; Iud. 9, 55 ſq. Schöttgenius fere nobiscum congruit, vertens: ſuam viam, ſibi quaſi propriam ſequutus eſt; nam quum caeteri Apoſtoli euangelium traderent, ipſe nummis ſibi colligendis vacauit." Alii: "nulla ſepultura honeſta affectus, ſed, vt αυτοχειρ, a carnifice in locum ignominioſum eſt proiectus." Sunt denique, qui τα: εξ ἡς παρ. I. vncis claudant, et has voces omnes, ſicuti priores illas λαβειν κληρ. τ. διακ. ad nouum eligendum Apoſtolum trahant. — Sed explicationem ſupra allatam ex rationibus adiectis equidem praetulerim: quae ſi tamen minus placuerit, caeteris facillime anteponetur illa, quae τοπ. ιδ. de gehenna interpretatur.

v. 26. Εδωκαν, נתן גורל Leuit. 16, 8. Ratio et modus, quo ſortes iecerint, ignotus eſt nobis: ſed parum intereſt. Ex voce εδωκαν veriſimile fit, binas tabulas, ſeu teſſeras nominibus inſcriptas in vas aliquod coniectas eſſe, quarum vna exemta ſit, exierit,

Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς CAP. II, 1.

rit, στεσε Pf. 16, 6. Cf. Grotius. Erat autem legendae fortis mos antiquiffimus, in creandis regibus, facerdotibus, aliisque rebus grauisfimis perficiendis adhibitus ab heroibus Homericis, Perfis, Romulo etc. Cf. Wetft. quin oraculi inftar habebatur, quodcunque forte effet enunciatum. Cf. Matth. 27, 35; Marc. 15, 24; Luc. 23, 34; Io. 19, 24, et S. V. Paulus ad l. c. Matth.

Cap. II. *Celebratur ab Apoftolis ex Iudaeorum religionibus pentecoftale feftum: atque inter eius ritus πνευματι ἁγιῳ a Chrifto promiffo perfunduntur ipfi, atque ad adeundum munus Apoftolicum folenniter inaugurantur.*

Magnum et infigne fpectaculum, mirabiliumque euentuum ferax, in quo illuftrando hic quidem Lucae narrationem fequamur, eamque, quam inter tot tamque diverfas de perdifficili loco fententias amplectimur ipfi, commentario perducamus, eorum autem, quae tam de fingulis rerum narratarum momentis, quam de omni phaenomeno fatis multa et diuerfa ab aliis allata funt, potiffima in Excurfu 2 percenfebimus, noftrumque de grauiffimo loco iudicium qualecunque afferemus. Eo autem ordine adornatur fcena, vt 1) phaenomenon ipfum ob oculos fiftatur v. 1 - 13; 2) oratio Petri fequatur, qua ex illuftri hoc fpectaculo nouum rerum ordinem commendat eis, qui ei interfuerant v. 14 - 36; 3) tandemque, quid in rei chriftianae emolumentum inde effectum fit, enumeretur, v. 37 - 41.

v. 1. Συμπληρουσθαι מלא, non *praeteriiffe*, *effluxiffe*, fed *adeffe*, *inftare*, vt innuat nonnifi completionem fpatii interiecti, cum ipfo initio temporis vel diei nominati. Alias de pluribus diebus, aut tempore omnino adhiberi folet, Luc. 9, 51; Gal. 4, 4, vbi videat. Kopp. h. l. de vno die. Πεντηκοστης. Feftum folenne apud Iudaeos, Leuit. 23, 9 - 22; Deut. 16, 9. 10; Exod. 23, 16. Celebrabatur quinquagefimo die (πεντηκοστῃ ἡμερᾳ) a fecundo die fefti pafchatis, 16to menfis Nifan in memoriam legislationis finaiticae et ad offerendas primitias. Fabric. Bibliogr. antiqu. p. 313. Schulz.

G 2

τηκοστῆς ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό.
Καὶ

Schulz. Compend. hebr. antt. 2, 17, 13. *Pesachim* fol. 68, 2. "Pentecoste dies (quinquagesimus, sc. ex eo, quo exierant Israelitae ex Aegypto) quo data est lex." Ex *quinquagesimo die* nomen festo adhaesit Πεντηκοστη 2 Macc. 12, 23. μετα την λεγομενην πεντηκοστην sc. ἑορτην, quod et diserte additur Tob. 2, 1, εν τῃ πεντηκοστῃ ἑορτῃ. Supplendum ergo et hoc nostro loco erit ἑορτης, intelligendumque solenne illud Iudaeorum festum, quod et Apostoli, Iudaei et ipsi, eadem religione celebrabant, qua cum magistro suo 50 ante diebus celebraverant Iudaeorum festa paschalia. — Die Iouis ergo ex nostra hebdomadum oeconomia festum eos celebrasse, hinc sequitur. Quia tamen die dominica nunc celebratur, ab Apostolis quoque eadem die celebratum esse volunt nonnulli, intelliguntque sub vocibus την ἡμεραν της πεντηκοστης non festum illud Iudaicum, sed quinquagesimam post Christi resurrectionem diem dominicam, supplentque ἡμερας. Sed 1) quam dure dicitur: την ἡμεραν της πεντ. ἡμερας; 2) quantum maiestatis et efficaciae ex illo spectaculo periisse credimus, si alio die accidisset, quam eodem, quo quondam similibus phaenomenis illustrabatur legislatio Sinaitica! 3) Quodsi christiana ecclesia pentecostale festum die dominica celebrat, quod proprie die Iouis esset celebrandum, sicuti institutae coenae sacrae et ascensionis I. C. memoria eo die celebratur; inde accidit, quod 50 illos dies non ex Iudaeorum sed ex Christianorum paschate computabant, quo maior auctoritas adderetur diei dominicae, quae tamen vel ob solam Christi resurrectionem, totius Christianismi principium et caput, digna erat, quae antehaberetur caeteris. Ἁπαντες. Non Apostoli solum (quamquam ad id indicandum nonnulli codd. addant οἱ αποστολοι), sed Apostoli illi 12 cum omnibus caeteris μαθηταις vtriusque sexus, ex omni gente, iisdem, qui C. 1, 14 et 15. perhibentur: cf. mox v. 5. — De voce ὁμοθυμ. et επι τ. αυτο vid. ad 1, 14. 15. *concordi animo, eundem in finem*, sc. ad celebrandum festum, *eodem in loco* sc. in eisdem aedibus, in quas redierant, erepto sibi Christo, C. 1, 13. vbi vid. Proinde non in templo

Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης 2
πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν
καθήμενοι· καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσ- 3
σαι

templo haec accidiſſe, ſed in aedibus priuatis, contendimus. Plura vid. in Excurſ. *i*.

v. 2. Adeſt iam phaenomenon ipſum, trifariam conſpicuum: a) *vehementiſſima ingruit procella*. Ηχος, *quilibet ſonitus*, qui h. l. ſimilis fuiſſe dicitur ſono illi, quo vehementior procella ferri ſolet. Tonitru ſonum admixtum fuiſſe credibile eſt, ſi flammulis igneis, quae ſtatim afferuntur, fulgura expreſſa eſſe exiſtimamus. Sed de tonitru ſolo cogitare vetant ſubſequentia; multo minus *Bath Kol* hic inueniemus, quae diſtinctius loqui dicebatur. Πνοη ſynon. πνευμα, ανεμος. Praeſentiae diuinae, δοξης, ſignum habebatur ventus, 1Reg. 19, 11, 12. Pſ. 104, 3. 4. Φερομενης. De vento adhibetur vox φερεσθαι ſaepius, et apud Xenoph. Diogen. Laert. *ruere*. Επληρωσε. Vox adhibita de δοξῃ Θεου, omnibusque naturae ſignis, quae eam indicant. Exod. 40, 34. 35; 1Reg. 8, 10; Ieſ. 6, 13 Ezech. 43, 2 ſq. Ὁλον τον οικον vel omnes aedium partes, vel omnem *oecum*, (*Zimmer, Saal*), ſeu υπερῳον, in quo congregati erant. Priuatas aedes innui, ſupra monitum eſt.

v. 3. b) *Conſpiciuntur flammulae*. Ωφθησαν *apparuerunt ipſis*, *ab illis conſpectae ſunt*. Ita Matth. 17, 3; Act. 7, 2 ſq. nil aliud. Γλωσσαι, *extremitates quaedam et quaſi lingulae*. Conſpiciebant neſcio quid, viderique ſibi videbantur extremitates quasdam et linguas, quales ſolent eſſe lingulae ignis, (ὡσει πυρος). De igne ſaepiſſ. adhibetur ea imago, vt לְשׁוֹן אֵשׁ Ieſ. 5, 24, et ap. ſcriptor. graec. et rom. Accedebat hoc phaenomenon, quo clarius conſpiceretur numinis praeſentia, quae non ſolum vento (v. 2.) indicari credebatur, ſed etiam igne Matth. 17, 2; Act. 7, 30; 9, 3; Hebr. 12, 18; Odyſſ. τ, 36 ſq. Silius Ital. Lib. 3. v. 693. Διαμεριζομεναι *diuiſae*, (intermedium eſt inter σχιζομεναι et διαιρουμεναι, Bengel. in Gnomone) non: *huc illuc ſparſae*, ſed ex vno quaſi ſtipite flammae coelitus prodeuntis in plures tanquam ramos diſ-

 ſectae,

σαι ὡσεὶ πυρὸς, ἐκάθισέ τε ἐφ᾽ ἕνα ἕκαστον αὐτῶν,

καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 3. Εκαθισε. Ita fere constanter legitur in singulari, nisi quod D a pr. man. Verss. Syr. vtr. Arab. Copt. Athanas. Cyrill. pluraliter habent εκαθισαν, quod ex criticis rationibus non est admittendum, tam internis quia difficilior lectio praeferenda est, quam externis, quia testium auctoritas et pondus non sufficit.

sectae, qui cuilibet eorum, qui praesentes aderant, insidere possent. Namque sicuti omnino flamma numinis praesentiori index est, ita numen ei potissimum praesentem se faustumque indicat, cui insidet flamma. Liv. I, 29; Ovid. Fastor, 634; Exod. 34, 29; *Schir Haschirim* Rabbah fol. 10, 2. et *Midrasch Ruth* rabba fol. 42, 1. "Eo tempore, quo viri docti student in lege, — ignis circum eos flammauit."

c) *Insidet sub harum flammarum specie πνευμα ἁγιον capiti singulorum.* Εκαθισε: proprie dicendum fuisset εκαθισαν sc. γλωσσαι. Quoniam autem diuini numinis vim praesentiorem indicatam isto phaenomeno et cum praesentibus discipulis communicatam sciebat auctor, statim allaturus illud: επλησθ. ἀπ. πνευματος ἁγιου, iam hic idem subiectum in mente habet, quod v. 4. affert, πνευμα, adeoque ait εκαθισε (sc. πνευμα, quod ipsum flammulis istis in discipulos descendisse ex 4 patet) pro εκαθισαν sc. γλωσσαι, de quibus iam locutus fuerat. Neque id praeter morem. Nam ellipsis vocis saepe repetenda est ex membro proxime sequenti, Glass. Grammat. sacr. appendix, Tract. 2. observ. 12, vbi plura exempla e cod. sacr. e gr. Luc. 22, 36; Eph. 2, 1. 5. Supplendum ergo ex v. 4. πνευμα: alii suppl. πυρ. Εφ ἑνα ἑκαστον. Ergo et in singulis eorum omnium, qui aderant, capitibus flammeus ille apex arsit. Proinde necessarium erat, vt, quae ex vno radio communi coelitus prodierat flamma, eadem in ramulos diffinderetur (διαμερισθῃ) vt cuilibet insidere posset. Arguebatur ergo phaenomeno praesens div. maiestas, et in eo h. l. subsistendum. Quale tamen fuerit illud phaenomenon, num procella solum, an et addita tonitrua cum fulguribus, num verae flammulae et quales insederint capita an hominibus vehementiori enthusiasmo correptis insidere tantummodo visae sint,

vid.

καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρ- 4
ξαντο

vid. in Excurs. 2. — Hic sufficiat, Apostolis ad nouum munus inaugurandis accidisse idem phaenomenon, quod sese obtulerat Christo, baptismo Ioannis ad doctoris munus ad Iordanem inaugurato, Matth. 3, 16; Marc. 1, 10; Luc. 3, 22; Io. 1, 32, vbi idem πνευμα κατεβαινε, εμεινε in Christo, eo nonnisi discrimine intercedente, quod ibi, vbi vnus solum erat initiandus, vnus nonnisi flammae radius fulget, hic autem, vbi tanta copia hominum praesentium inaugurabatur, ex vno radio coelitus delapso multi exeunt rami quorum extremitates ad instar linguarum capitibus insident.

v. 4. Hactenus phaenomenon ipsum. Iam quemnam effectum habuerit in discipulos omnes, qui aderant. v. 4. 5. Habuit autem eundem, quem solennis baptismi Iordanensis inauguratio in I. C. ipsum, Luc. 4, 1. scil. Επλησθησαν πνευματος αγ. Non solum ελαβον πνευμα, sed επλησθησαν αυτου, seu, vt I. C. praedixerat c. 1, 5, εβαπτιζοντο εν αυτω, *large et effuse eo donabantur, toti eo penitus perfundebantur*. Namque in hoc celsissimo naturae phaenomeno, persimili illi, quo legislatio olim Sinaitica erat insignita, rata esse et impleta ea sibi persuadebant, quae de mittendo πνευματι pollicitus erat Iesus, maxime quum in festo illo accidisset, quod in memoriam constitutionis Mosaicae celebrabatur, quod tamen nunc primo in honorem nouae constitutionis christianae celebrandum esse, iam existimabant. vid. de his nos pluribus in: *Beyträge z. Beförderung der theolog. Wissensch. insond. der neutest. Exegese*, B. 1, St. 1, S. 136 sq. Nouo igitur et prorsus inaudito antea enthusiasmo animique quasi furore corripiebantur, totosque se nouo huic per Christum inducto rerum ordini consecrabant et quasi deuouebant. Atque illo animorum diuiniore impetu abrepti ηρξαντο λαλειν ετεραις γλωσσαις. Γλωσσα non solum *lingua, sermo* (*Sprache*) omnino, διαλεκτος (v. 6 - 8.), sed speciatim *lingua seu sermo enthusiasticus, insitatior*, a vulgari longius recedens, qualis poetis rhetoribusque frequentatur, in quo vaticinia et oracula canuntur, res sacrae peragun-

 tur

ξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου

tur etc. Vid. doctiſſime haec exponentem et e ſcriptoribus vſum loquendi euincentem Ven. *I. A. G. Meyer* in eximia commentatione: de charismate των γλωσσων etc. Hannov. 1797. §. 7. 8. Iſtiusmodi ſermone altiore (γλωσσαις) et nos vtimur in re ſacra, cantandis hymnis etc. et vtebantur Iudaei in celebrandis feſtis. Verum vtebantur illi γλωσσαις effictis ex ſacra Hebraeorum lingua, διαλεκτω, quam in omni feſto, et in pentecoſtali quoque adhibebant ad extollenda inſignia potentiae et benignitatis Iouae in populum ſuum ſpecimina (μεγαλεια Θεου, infra v. 11.). Verum illi, qui in coetu aderant, etiamſi forſan ante viſum illud inſigne ſpectaculum Hebr. ſermone vſi fuerint et ipſi, poſteaquam tamen iſto phaenomeno πν. ἁγιῳ repletos ſe ſenſerant, vehementiori impetu, qui ſcriptas ſibi de adhibenda lingua Hebraeorum ſanctiori leges parum agnoſcebat, concitati, neglecta illa, patriam quisque linguam proferebant, adeoque ελαλησαν et ipſi quidem, ſicuti quilibet in feſta congregatione Iudaeus, γλωσσαις, poetico et figurato ſermone, ſed γλωσσαις ἑτεραις, i. e. non ex Hebr. lingua ſancta ſed ex alia διαλεκτῳ ſibi vernacula expreſſis. Maiori autem vocis intentione ea prolata fuiſſe, tum ex div. furore exiſtimare licet, tum patet ex ſequentibus. Καθως το πνευμα εδ. etc. το πνευμα vel ἁγιον, quod eos iam pervaſerat, vel ipſorum πν. quod tamen eo ipſo iam in πν. ἁγ. abierat: prius placet. Αποφθεγγεσθαι, reſpondet ſenſui vocis γλωσσα ſupra allato, innuens: *ſententioſe, tropice, poetice* loqui, qualiter ſolent prophetae, Hebr. נבא, קסם, חרף, 1 Paral. 25, 1; Ezech. 13, 9. Ita occurrit vox et apud Diog. Laert. Καθως non tam: *ſicuti*, quod forſan eodem rediret, ac ſi protuliſſe dicerentur, quidquid in buccam veniſſet, aut caſu in hanc illamue linguam decidiſſe, quum tamen neceſſario quilibet in patriam delaberetur, ſed: *in quantum, quatenus, quoniam, propterea quod*, vt Io. 17, 2; Rom. 1, 28. *Quia* πνευμα eos totos concitabat, ita vt ſanctam linguam relinquerent (εδιδου copiam fecerat). Alii reddunt: *poſtquam*.

ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. (ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν).

Γενομένης

v. 5 vncis inclusus instar scholii additur, vel in documento ipso, vel, quod praefero, a Luca ad rem Theophilo explicandam, ex qualibus fere linguis expressae fuerint istae γλωσσαι ἑτεραι. Id sibi volunt haec addita: *neque id secus quam par erat: nam ex pluribus nationibus diuerse loquentibus intererant isti coetui homines, qui Galilaeorum sectae vel antea iam iuncti fuerant, vel insignioris phaenomeni maiestate allecti eis se aggregauerant. Hierosolymis enim degunt homines ex qualibet terrarum natione.* Δε mera particula transeundi, Hebr. ו, *nemlich.* Κατοικουντες vt v. 9. *vere inhabitantes, sedemque ibi fixam habentes.* In summa apud Iudaeos felicitate habebatur, versari in vrbe sancta et in templo adesse ritibus splendore et maiestate decoris, vt saep. in Psalmis, e. g. Ps. 27, 4 sq. occurrit. Proinde vndique Hierosolymam confluebant Iudaei pii, domiciliumque ibi statuebant. Alii reddunt: *peregrini,* festi caussa ibi praesentes, forsanque inde a pasch. vsque ad pentecost. ibi commorati: sed ii audiunt παροικουντες, επιδημουντες, v. 10. παρεπιδημοι etc. Luc. 24, 18; 1 Petr. 1, 1; 2, 11. Ευλαβης *pius, religioso cultu numen venerabundus* (*religioes*). Apud Iudaeos, illis maxime temporibus, quibus Messiae aduentus exspectabatur, istis praesertim hocce praedicatum adhaesisse videtur, qui rebus ad Messiam pertinentibus lubenter occupabantur; vt Simeon, Luc. 2, 25; sepelientes Stephanum Messiae martyrem, Act. 8, 2, et h. l. illi, qui aggregauerant se discipulis Iesu Galilaeis, qui praedicabant Iesum esse Messiam. De proselytis sermo non est, quorum mentio h. l. admodum frigide interiecta foret. Sed neque hac voce neque similibus aliis illos semper indicari vid. infr. ad C. 13, 16. 26 sq. Απο παντος - ουρανον. Caue, nimis haec vrgeas, adeoque ex *omnibus* terrarum gentibus Galilaeorum coetui interfuisse quosdam existimes. Nil amplius sibi volunt haec, nisi: "Hierosolymis degunt Iudaei non in vrbe solum aut caetera Palaestina nati, sed et ex multis aliis terris,

 adeo-

6 Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος
καὶ συνεχύθη· ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ δια-
7 λέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. Ἐξίσταντο δὲ καὶ ἐθαύ-
μαζον,

adeoque et illi coetui alienigenae interesse, et ἕτεραι γλῶσσαι audiri poterant."

v. 6. Effectus phaenomeni in Iudaeorum praetereuntium multitudinem (πλῆθος), tum Hierosolymitanorum, aliorumque Palaestinensium, tum peregrinorum, qui ad celebranda festa Hierosolymam vndique locorum (v. 9 - 11.) confluebant frequentissimi, maxime diebus pentecostalibus ob vernum tempus, vt annotat Wetst. non κατοικοῦντες vrbem, vt v. 5, sed πάροικοι. Φωνη, vel id. qu. ηχος v. 2. vt Io. 12, 28. Hebr. קוֹל, *ventus et tonitru:* vel *clamor* eorum, qui maiori impetu intentiorique voce loquebantur (id proxime praecesserat, adeoque praefero: audiri autem a praetereuntibus potuit facillime, quia in subdiali aedium parte, ὑπερῴῳ, congregata erat multitudo), vel pro Φημη, *rumore*, quae tamen, non tam γενεσθαι, quam διαβοηθηναι, ἐξελθηναι dicitur, Genes. 45, 16; Matth. 9, 26. Συνηλθε. Scil. celebrandi festi caussa ad templum pergentes, vel inde redeuntes, praeter illas aedes ducebat via. Διαλεκτῳ non: *dialecto Mundart*, sed *lingua, Sprache.* Ιδιᾳ et illis propria, qui loquebantur, et eorum nonnullis, qui praeteribant. cf. v. 8. et 11. Aderant ergo in Apostolorum coetu homines ex pluribus gentibus (v. 5.): ex pluribus gentibus conflati erant et praetereuntes: vnde accidit, quod suis sibique vernaculis linguis loquentes discipulos audiebant spectatores. Illud autem εἰς ἑκαστος si vrgendum est, casu accidit, vt ex iisdem nationibus conflatus esset et congregatorum discipulorum et praetereuntium spectatorum coetus. Sin minus vrgendum est, εἰς ἑκαστος ιδιᾳ fere innuet, quod nostrum: *sie hörten sie in ihren respectiven Sprachen reden.* Ηκουον ergo id praetereuntes, quia congregati discipuli vere variis linguis vtebantur, non quia miraculose audire sibi videbantur alia, quam quae essent enunciata. Cf. Exc. 2.

v. 7. 8. Sed nesciebant id praetereuntes, plurium iam gentium homines illi coetui

μαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· οὐκ ἰδοὺ πάντες
οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; καὶ πῶς ἡμεῖς 8
ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεν-
νήθημεν; Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ 9
κατοι-

tui intereſſe, quem ex Galilaeis ſolum conflatum credebant: ergo obſtupefacti ſunt. Ουκ ιδου *nonne*, ex Syriasmo: ܠܐ ܗܐ. Γαλιλαιοι. Nomen Galilaeorum adhaeſiſſe videtur illi ſectae, quia auctores eius et conditores iſta gente oriundi erant. Sed ſectae nomen a gentis nomine parum diſcernentes *omnes illos etiam natione Galilaeos eſſe debere* exiſtimabant. Eos ergo diuerſis linguis loqui eo magis admirabantur, quod peregrinarum linguarum ſtudium omnino Iudaeis incognitum erat et inuiſum (vid. HERDER: *Von der Gabe der Spr. am Pfingſtfeſt* Abſchn. I. §. 11. in Chriſtl. Schriften 1te Samml.) quodque a Galilaeis ob ruſticitatem ingeniorumque torporem famoſis multo minus exſpectabant peregrinarum linguarum loquendarum dexteritatem. Και πως etc. Και h. l. particul. transeundi, *wie hören wir denn*. Nemini enim facile placebit, poſt και cum quibusdam poſuiſſe colon, quaſi dictum eſſet; dicebant: ουκ — Γαλιλαιοι; et dicebant: πως ημεις etc.

v. 9-11. Sequitur nationum, quae tum celebrandi feſti cauſſa Hieroſolymae aderant, catalogus, vnde perſpici poteſt, quam latiſſime ab oriente inde vsque ad occaſum diſperſi per gentes fuerint Iudaei. Παρθοι, iunge prioribus et ſubaudi οντες, nos qui tamen ſumus non Galilaei, ſed Παρθοι etc. Ελαμιται, Ieſ. 11, 11; 21, 2; Ierem. 25, 25. natio ab Elamo Semi filio condita Gen. 10, 22. Inhabitabant prouinciam ad ſinum Perſicum, quae geographis Graecis Elymais dicitur: h. l. pars pro toto poſita eſt, et *Perſae* omnino intelliguntur, qui auito maiorum nomine hic ſe compellant, ex more fere cunctis nationibus communi, in priſcorum patriae incolarum nominibus ad ſe adhibendis gloriam et honorem quaerendi. Ασιαν. Tractum Aſiae minoris, ſpeciatim eo nomine nuncupatum, olim Ioniae nomine celebrem. Ita et c. 6, 9; 19, 10. 22;

κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ
10 Παμφυλίαν, Αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς
κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε

22; 20, 16 et alibi. Ιουδαιαν. Percellit vtique, in exterarum gentium recensu legere et Iudaeos. Proinde emendant nonnulli Ινδιαν, alii Κιλικιαν, Βιθυνιαν, Αρμενιαν, Λυδιαν. Verum in fluxu orationis prolata haec sunt adeoque non ad viuum resecanda: ita et v. 10. aliena inseruntur. Promiscue autem ita et indefinite haec proferri, patet ex; τα μερη της λιβ. *regiones, tractus illos*. Λιβυης-Κυρηνην extremam Africae partem versus occidentem innuit [Africa 1) exterior, Aegyptus, Aethiopia 2) interior (remotior ad occidentem) Libya etc.]. Ρωμαιοι επιδημ. i. e. *Iudaei*, Romae domicilia habentes, iam autem festi caussa hic praesentes. Ita Iudaei Alexandrini vocantur Αλεξανδρεις etc. Ιουδαιοι, natiui et προσηλυτοι. Vide, quae ex orationis impetu aliena addantur: neque enim nationum his indicatur, sed religionis et cultus discrimen. Κρητες notissima gens, Tit. 1, 12: nolim enim h. l. intelligere populum illum orientalem כרתיים dictum, Ezech. 25, 16; Zeph. 2, 5 sq. Μεγκλεια Θεου, sc. πραγματα (est enim μεγ. adiectit vt Herodot. habet μεγαλειον κτημα v. Lamb. Bos voc. πραγμα) Luc. 1, 49. נחמלות facta mirabilia, quae a solo Deo effici possunt. Innuit maiestatem potentiamque Iouae in educenda ex Aegypto natione, ferenda in monte Sinaitico lege etc. quae inter festi solemnia tractare colloquio, hymnisque celebrare solebant Iudaei. Cf. supr. ad v. 4. De eisdem loquuti indubie erant et Apostoli etc. *ante* augustum illud spectaculum. Iam autem alia μεγαλεια γλωσσαις (ad v. 4.) efferebant, ea puta, quibus per Christum testificatum esset maiestatem suam numen.

Hunc autem populorum recensum nolimus ad exactiorem trutinam reuocare, vt ex *omnibus* his gentibus interfuisse nonnullos spectatoribus, totidemque diuersas linguas ab Apostolis etc. enunciatas credamus. Nam plures istarum gentium eadem lingua vtebantur. Atque mirabili profecto casu accidisset

τε καὶ προσήλυτοι, Κρῆτες καὶ Ἄραβες· ἀκούομεν 11
λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγα-
λεῖα τοῦ Θεοῦ. Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν, 12
ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες· τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι;
ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον· ὅτι γλεύκους μεμεστω- 13
μένοι εἰσί.

Σταθεὶς

accidiſſet, ſi ex iisdem omnibus gentibus, ex quibus efficiebatur πλῆθος v. 6. (ter mille hominum v. 41.), adfuiſſent et coetui illi, (fere 120 hominum, Cap. 1, 15.) nonnulli, etiamſi eodem ipſo momento, quo phaenomenon conſpiciebatur, ſpectatorum complures, rei grauitate perculſos, ad coetum tranſiiſſe ſuſpicemur. Nil ſibi volunt haec omnia, in fluxu orationis, vt et a nobis fit, dicta, quam: "nos ſumus ex variis diuerſiſſimisque terrarum partibus, ab oriente vsque ad occaſum, a ſeptemtrione vsque ad meridiem (vid. HERDER Abſchn. 1. §. 9.): nihilo ſecius tamen noſtras linguas ex ore horum, quos Galilaeos putamus, prouenientes audimus." Plura vid. in Excurſ. 2. Caeterum neſcio an calculum adiiciam ZIEGLERO, qui in commentat. *Ueber d. Zweck, Quellen und Interpolationen der Ap. Geſch. in Gabler Neueſt. th. I.* 1804, St. 2. p. 154. omnem hunc populorum catalogum aliena manu, ſed ante exaratos antiquiſſimos codices, additum credit, antiquitus ita lectum eſſe ſtatuens: και πως ημ. ακουομ. εκαστ. εν τ. ιδ. διαλ. λαλουντων αυτων etc.

v. 12. Τι αν θελοι τουτ. ειν. *Quid hoc ſibi vult? vel quonam hoc eſt euaſurum?* Ita Aelian. Var. Hiſt. 3, 20.

v. 13. Χλευαζοντες. Contumelioſum et illuſorium riſum innuit vox, Polybio Herodoto, Demoſth. etc. frequentata. Γλευκος, Heſych. et Etymol. M. αποσταγμα αυτοματως καταρρεον απο της σταφυλης πριν πατηθη. Iob. 32, 19. *muſtum*. Sed et pro *vino* omni adhibetur. Noli ergo argutius quaerere, vnde acceperint muſtum, quum pentecoſtali tempore nondum maturae fuerint vuae. Quia irridendo loquuntur, vtuntur etiam voce a communi loquendi more magis recedente, prorſus ac nos.

Haec

14 Σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα ἐπῆρε τὴν φωνὴν
αὐτοῦ καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς· Ἄνδρες Ἰουδαῖοι καὶ
οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν
15 γνωστὸν ἔστω, καὶ ενωτίσασθε τὰ ῥήματά μου. Οὐ
γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν· ἔστι
γὰρ

Haec quidem ad illuſtrandum locum commentario ſufficiant. Plura de hac explicatione, a permultis iam intt. agnita, de aliorum ſententiis, et de omni loco omnino vid. in Excurſ. 2.

v. 14 ſqq. Sequitur oratio Petri, qua arripit occaſionem, praeſentium animos, attonitos rei maieſtate numenque venerabundos, ad agnoſcendum nouum rei ordinem aduertendi, iamque de ſucceſſu non prorſus infauſto certiſſimus eſſe potuit. 1) Non ex ebrietate, ait Petrus, prouenit inſolentior hic animorum impetus, ſed ex πνευματι Θεου, quod in homines effuſum iri cecinit iam vates Ioel, quodque per Ieſum Meſſiam vere effuſum eſt v. 15-21. 2) Hinc de Ieſu ipſo, eius αναστασει, ὑψωσει, veraque Meſſ. dignitate pluribus agit, nouumque rerum ordinem commendat v. 22-36. Eſt autem oratio omnis Hebraismis, citationibus V. T. prolatisque inde argumentis referta, prorſus ex iſtius aeui et Petri in primis genio, qui incultum, aſperumque dicendi genus, hyperbatis, anacoluthis etc. inhorrens ſequi ſolet.

Σταθεις, vt αναστας C. 5, 34; Matth. 26, 63, de concionabundis adhibetur. Ὁ Πετρος; eum enim vt ſocietatis nouae caput decuit, diluere ebrietatis criminationes. Απεφθεγξατο h. l. nil amplius, quam *allocutus eſt, verba fecit*. Cf. ſupra ad 2, 4. Ενωτιζειν helleniſticum verbum, reſp. Hebr. האזין, Geneſ. 4, 23; Ieſ. 1, 2. *auribus percipere*.

v. 15. Οὑτοι. Eſt δεικτικως dictum q. d. "De me ipſo nil addo, oratio mea commonſtrat, me eſſe ſobrium." Ὡρα τριτη ſc. matutina (noſtr. 9.), precibus matutinis faciendis dicata. Ante eam (et diebus feſtis ante 6tam) a cibo potuque, nedum ab ebrietate, abſtinebant Iudaei. *Berachot* fol. 28, 2. "Non licet homini guſtare quidquam, antequam orauerit

γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας· ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρη- 16
μένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ· καὶ ἔσται ἐν ταῖς 17
ἐσχάταις ἡμέραις, λέγει ὁ Θεός, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύ-
ματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ
υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν
ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια
ἐνυπνιασθήσονται. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου 18
καὶ

orauerit orationem ſuam." Cf. Lightfoot, Spencer etc. *Non ab his profanatur feſtus dies, ſed ſacro impetu feruntur ipſi. Nam*

v. 16. *Hoc ipſum illud eſt, quod cecinit Ioel.* Vaticinium proſtat Ioel. 3, 1 ſq. et memoriter hic a Petro laudatur. Grauiſſimas ibi clades, ſed et feliciora deinceps tempora ex prophetarum more vates auguratur. Variis autem prodigiis ea indicatum iri canit. Nam quod antea prophetis tantummodo contigerat, πνευματι div. ferri (Ieſ. 61, 1.) et futura praeſagire, id conceſſum iri omnibus ſine ſexus, aetatis, conditionis diſcrimine v. 17. 18. His acceſſura alia prodigia coeleſtia et terreſtria v. 19. 20. Tum aduenturam eſſe cladem ipſam v. 20, fin. Ea autem pios Iouae cultores parum afflictum iri v. 21. Melior temporum ſubſequentium facies in loco Ioelis ipſo deinceps depingitur. Vid. de hoc loco progr. pentecoſt. Gött. 1788 a Perill. TYCHSEN *Illuſtratio vaticinii Ioelis III.*

v. 17. 18. *Prodigia in hominibus conſpicua.* Εν ταις εσχατ. ἡμ. Ioel non habet באחרית ימים, ſed אחרי כן i. e. μετα ταυτα, vt et LXX. habent. Petrus autem ait εν τ. εσχ. ἡμ. quod vel idem eſt, qu. *poſtea*, vt Gen. 49, 1, vel, quod praefero, *tempora Meſſiae* indicat, ad quae locus adhibetur a Petro, quaeque vocari ſolent εσχατ. ἡμ. Hebr. 1, 1. Cf. Exc. 1. ad Hebr. Εκχεειν largam et abundantiſſimam communicationem innuit, quae et voce βαπτιζεσθαι C. 1, 5; πλησθηναι, 2, 4. indigitatur. Πασ. σαρκα, non ſolum in prophetas et נביאים. Προφητευσουσιν. Innuit vox προφητευειν concitatiore animi impetu, quaſi afflatu diuino loqui id. qu. γλωσσαις λαλειν, cui et iungitur C. 19, 6. Vid.

καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ
19 ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσι. Καὶ
δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς
20 κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Ὁ ἥλιος
μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα,
πρὶν

Vid. pluribus *Koppii* Excurs. in ep. ad Ephes. Cf. *Bardili* de significatu primitiuo vocis προφητης Gött. 1786. — Iam illud πασα σαρξ per varias hominum classes distribuitur, in quibus tamen subtilius quaerere nolimus, cur haec potissimum hominum genera, et illa tantummodo diuini πνευματος signa et indicia poeta attulerit. Siquidem υιοι, θυγατερες, νεανισκοι, πρεσβυτ. δουλοι, δουλαι nil ampl. quam πασα σαρξ, et: ὁρασ. οψ. ενυπν. ενυπνιασθ. non nisi ea sibi volunt: effusum in eos iri πν. αγ. Δουλοι και δουλαι vel *omnino* innuunt *cultores numinis* (עבדי יהוה audiunt) vel potius, quia per singula descendit poeta, *seruile hominum genus.* Illustr. *Tychsen* l. c. pro *alienigenis* dictum putat, quia ex peregrinis terris emi solebant serui. De caeteris vocibus, singulisque his diuinationum generibus rectius ad Ioelis locum exponitur. Mirum autem profecto et prodigii instar eo tempore habebatur, illud, quod antea non nisi prophetis concessum erat, qui a Ioua in deliciis habebantur, Deum iam omnibus promiscue largiri. Magni quidam et insoliti rerum euentus eo portendi videbantur Iudaeis.

v. 19. 20. *Prodigia coelestia et terrestria sequuntur.* Bella aliasque eiusmodi clades prodigiis portendi, constans erat non solum apud Graecos et Romanos, sed et apud Iudaeos opinio. Matth. 24, 29; Luc. 21, 25; Ios. B. I. VII, 12. Αιμα και πυρ etc. h. l. σημειοις ad numerantur in *terra* apparituris, indicaturisque caedes et incendia. Eadem indicabunt signa *coelestia* ἡλιος et σεληνη. — Quo pacto autem ostenta illa ex rerum natura explicanda sint, hic quidem non quaerendum erit, sed ne in ipsius vaticinii illustratione quidem. *Post illa prodigia ingruent calamitates ipsae, tristissimaque tempora.* Ea vocantur

πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπι-
φανῆ. Καὶ ἔσται· πᾶς, ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα 21
Κυρίου,

tur Μεγαλη ἡμ. Κυρ. και επιφαν. Omnes dies, vt annotat ex Maimonide Grotius, beneficiis aut poenis illustres vocantur dies Domini.

v. 21. *Sed veros numinis cultores parum affliget calamitas ista.* Επικαλ. ονομα K. notissima periphrasis veri Iouae cultoris קרא בשם יהוה. *Post haec omnia autem,* subintellige, *feliciora tempora ipsa aduenient*, quod in Ioele additur.

Hactenus vaticinium Ioelis. Quaenam tempora animo praeuiderit vates, h. l. non quaerimus. Ad sua tempora, maxime diuiniorem illum furorem, quo γλωσσαις ελαλησαν discipuli, locum adhibet Petrus, et accommodatissime id quidem. Siquidem voces εκχεω απο του πνευματος μου statim in mentem reuocabant ea, quae v. 4. memorantur: επλησθησαν πνευμ. αγ. et verbum προφητευσουσιν ea, quae ibidem perhibentur: ηρξαντο λαλ. γλωσσαις: vtrumque enim synonymon, C. 19, 6. Diuersarum autem linguarum, in quibus discipuli loquuti sint, nullam mentionem facit Petrus in oratione sua; neque enim id secus accidere potuit, quia e diversis gentibus conflatus erat coetus. Non autem id quaerebatur, qua lingua aut dialecto vsi, sed quanto animi impetu locuti fuerint. Id agebatur, γλωσσαις (ad v. 4.) eos locutos esse, num γλωσσαις e lingua sanctiore, an ex aliis linguis (ἑτεραις), parum intererat. Rata ergo et impleta in Apostolis etc. erant prodigia illa, quae temporum calamitates praecessura esse cecinerat Ioel v. 17 et 18. Et in his subsistendum fuisset Petro. Quae de aliis ostentis etc. e Ioele affert, nonnisi augendi et amplificandi loci caussa ex consueto more (cf. infr. v. 25 - 28.) addita puto. Noli ergo quaerere, quo pacto et illa impleta esse dixerit Petrus, aut, si quaerere malis, non tam antecedentia tempora spectes, quibus tale quid accidisse nondum expertus erat Petrus, sed futura, in quibus talia euentura iam praedixerat Iesus Matth. 24, 29; Luc. 21, 25, et post eum hic repetit Petrus. — Cf. de loco ad Mess. tempora a Petro adhibito V. ECKERMANN theol. Beytr. B. II, St. 3, S. 96.

22 Κυρίου, σωθήσεται. Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε
τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα
ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ
τέρασι καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν
μέσῳ

v. 22. Quae iam fequitur orationis Petrinae pars, impeditior illa eft et tortuofior: explicabitur tamen facillime, opinor, fi hanc ferme argumentationem idearumque confecutionem fequi cum Petro volueris. "Sunt autem illa Ioelis de effundendo πνευμ. oracula hodie non impleta folum, fed eiusdem Iefu ope impleta, quem cruci vos affixiftis (v. 22, 23). Nolite obuertere, falfa me dicere, fiquidem mortuus fit fepultusque ille Iefus. Namque et refufcitatus idem eft; nec fieri potuit, vt Iefus ille, verus Meffias, perpetua morte teneretur (v. 24), fiquidem diferte de eo Davides Pf. 16. praedicat: "non permittes orco animam meam" (v. 25-28). De Dauide enim ipfo verba illa agere nequeunt, nam 1) is mortuus eft, et hodienum eius fepulchrum oftenditur (v. 29.) [proinde de Chrifto ea praedixit Dauid, quia ex pofteris prouenturum illum Ioua promiferat (v. 30. 31.), et in Chrifto etiam rata ea funt et impleta (v. 32.) ergo bene Chriftus effundere potuit πν. ἁγ. (v. 33.)] 2) nec refufcitatus eft Dauid, nec viuus in coelum fublatus (quod debuiffe fieri, fi *eius* anima non in perpetuum Orco permiffa fuiffet). Quod fi in coelum adfcendiffet Dav., legeretur Pf. 110: Deus dixit *mihi*: iam autem *domino meo* legitur (v. 34, 35). Hinc efficimus, Iefum effudiffe in nos πνευμα ἁγ. eundemque a Deo pro rege ac Meffia noftro effe declaratum v. 36."

Ανδρες Ἰσραηλ. Non iam eo nomine veniebant, fed *Iudaei* potius audiebant: verum gloria et beneuolentia captabatur, fi prifca gentium nomina ad praefentia tempora adhibebantur, cf. ad v. 9. Ναζωραιον contemtim dictum puto, Io. 1, 47. Cf. *Paulus* ad Matth. 2, 23. *in Comment. übers N. T.* Th. 1. S. 153. Ἀποδεδειγμενος "certis argumentis vt Meffias declaratus eft a Deo (Io. 5, 36; 10, 36-38.) εἰς ὑμας i. e. ὑμιν, quod et fignificare poteft *in veftrum commodum*." Caeterum varie haec conftrui et explicari poterunt. Minus tamen placent,
qui

μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε, τοῦτον τῇ 23
ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λα-
βόντες, διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε·
ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, 24
καθότι

VARIAE LECTIONES.

v. 24. Pro θανατου legunt ᾅδου D, Syr. Arab. Copt. Vulg. patres nonnulli graeci et latini prob. Millio proleg. 285, 438. Ex Ps. 18, 5. tamen mutatio illa inducta videtur.

qui vertunt: "multis miraculis demonstratus (αποδεδειγμενος) est ανηρ (ων) απο του Θεου, diuinitus missus, non απ' ανθρωπων (Gal. 1, 1)." Nam si nobiscum post Θεου comma posueris, conuenientior credo emerget sensus; "1) Nazarenum quidem, sed tamen 2) virum diuinitus missum, eundemque 3) certissimis indiciis vobis comprobatum (legitimirt, vt παρεστησε, c. 1, 3)." Hac ergo interstinctione admissa, tum perit durities, quae priorem explicationem afficit, tum declinatur illa repetitio, quae alii inest, ex qua *a Deo* comprobatur I. C. miraculis, quae *Deus* per eum perpetrat. Δυναμ. τερατ. σημειοις cumulata sunt ad fortius exprimendam sententiam *omnimodis eisque clarissimis signis.*

v. 23. Ὡρισμ. βουλῃ και προγνωσει (vid. Kopp. ad Rom. 8, 29; Eph. 1, 5. 11; Pott. ad 1 Petr. 1, 1.) synonyma sunt, nilque aliud inferunt, nisi periphrasin prouidentiae div. Diodor. Sic. Lib. II. p. 116. nil fieri, ait, ὡς ετυχεν, αλλ' ωρισμενῃ τινι και βεβαιως κεκυρωμενῃ Θεου κρισει. Εκδοτον λαμβανειν *in suam potestatem accipere.* Ita et Ioseph. ait Ant. 4, 13, 9. Alii non tam cum λαμβανειν, quam cum βουλῃ Θεου iungunt, eodem sensu. De proditione autem Iesu per Iudam facta hic sermonem esse, non, vt quidam volunt, de legatione, qua coelitus eum hominibus donauerit Deus, per se patet. Ανομων. Hoc nomine Iudaei ethnicos compellabant: eodem hic a Petro salutantur ipsi. Προσπηξαντες sc. σταυρῳ, de qua insolentiori ellipsi vid. Schöttg. ad Lamb. Bos. p. 203.

v. 24. Ὠδινες *dolores parturientium*, 1 Thess. 5, 3. Sed is sensus huic loco non conuenit, neque imago sibi consta-

καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ.
25 Δαυὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν· προωρώμην τὸν Κύριον
ἐνώπιόν μου διὰ παντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα
μὴ

constaret, siquidem nec λύσας nec mox sequens κρατεῖσθαι concinneret. Ergo verte *funes*, *vincula*, חבלי, 2 Sam. 22, 6; Pf. 17, 5. 6; 104, 3. Lycophron Caſſandr. v. 1198. ἐκλυειν ὠδῖνας. Imago notiſſima Hebraeorum, qua mors ſub venatoris effigie ſiſtitur retia tendentis hominesque captantis. Nec tamen ſubtilius quaerendum eſt, quid indicent illae ὠδῖνες, funes vel dolores, quos ſoluerit Deus. Nam quum rhetorico figuratoque dicendi genere vtatur Petrus, a quotidiano ſermone recedit. Senſus autem nullus alius, quam: "Deus eum ſtatui mortis, in quo per triduum manſit, exemit." Vide tamen, quantopere in his ad amuſſim exigendis deſudaverint intt., ſi placet, apud Wolf. ad h. l. Καθότι *wie es denn auch unmöglich war*, Κρατεῖσθαι *morte capi*, *captumque teneri*, imagine eadem. De voce vid. Perizon. ad Ael. V. H. 2, 4, 5. De re ipſa, Iudaicaque opinione, Chriſtum Meſſiam morti non eſſe obnoxium, aut ad perexiguum tempus in eo ſtatu permanſurum vid. Io. 12, 34; Sohar Numer. fol. 82. col. 326. — "morietur hic Meſſias, et occiſus in ſtatu mortis *ad tempus* permanebit." Bereſchith Rabba ad Gen. 22. "Multi ſunt in S. S. dies trini, quorum vna eſt reſurrectio Meſſiae."

v. 25. *Et haec futura praeſagiens vaticinatus iam eſt Dauid*, ſcil. Meſſiam non in morte manſurum. Locus eſt memoriter laudatus ex notiſſimo Pſ. 16, ex quo nonniſi v. 8. (hic v. 27.) allegaſſe ſuffeciſſet: verum amplificandae rei cauſſa, ex more ſolito (cf. ad v. 21.) plura adferuntur huc non pertinentia. Γαρ. *Namque*. Ratio, cur in mortis ſtatu permanere nequiuerit Ieſus. "quia omnino ex Iudaeorum dogmatice in Meſſiam non cadit perpetua mors, et quia Dauid diſerte inducit Meſſiam ita loquentem; non trades me morti." Προορωμην. Ante faciem ponere, defixisque oculis intueri Deum, fiduciamque meam in eo collocare ſoleo. Loquitur autem verſio in aoriſto, qui tempus omne, tum
et

μὴ σαλευθῶ. Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, 26
καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου· ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ
μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Ὅτι οὐκ ἐγκαταλεί- 27
ψεις τὴν ψυχήν μου εἰς Ἅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν
σου ἰδεῖν διαφθοράν. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· 28
πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου.
Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς 29
ὑμᾶς

et consuetudinem, ex qua facere quid *solemus*, indicat.

v. 26. Ἡ γλωσσα ex LXX, expressum, qui לִשְׁנִי pro כְּבוֹדִי (*anima*, ψυχη) legisse videntur, nisi et linguam quoque voce כָּבוֹד exprimi nonnunquam, vt Ps. 30, 12, malimus. Σαρξ μου, בְּשָׂרִי, i. e. ego ipse; vel σαρξ, vt opposit. animae, corpus indicat. Επ' ελπιδι לָבֶטַח *secure*; alii ad sequentia trahunt, vt Rom. 8, 21.

v. 27. Ψυχην μου *partem* meliorem *mei*, vel omnino *me* נַפְשִׁי. Ἁδης 1) sepulchrum 2) locus, vbi defunctorum animae commorabantur, שְׁאוֹל, 3) metonym. mors ipsa. Εις pro εν, praegnanti loquendi more: "non committes, vt veniat εις ἁδου, (sc. δωματα, πυλας ex notissima ellipsi) ibique maneat in sempiternum". Cf. 8, 40 et alibi. Δωσεις *permittes*, ita et ap. Xenoph.

v. 28. Ὁδοι ζωης. Ita vocabatur Iudaeorum lex, deinceps etiam Christi doctrina: siquidem omnino vulgare erat Christianis hominibus, adoptare et ad suas res transferre nomina apud Iudaeos recepta. — Haec ad locum Psalmi, quatenus hic adducitur, intelligendum sufficiunt. Plura, quae tum de consilio quo haec cecinit Dauid et de persona quam in mente habuit, tum de singulis verbis dici queunt, in commentarium super Ps. ips. coniicienda sunt: et a multis intt. abunde exposita.

v. 29. Iam in Psalmum commentatur Petrus, id maxime euincens, de Dauide ipso ea verba v. 27. agere non posse, quia a) mortuus et sepultus sit Dauid v. 29. (inseritur argumentatio: de Messia potius locum Dauidicum agere, qualem resurrectione sua se exhibuerit Iesus v. 30-33): b) nusquam autem a mortuis resuscitatus idem aut in coelum

 susceptus

ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε
καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι
30 τῆς ἡμέρας ταύτης. Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ
εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ
τῆς ὀσφύος αὐτοῦ — τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν
Χριστόν:

VARIAE LECTIONES.

v. 30. Το κατα σαρκα αναστησειν τον Χριστον. Abſunt haec ex vtriusque familiae teſtibus grauiſſimis, codd. verſſ., patribus; vt ACD (in B adſunt) Syr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Vulgat. Cyrill. Iren. Fulgent. Manifeſto proſcribendum hoc additamentum, tum quia varie admodum et inconſtanter legitur (Griesb. proleg. ad N. T. Pars I, p. LX), tum quia gloſſema ſapit interpretandi cauſſa inſer-

ſuſceptus legatur v. 34. Παρρησια h. l. et ſaepiſſime in Act. Ap. eſt *libertas dicendi*, ἐξουσια, αδεια, Heſych. Πατριαρχης ita h. l. et Dauid vocatur, quia auctor et caput fuit regiae proſapiae. Caeterum τα: εξον, παρρησ. et πατριαρχ. indicant, ſubtimidum fuiſſe Petrum, de Dauide, cuius tanta fuit exiſtimatio, coram Iudaeis aliquid proferre, quod ad infringendum honorem ei habitum facere poterat, q. d. "ſaluo reſpectu, quem Dauidi debeo et ipſe, id tamen libere profiteri licebit" etc. Εν ἡμιν *in vrbe hac noſtra*. Soli familiae Dauidicae conceſſa erat ſepultura intra muros, quum caetera ſepulcbra eſſent extra vrbem. Αχρι της ἡμ. ταυτης. Etiamſi tot tantaeque per Nabuchodonoſorem etc. vrbi illatae ſint ruinae, monſtratur tamen hodienum. De ſepulchro Dav. vid. Ioſ., Ant. 7, 15, 3; 13, 8, 4; B. I. 1, 2, 5. Cf. Hieronym. epiſt. 17. Subaudi autem poſt haec: "ſepulchrum ergo illud Dav. quod hodienum exſtat, euidentiſſimo documento eſt, de ſe ipſo ea (v. 27.) non potuiſſe proloqui Dauidem: videmus enim etiamnum, την ψυχην αυτου εγκαταλειφθεισαν εις ᾅδου" etc. Ea ſine dubio, ſi contextum conſulueris, habebitur Petri argumentatio.

v. 30. 31. *Sed quae de ſe ipſo non effatus eſt, ea, vtpote propheta, de futuro Meſſia ex ſua ſtirpe oriundo cecinit.* Προφητης illo ſenſu, quo

Χριστόν: καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προϊδὼν 31
ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ· ὅτι οὐ
κατελείφθη — ἡ ψυχὴ αὐτοῦ: εἰς Ἅδου, οὐδὲ ἡ σάρξ
αὐτοῦ

insertum το κατα σαρκα (Griesb. l. c. p. LXIV), tum quia lectio difficilior (atque difficilior vtique est, si omittantur haec, vid. Commentar.) praeferenda est (Griesb. ibid. p. LXI). Quapropter expunxit e textu lectionem S. V. Griesbach, iam a Millio proleg. 1201, Bengelio, Moro etc. damnatam.

v. 31. Η ψυχη αυτου desunt in ABCD pluribusque vtriusque classis verss. et patribus, prob. Millio, Griesb. Explicationis ergo ex v. 27 transuecta videntur.

quo quilibet diu. afflatu agitatus et loquens hoc nomine salutatur. Cf. scriptores ad v. 17 laudatos. Εκ καρπου της οσφυος etc. *posteros procreandos* innuit ex notissimo Hebraismo. Et quoniam in summa felicitate ponebatur larga et beata progenies, saepe, vbi eam promittit dilectis sibi hominibus Ioua, iureiurando affirmare promissa dicitur. Cf. commentar. in epist. ad Hebr. 6, 13. et 17. Το κατα σ. αν. τ. χριστ. si genuina sunt, facillime sensus fluit, si addideris: και καθισαι sc. τουτον τον χριστον. Sin merito pro spuriis habentur, iungenda: εκ της οσφ. αυτου καθισαι (sc. τινα, et quidem χριστον, quod ex v. 31. anticipandum, vt adeo et hic idem valeat, quod de ellipsi ex sequentibus saepe supplenda ad c. 2, 3. obseruauimus). *Meminerat, diuino oraculo sibi promissum esse, Messiam ex stirpe sua regia proditurum, sedemque regiam occupaturum.* Respexit Petrus indubie, et, mutatis compluribus, ex memoria laudat locum, qui Ps. 132, 11. prostat, seu 2 Sam. 7, 12, quae quidem vaticinia, tametsi iam per Salomonem rata facta fuerint, constanti tamen istius aeui consuetudine ad Messiam trahebantur. Αναστασ. του χριστου *de resurrectione Messiae*, quem moriturum quidem, sed mox resurrecturum statuebat Iudaeorum Christologia, vid. supr. ad v. 24. Ὅτι non: *quod*, sed: *nam*. Αυτου emphatice: "nam *hic idem ille est*, qui non relictus est εις ᾅδου" etc. Adfuisse et Messiam vtique in

32 αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστη-
33 σεν ὁ Θεός, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες. Τῇ
δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ
ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ πατρός, ἐξέχεε
τοῦτο,

in Orco idem Petrus concedit 1 Petr. 3, 18. 19. (nisi praetuleris memorabilissimam eius loci explicationem nuperrime ab Illustr. WAGNERO, Direct. Luneb. prolatam in programmate: *Tentamen nouae interpretat. locc. biblicc.* Ps. 22, 30; 1 Petr. 5, 18), sed hic non ibi relictum fuisse contendit.

v. 32. Τουτον noli iungere cum sequ. Ιησουν. sed post τουτον subaudi: Χριστον οντα vt τουτον praedicati loco habeatur, Ιησουν autem subiecti loco, proferaturque emphatice: "suscitauit Deus *Iesum*, qui est hic Messias, ουτος Χριστος, suscitauit Ιησουν (οντα) τουτον (Χριστον)." Παντ — μαρτυρες. Noli vrgere illud παντες, quod nonnisi de Apostolis, (etiam Matthia, 1, 22), feminisque nonnullis, quae coetui se iunxerant, valet. Μαρτυρες autem, i. e. *testes* fuerunt, non quod celsissimo resurrectionis actui adfuerant ipsi, sed quod ex apparitionibus Iesu viuis redditi, eo concludebant, sermonibusque resuscitati de eadem erant edocti. Poteris tamen illud μαρτυρες etiam reddere *praecones*, vt Io. 1, 15 et alibi. Cf. FRIEDERICH, *über d. Gewish. d. Auferst. J.* in EICHHORN *Alg. Bibl.* B. 7, St. 2, S. 205.

v. 33. *Hinc autem sequitur, Iesum Christum bene effundere potuisse hoc πνευμα, eosque in nobis euentus insolitos proferre, quos iam intuemini ac miramini.* Id ipsum erat palmarium argumentum, quod illa oratione, quae inde a v. 22. deducitur, tractandum susceperat Petrus, sicuti ad v. 22, init. obseruatum est. Υψωθεις vid. ad Phil. 2, 9. subaudi: "resurrectione redituque in coelos". Τῃ δεξιᾳ i. e. *vi et omnipotentia Dei.* Nolim enim cum quibusdam accipere pro εις δεξιαν. Την τε επαγγ. του αγ. πν. — πατρ. vel: "accepit πνευμα επηγγελμενον αυτῳ παρα τ. π., acceptumque nobiscum communicauit", vel, quod praefero: "accepit et impetrauit post υψωσιν ius, quod in terris adhuc versanti a patre promissum erat,

τοῦτο, ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. Οὐ γὰρ 34
Δαυὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς, λέγει δὲ αὐτός· εἶπεν
ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως 35
ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Ἀσφα-

erat, πν. ἁγιῳ ſuos imbuendi." Nam πν. ipſum iam ante ὑψώσιν acceperat Ieſus, ſicuti et V. T. prophetae. Illa tamen επαγγελια, qua Ieſu poſt ὑψωσιν vim et ius, aliis impertiendi Sp. S. omnisque ſuae eccleſiae adminiſtrandae pollicitus erat Deus, nusquam legitur; niſi Io. 14, 26; 15, 26; 16, 13-15. aut Matth. 18, 20; 28, 20. ita intelligi velis. Sed ex eis, quae praeſens cum diſcipulis collocutus erat Ieſus, eius επαγγελιας forte meminerat Petrus.

v. 34. Strictioris ordinis negligentior orator primo illi argumento, quo Pſ. 16. de ſe ipſo non locutum eſſe Dauidem contenderat (v. 29), nunc demum, poſtquam de Meſſiae reſuſcitatione illa oracula intelligenda eſſe aſſeuerauerat (v. 30 — 33), aliud argumentum, in Dauidem minus quadrare ea (v. 27), addit. Haec autem, vt opinor, ſibi vult Petrus: "Dixi vobis, Dauidis ſepulchrum adhuc exſtare, quod ſatis claro monumento eſt, ψυχην αυτου vere εγκαταλειφθηναι εις ᾁδου, και σαρκα αυτου vere ἑωρακεναι διαφθοραν. At dicat quis: vacuum iam dudum et inane illud ſepulcrum eſſe poteſt: ſublatus forte eſt Dau. in coelos, neutiquam relictus εις ᾁδου. Verum neque ita res comparata eſſe poteſt. Namque" etc. Ου γαρ Δ. ανεβη εις ουρ. Subintell. "vt Iudaeorum nonnulli perperam opinantur, falſo interpretati illa v, 27." Cf. Michaelis ad h. l. Iam ex eis, qui ſequuntur, laqueis optime ita expediemur, vt hunc in finem ſequentia prolata putemus. "Quod ſi in coelos elatus atque ad Dei dextram collocatus fuiſſet Dauides ipſe, non legeretur in notiſſimo illo Pſ. 110: ειπεν τῳ Κυριῳ μου, ſed dicendum fuerat: ειπεν εμοι. Iam autem Κυριῳ μου quum dicat Dauid, agnoſcit alium ſe ſuperiorem, qui Meſſias declaratus et ad dextram Dei in coelis collocatus ſit." De Pſ. illo autem ex communi explicatione ad Chriſtum reuocato vid. ad Hebr. 1, 13.

36 Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.

Ἀκού-

v. 36. Conclusio. Ασφαλως: *Seht! Israel kann also sich fest überzeugen: es kann nun kein Zweifel mehr übrig bleiben.* Οικος Ισραηλ blandior adhuc et honorificentior praesentium Iudaeorum compellatio, quam ανδρες Ισραηλ. v. 22. Nationem domui seu familiae comparare moris est sacris scriptoribus. Matth. 10, 6 etc. Κυριον, quatenus in Psalmo 110 nominatur κυριος, Χριστον, quatenus e mortuis rediit, quod non nisi Messias poterat.

Quod si genium atque indolem orationis hucusque perductae, sicuti multarum aliarum, quae sequuntur, spectamus, a nostro quidem aeuo mirum quantum abhorret, sed ad istorum tamen temporum imaginem expressa est felicissime. Namque 1) V. T. citationibus cumulatissimis, subindeque se excipientibus scatet, ex Ioel 3; Ps. 16; Ps. 132; Ps. 110. Quippe in eis exaggerandis eruditionem isto aeuo ostendere, grauissimaque ex eis argumenta petere sibi videbantur. 2) Laudati porro e V. T. loci omnes ad Messiam adhibentur, non accommodando solum, sed vere de Messia futuro locutos esse veteres contenditur, vt v. 25, 29. 31; quod et ipsum istorum temporum genium sapit. 3) Argumenta autem, quae ex locis ita de Messia expositis, maxime ex Ps. 16, (v. 29-31), et ex Ps. 110, (v. 34.) elicit, eius generis sunt, quae nostrorum temporum logice non facile agnoscet, etiamsi contendamus, non prorsus negasse Petrum, loca illa de Dauide etc. intelligi posse, sed id tantummodo voluisse euincere, de Dauide et Messia simul esse cogitandum, quod nonnullis, e. gr. V. Stolzio, placet. Sed ista aetas minime respuebat eiusmodi dialecticen, imo doctam et subtilem iudicabat. Neque offendebatur 4) Confusiore argumentorum expositorum ordine, qui quidem in omni oratione ita turbatus inuenitur, vt, quae argumenti summa erat, *Iesum* effudisse Sp. S. et facile effundere potuisse, quia resurrexerit et pro Messia sit declaratus, eam partim in medio sermone v. 33, inserat, partim

v. 36

Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε 37
πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους· τί
ποιήσωμεν, ἄνδρες ἀδελφοί; Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς 38
αὐτούς· μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν
ἐπὶ

v. 36 exponat. Proinde 5) ſucceſſus quem habuit oratio fauſtiſſimus erat v. 37ſqq. Et in hoc acquieſcamus nos quidem. Quod ſi enim quemlibet vetuſtioris aeui ſcriptorem ex ſui temporis, non ex noſtrorum genio explicandum eſſe ducimus, idque ipſum certiſſimum ſidei et authentiae ſignum habemus, ſi aeui ſibi conſtat genius et color, quidni idem in hac et multis aliis libri noſtri orationibus laudabimus? cur iſtorum hominum incultiore doctrina offendemur, qui Homericae aetatis indole, longius adhuc a nobis recedente non offendimur? Nos vero non id quaeramus, quemnam effectum in *nos* productura fuiſſet iſtiusmodi argumentatio, ſed, quem in illos homines, qui aderant, vere protulerit. Hunc autem profſperrimum fuiſſe legimus

v. 37. Κατενυγησαν. Proprie κατανύσσειν eſt *pungere*, vnde metaphora ſatis frequenti de *dolore*, *triſtitia*, *poenitentia* etc. adhibetur, quae nos quaſi pungit et conterit. Apud LXX reſp. Hebr. התעצב, נכאה etc. Heſych. λυπηθηναι. Perperam ergo Bolten: *tacuerunt*, *nil habebant*, *quod obloquerentur*. Alio ſenſu peiori eſt κατανυξις, Rom. 11, 8. vb. vid. Koppius. *Contriſtati ſunt*, *quod Ieſum*, *quem Meſſiam eſſe iam ſibi perſuadebant*, *cruci affixerat Iudaeorum gens*. Τι ποιησωμεν. quaſi d. "Recta omnia illa quidem: ſed facta infecta reddi nequeunt: inhaeret jam genti noſtrae et inhaerebit Meſſiae occiſi crimen. Quae iam nos conſilia ſequi ſuadetis?" Vera autem poenitentia eos contritos fuiſſe, ex omnibus verbis patet; non iam ludibrio habent Apoſtolos, vt v. 13, ſed amiciſſimo αδελφων nomine eos compellant.

v. 38. Μετανοησατε. Innuit vox: *mutare mentem* omnino, h. l. ſpeciatim: *mutate mentis animique ſenſum*, *quo erga nos noſtramque ſectam affecti eſtis*, odium, inuidiam, ludibria etc., idque metonym. cauſſ. pro eff. *tranſite*

ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος.
39 Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ

transite ad castra nostra. Βαπτισθητω. Baptismum, vt symbolum mutandae mentis cognouerant Iudaei iam ex Ioanne, cuius lauacrum sub nomine βαπτισμα μετανοιας εκηρυσσετο Luc. 3, 20. Commodissime ergo post μετανοησατε statim affert Petrus και βαπτισθ. Ἑκαστος ὑμ. emphatice, quia atrocissimum crimen necis Messiae a natione illatae singulumquemque labecula adsperserat. Επι το ονοματι. Ονομα gloria et honos. Phil. 2, 9. "ad honorem illum cultumque, quem Christo Messiae deberi conceditis, Iesu praestandum." Ιησου ergo, vt subiectum, emphatice erit pronunciandum, Χριστου est praedicatum. Sin επι το ον. explicare velis: *in Beziehung auf die Benennung*, *das Prädicat*, quod suadet Ven. Paulus ad Matth. 28, 19. (Commentar. Th. 3, p. 920), sensus erit: *in Beziehung auf das Prädicat Christus, Messias, welches nunmehr Jesu zukommt.* Sed prius praefero. Εις αφ. ἁμαρτ. Est ἐκβατικως dictum illud εις, *vnde sequetur* etc. Intelliguntur autem h. l. non omnia peccata, sed nex Messiae a natione inflicta, nefandum facinus, quod summa tristitia affecerat eos, qui praesentes aderant. Ληψεσθε δωρεαν τ. ἁγ. πν.: "eodem πνευματι agitabimini et vos ipsi, (vt 4, 31; 10, 44; 19, 6.), quo nos, quos modo risui habuistis et contemtui, imbuti sumus." Illud πνευμα, quia per Iesum diuinitus erat missum et quasi donatum et concessum hominibus, vocatur δωρεα. Cf. c. 10, 45; 11, 17 etc. ad Hebr. 6, 4. Noli ergo de eis quaerere, quae de donis Sp. S. tradit dogmatice, aut ambigere, num ordinaria hic, quae vocant, an extraordinaria einsmodi dona, et quaenam intelligenda sint. Sens. versiculi: "Transitote ad nos: *Iesum* iam pro vestro Messia habetote, omniaque, quae in eum commisit vestra natio, vobis singulis condonabuntur, et oblitterabuntur, vosque et ipsi iudicabimini digni, qui in Messiae huius regnum cines adscribamini."

v. 39. Επαγγελια vel de Messia, qui ex Iudaeis proventurus

καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται
Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διε- 40
μαρτύρετο καὶ παρεκάλει λέγων· σώθητε ἀπὸ τῆς
γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης. Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως 41
ἀπο-

venturus praedicebatur, ergo et de omnibus bonis a Messia illatis intellige, vel, quod proxime praecesserat, de πνευματι mittendo: id enim Iudaeis και τοις τεκνοις pollicitus erat Ioua oraculo illo, ex Ioele modo citato, v. 17. Τοις εις μακραν (sc. χωραν ουσι) de *gentibus ethnicis* a sancta Iudaeorum terra et lege remotissimis intelligendum. Phrasis hebr. scriptor. solennis. Ies. 57, 19; Eph. 2, 13. ibique Kopp. Schöttg. etc. Alii indicatam credunt *seriorem Iudaeorum posteritatem*, vt μακραν non de loco, sed de tempore sit dictum. Nolunt enim, iam hic Petrum de gentibus quoque ad Messianum regnum admittendis cogitasse, de qua Dei oeconomia c. 10 demum persuasus fuerit. Sed ibi demum *certissime* persuadetur, hic *suspicatur* eadem tantummodo et ambigue proloquitur, additis: "οσους αν προσκαλεσ." Caeterum imaginem, qua ad oblata Messiae beneficia lubenter amplectenda Deus quasi *vocat* et *inuitat*, alibi descriptam vide, vt ap. Kopp. ad Gal. 1, 6; Rom. 8, 30; 9, 24. Pott. Exc. 2 ad epist. Petri etc.

v. 40. Διεμαρτυρετο *obtestatus est* ad 1 Tim. 5, 21. Σωθητε. σωζεσθαι in passiuo (pro recipr.), saepe est *fugere* (vid. lex. Schleusn.) *trennt euch, macht euch los*, Σκολιας ad Phil. 2, 5. Fortasse his: ἑτεροις λογοις πλειοσι etc. innuit Lucas, orationem Petri v. 36. nondum ex oratoris mente finitam fuisse, sed interpellatum eum praesentium quaestionibus substitisse, atque in colloquium dehinc mutatam esse orationem illam.

v. 41. Ασμενως αποδεξ. *lubentissime amplectebantur*. Omittitur tamen illud ασμενως in pluribus, probante Griesbach., et iam vox αποδεχεσθαι beneuolum ac promtum assensum indicat. Εβαπτισθησαν. Primum hoc exemplum est, Apostolos ex mandato I. C. Matth. 28, 19. baptismali ritu inaugurasse ad nouam doctrinam transeuntes. Baptismum autem illum in primordiis Christianismi

ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν, καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι.

42 Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου καὶ
43 ταῖς προσευχαῖς. Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, πολλά

ſtianismi feſtinantius, vt res ferebant, inſtitutum fuiſſe, ſine praemiſſa accuratiore de chriſtiana diſciplina cognitione, quam poſtea demum edocebantur, ex h. l. et c. 16, 14. 15; 30-33. commonſtrat *Eichhorn* Bibl. B. 3, St. 3, S. 409. Ψυχαι i. e. *homines*, loquendi more in omnibus fere linguis recepto. Senec. Controverſ. 16. "nauigium vnius vix capax *animae*." Ὡσει τρισχιλ. Tantus ergo fuerat multitudinis illius, quae ad phaenomenon videndum confluxerat, (πληθος v. 6. cf. ad v. 12.) numerus: nam omnes oratione Petrina permoti fuere: contrarium ſaltem non legitur.

v. 42. Hinc, quum iam ad 3000 excreuiſſet diſcipulorum numerus, occaſionem petit Lucas, de tot hominum vita et inſtitutis, de quibus hic breuiter, in Excurſ. 3 pluribus agemus, nonnulla Theophilo narrandi. Similia vid. et infra c. 4, 32 ſqq. Cf. Prolegomena. Προσκαρτ. Cf. 1, 14. Διδαχη quia ante baptiſmum nondum ſatis accurate edocti erant chriſt. fidem (ad v. 41). Κοινωνια innuit vel familiarem cum Apoſtolis conſuetudinem (ex oppoſ. eorum, quae c. 5, 13. narrantur), vel eleemoſynas, vt Rom. 15, 26; Hebr. 13, 26. quod praefero. Κλαν τον αρτον periphr. Hebr. pro *prandere* Luc. 24, 30. 35: κλαν. αρτ. τινι *beneficum ſe et liberalem erga quem praeſtare*, Ieſ. 58, 7. Poſteriore hoc ſenſu ſynonym. habetur priori κοινωνια. Alii per hendiadyn prolata eſſe κοινων. και κλασ. αρτου putant et de communi convictu accipiunt. De euchariſtiis hoc iam loco ſermonem eſſe, vix credo. *Sie hörten dem Unterrichte der Apoſtel genau zu, bezeigten ſich wohlthätig gegen Arme, und beteten und meditirten über ihren neuen Zuſtand* (vid. ad 1, 14).

v. 43. Φοβος reuerentia aduerſus Apoſtolos. Πασ. ψυχῃ

πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν Ἀποστόλων
ἐγίνετο. Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, 44
καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ, καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς 45
ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι,
καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε· καθ' ἡμέραν τε προσκαρ- 46
τεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ'
οἶκον ἄρτον μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ
ἀφελό-

ψυχῃ tam neoconuerſorum, quam et multorum aliorum, qui extra coetum degebant, (fere vt v. 47 προς ὁλ. τ. λαον). Ratio additur in: πολλα τε τερατα etc.

v. 44. Επι το αυτο etc. *Vno eodemque conſilio regebantur* (vid. ad 1, 15). De vno loco ob tantam multitudinem iam non amplius cogitari poteſt. Ἁπαντα κοινα ειχον, vti amicorum inter ſe omnia communia eſſe ſolent. Vlterius rem vrgere nolimus. Eadem aut ſimilia de Pythagoraeis, Eſſenis etc. praedicantur. Cf. Iuſtin. Lib. 43, c. 1, 5. Plur. vid. in Excurſ. 3.

v. 45. Και τα κτηματα etc. Non omnia, ſed quantum neceſſarium erat.

v. 46. Ἱερῳ in exteriore aliquo porticu templi, ad preces quotidianas faciendas. Προσκαρτερουντες innuit, eos quotidie dicta hora congregatos ibi fuiſſe: neque impediebat illud praefectus templi, nondum mali quid ex hac ſecta ſuſpicatus. At vero perpetuam ibi ſedem eos fixiſſe (καταμενειν, Supr. 1, 13.) non indicatur voce. Κατ' οικον oppoſ. ἱερῳ. Alii reddunt: *in qualibet domo*, vt καθ' ἡμερ. v. 47. Κλωντ. αρτον ſc. pauperioribus, ad v. 42. Μετελαμβ. τροφ. divitiores ipſi. *Sie nahmen Theil an denſelben Mahlzeiten, mit welchen ſie Aermere ſpeiſeten.* Εν αγαλλιασει *laetabundi, pauperes a ſe foueri ac refici.* De hymnis Deo cantatis noſi intelligere: id enim ſequitur v. 47. demum. Εν αφελοτητι καρδιας. *Cum ſimplicitate et candore animi, liberaliter, nullo cogente.* Eſt hapax legom. ſynonym. frequentiori ἁπλοτης Eph. 6, 5; Col. 3, 22. Apud ſcriptores

47 ἀφελότητι καρδίας, αἰνοῦντες τὸν Θεὸν καὶ ἔχοντες
χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει
τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Cap. III, 1 Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς
τὸ

res Graec. saepe iungitur vtrumque. Intelligenda videtur tum continentia, ab omni luxu, cui assueti sunt ditiores, remota, tum modestia, qua in pauperiores non superbiebant, tum liberalitas, qua nullo cogente eis victum dabant.

v. 47. Αινουντες vel precibus ante prandium adhiberi solitis, vel gratias reddebant, quod opportunitas, pauperioribus beneficos se praestandi, sibi concessa esset, vel omnino, quod ad Christi castra essent transgressi. Εχοντες χαριν. Probabiliter ob id ipsum quod pauperioribus se tam benignos exhibebant. Κυριος, Iesus (supra v. 36). Σωζομενοι: Christiani audiunt, quia, fide adhibita, baptismo initiati (vtrumque σωζειν dicitur a Christo Marc. 16, 10.) effugerant peruersam istius aeui vitam, et ad probiorem beatioremque in ciuitate Mess. gerendam vitam transierant, σωθητε (v. 40) απο της γενεας σκολιας εις Ιησουν, πιστιν, ελπιδα etc. Cf. ad Hebr. 6, 18. Articulus autem τους non abundare videbitur, si verteris. "Iesus Christus eos, qui Iudaeorum peruersitatem reliquerant, in societatem suam recepit."

Cap. III. Redit iam narratio, vnde c. 2, 42. egressa erat: nouaque Petri de amplificanda re christiana merita afferuntur.

Petrus claudum quendam sanat, dataque inde sibi opportunitate ad commendandum nouum rerum ordinem sapienter vtitur. 1) Sanatio ipsa v. 1—8. 2) Eius effectus in praesentes v. 9—11. 3) Oratio Petri, qua Iesu Christi vi ac potestate valetudini restitutum esse aegrum contendit, eumque Iesum vt verum Messiam amplecti admonet, v. 12—26. 4) Tempestas prima a Synedrio Apostolis ob id illata c. 4, 1—31.

Mirum autem in modum animos Iudaeorum permouit huius aegroti sanatio, siquidem ab vtero matris debilis

τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην.
Καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρ- 2
χων ἐβαστάζετο, ὃν ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν
θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν
ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν·
ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ 3
ἱερὸν,

debilis fuerat et infirmus, et, quia quotidie ante templi portam stipem petebat, nemini facile incolarum tantae vrbis ignotus mansit. Hunc ergo subito sanatum firmis iam cruribus incedere, neminem non admiratione et stupore perculit: neque possunt sibi temperare Iudaei, quo minus subinde de incredibili hac sanatione loquantur, eiusque vim ac pretium infringant; fere vt in sanatione illius accidit, quem ex aluo matris coecum valetudini restituerat Iesus Io. c. 9.

v. 1. Επι το αυτο. *Vna, simul* 2 Sam. 2, 13, supr. ad 1, 15. Ὡρ. εννατ. Triplex erat Iudaeorum precatio quotidiana, a primis Christianis quoque sancta habita: *matutina*, שחר dicta, c. 2, 15, hora tertia; *meridiana*, מנחה גדולה, hora sexta c. 10, 9; *vespertina*, ערבית, hora nona, vt h. l. Tanchuma fol. 15, 3: "Nemo hominum per diem pluries, quam ter orare potest, quas preces patriarchae inuenerunt."

v. 2. 3. Ετιθουν sc. cognati etc. Θυρα ωραια porta templi ad orientem spectans, per quam ex atrio mulierum in Israelitarum atrium aditus patebat; *formosa* dicta, quia non auro argentoque inducta erat, vt caeterae nouem templi portae, sed ex aere Corinthio, quod aurum ipsum dignitate et pretio superabat, fabrefacta. Vid. de hac porta Ioseph. B. I. 5, 5, 3. Cf. Plin. Hist. nat. 34, 2; Florus 2, 16. Vocabatur etiam porta Nicanoris. Alii intelligunt portam *Susan*, alii portam *Chuldah*, a חלד *tempus*, quod nomen versio reddiderit per ωραια (ab ωρα). Ita nuperrime Bolten et Schott, qui vertit *tempestiua*.

4 ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην. Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς
5 αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ εἶπε· βλέψον εἰς ἡμᾶς. Ὁ δὲ
ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προςδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν.
6 Εἶπε δὲ Πέτρος· ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει
μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι
Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει.
7 Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε· παρα-
χρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά,
8 καὶ ἐξαλλάμενος ἔστη καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε
σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν, περιπατῶν καὶ ἁλλόμενος
καὶ αἰνῶν τὸν Θεόν.

9 Καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ
10 αἰνοῦντα τὸν Θεόν, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν, ὅτι οὗ-
τος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ
ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους
καὶ

v. 4. 5. Επειχεν, Luc. 14, 7. ſuppl. οφθαλμους, cf. Lamb. Bos. intentis oculis eos adſpexit. Alii ſubaudiunt νουν, vt 1 Tim. 4, 16, quod eodem redit. Sed ex praecedenti βλεψον ε. η. prius probabilius redditur. Επεχειν οφθαλμους τινι plene dixit Lucianus.

v. 6. Αργυρ. κ. χρυσ. ſolita diuitiarum periphraſis, Herod. 3, 140. Εν ονομ. *iuſſu ac mandato* ſc. dico tibi.

v. 7. 8. Πιαζειν alias de violenta, (infra 12, 4), h. l. de clementi apprehenſione accipitur. Βασις fundamentum quodlibet, h. l. fundam. hominis, i. e. plantae pedis, idque pro pede ipſo. Hactenus ſanatio ipſa, de qua cf. Excurſ. 5. Iam

v. 9 ſq. Effectus eiusdem in praeſentium animos. Ὁτι οὑτος ην etc. hunc eſſe eundem, qui ſemper ante templi portam conſidere conſueuerat, omnibus vrbis incolis cognitum. Θαμβ. εκστασ. ſiquidem hoc erat inſignius aliquod eorum τερατων και σημειων, quae φοβον incuſſiſſe hominibus dicuntur c. 2, 43.

v. 11.

καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ. Κρα- 11
τοῦντος δὲ ˜ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ: τὸν Πέτρον καὶ
Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ
στοᾷ τῇ καλουμένῃ Σολομῶνος, ἔκθαμβοι.

Ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν· Ἄν- 12
δρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν
τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι

˜ αὐτοῦ

τοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Pro lectione vulgari του ιαθεντος χωλου, quam et Bengeliana recenſio ſeruat, grauiſſimi ex vtraque familia teſtes habent αυτου, ABCDE, 8 alii ap. Wetſt. et Griesb. 2 ap. Matth. Verſſ. Syr. vtraque, Arab. Copt. Armen. Aethiop. Vulgat. Vulgaris lectio explicationem facit, et ex lectionariis inuecta videtur. Nolimus ergo, lectione communi inducti, nouam narrationis periodum auſpicari a v. 11, vt in ipſa Griesbachiana editione adeſt; nam commodius illa a v. 9 exibit.

v. 11. Κρατουντος δε αυτου. Quum affectaretur (Horat. Serm. I, 9, 6.) Apoſtolos (Cf. ad Col. 2, 19) animi grati teſtificandi cauſſa. Στοα Σολομ. Porticus nobilis, a Salomone quondam templo a ſe exſtructo orientem verſus addita, quo firmiore ibi niteretur fundamento. Poſtea et reſtaurato atque ab Herode conſummato templo ſimilis ibidem porticus adhaeſit, eodemque Salomonis nomine inſigniebatur. Ioſ. Ant. 8, 3, 9; 10, 8, 7; 20, 9, 7. Plura vid. ap. Intt. ad Io. 10, 23.

v. 12. Oratio Petri, qui, ſicuti omni omnino opportunitate, ita et hac ſanatione ad commendandum nouum rei ordinem ſapienter vtitur. "Non noſtra ipſorum vi, ait Petrus, neque in noſtrum honorem valetudini reſtituimus hunc miſerum, ſed diuiniore poteſtate adiuti, atque ad gloriam eius Ieſu augendam, quem vos cruci affigere non erubuiſtis. Quandoquidem autem non ſponte nec malo animo tale crimen commiſiſtis, agite, reſipiſcite et noſtra ſigna ſequimini." His

13 τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ
καὶ Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ἐδόξασε τὸν
παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε καὶ ἠρνή-
σασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος
14 ἐκείνου ἀπολύειν. Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον
ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι
15 ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ
Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν.
Καὶ

adhortationibus varia argumenta innectit, *cur* ad Christianismum transeundum illis ſit. — *Ευσεβεια* etc. Quaſi ſit praemium pietatis noſtrae a Deo nobis conceſſum. Legunt nonnulli *εξουσια*, quae lectio, vt facilior, manifeſto reſpuenda eſt, ſicuti neque Erasmi coniectura *ευσθενεια* facile cuiquam approbabitur. — Genitiuus in *του περιπ.* pendet a verbo *πεποιηκοσι*, q. d. auctores fuimus *του περ.* Ita c. 27, 1: *εκριθη του αποπλειν* pro *εγενετο κριμα* (*γνωμη* c. 20, 3.) *του απ.*

v. 13. *Παιδα*, *υἱον* v. 26, c. 4, 27; Matth. 12, 18. Raphel. ex Xenoph. *Ηρνησασθε*, *reſpuiſtis*, i. e. vel: "noluiſtis eum regem et Meſſiam agnoſcere," vel: "noluiſtis eum inter viuos diutius ſupereſſe," quod praefero. *Κατα πρωσ. Π.* vel coram Pil. vt Luc. 2, 11, vel *προσ. Πιλ.* pro Pilato ipſo, et *κατα contra*, vt 1 Tim. 1, 11. quod ſequentibus melius concinit: *ihr habt Pilatus grade ins Geſicht widerſprochen* etc. *Κριναντος*, quum tamen ille etc. *Απολυειν*, ſc. *δειν*, abſoluendum capitis eum eſſe. Eiusmodi ellipſis et infra c. 15, 24. Cf. Lamb. Bos p. 285.

v. 14. Sed conſiderate quaeſo, quam impie hac veſtra *ηρνησει* egeritis: ſiquidem *δια το αρνησαι τον Ιησουν ηρνησασθε* Meſſiam ipſum. *Ἁγιος και δικαιος*. Eiusmodi praedicatis inſigniebatur Meſſias, Ieſ. 11, 4. 5; 53, 11 etc. *Φονεα* Matth. 27, 21. *Χαριζειν τινα τινι* vitam alicuius in alterius gratiam conſeruare, Philem. 22; Ioſeph. Ant. 2, 6, 9 etc.

v. 15. *Αρχηγος* i. e. *κυριος* (cf. Hebr. 2, 10) *ζωης* paronomaſ. c. *απεκτεινατε*. Non quidem *illi* manus intulerant

Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον, ὃν 16
θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ
ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύ-
την ἀπέναντι πάντων ὑμῶν. Καὶ νῦν, ἀδελφοὶ, οἶδα, 17
ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες
ὑμῶν· ὁ δὲ Θεὸς, ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος 18
πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ, παθεῖν τὸν Χριστὸν,
ἐπλή-

rant Iesu, qui praesentes aderant. Sed macula illa omni Iudaeorum genti adhaesit, vid. ad c. 3, 38.

v. 16. Ονομα αυτου pro simpl. αυτος. Adhaerere tamen, si placet, potest simul notio: *maiestas Iesu et potentia diu.* Επι πιστει, eum in finem, vt πιστις et fiducia in Iesum (id enim infert Genitiv. ονοματος, vt Gal. 2, 20.) in animis vestrum excitaretur: επι c. dat. finem et scopum innuit, vt 1 Thess. 4, 7.; 2 Tim. 2, 14. Alii επι πιστ. reddunt: *propter* πιστ. (nostram), quod non placet, quia in subsequentibus demum affertur: Ἡ πιστις, ἡ δι αυτου (Ιησου) sc. excitata: vel in nobis, qui eum sananimus, vel in aegroto ipso; sanationes enim sistuntur vt effectus πιστεως tum sanantium (Marc. 16, 17. 18.), tum sanandorum ipsorum (Matth. 9, 22). Prius tamen praefero. Ὁλοκληριαν, integritatem corporis, membrorumque. Cf. Kopp. ad 1 Thess. 5, 23. Sunt et qui post εστερ. interpungant, vt Mich. Bolt. etc. Απεναντι παντων ὑμων, vt vos omnes conuinceremini, atque ad fidem ei adhibendam adduceremini (επι τῃ πιστει). Contenditur ergo h. l. sanationem hanc 1) fuisse effectum πιστεως, et 2) ad eandem πιστιν excitandam augendamque accidisse, ideoque patratam esse coram magna multitudine.

v. 17. 18. Κατα αγνοιαν. "Nescientes, parumque persuasi, hunc, quem trucidastis, Messiam esse." Cf. c. 3, 22. 23. 36. 37. Otiosae autem sunt omnes quaestiones, quibus h. l. distinguunt, quatenus id ignoraverit plebs, quatenus οἱ αρχοντες. Nil sibi vult Petrus, quam emolliendo facinoris atrocitate captare audientium beneuolentiam. Luc. 23, 34; 1 Tim. 1, 13. Παντων τ. προφ. Noli vrgere

19 ἐπλήρωσεν οὕτω. Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε
(εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας), ὅπως ἂν
ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου,
καὶ

gere το: παντων. Ουτω sc. ignorantia hac vestra. Messiam multis calamitatibus adflictum iri, praedixerant vates: vix erat credendum, rata haberi posse eiusmodi vaticinia, quum tanta Messiae apud omnem nationem esset existimatio. Ea ergo in implendis eis vaticiniis via incessit numen, vt verum quidem Messiam in Iesu persona sisteret, certam autem persuasionem, hunc Iesum esse verum Messiam, nationi minus concederet.

v. 19. Sequitur applicatio orationis: a) *Resipiscite et ad nostra castra transite, vt felicitate, ciuibus regni Messiani promissa, et vos fruamini.* v. 19—21. Μετανοησατε perinde explicand. ac 2, 38. Εις το et h. l. est ecbaticως dictum. Εξαλειφθηναι expungi, oblitterari מחה, Ies. 43, 25 etc. Cf. ad Col. 2, 14. Ἁμαρτιας, ea peccata innuit, quae in Messiam commiserant, vt 2, 38. *Dieses alles wird dann als ungeschehen angesehen werden, und eine völlige Amnestie eintreten.* Commodioris constructionis caussa vneis include τα: εις — ἁμαρτιας, quamquam et sine eis idem stet sensus, vocibusque μετανοησατε κ. επιστρεψ. iunge sequentia: ὁπως αν, *eum in finem, vt*, (pro ινα, vt Matth. 6, 5.) *et vobis veniant beatiora illa tempora, quae aduenient, quando inaugurabit regnum suum rediturus e coelis Messias.* Αναψυξις, *refrigeratio, virium refectio.* Exod. 8, 15. Hesych. αναπαυσις. *Ruhe, Erholung.* 2) *Status felicior beatiorque*, imagine ex oriente petita, vbi quies in summa felicitate ponebatur, Apocal. 14, 13. Cf. ad Hebr. 3, 11. Ita et h. l. Messiani regni tempora, *feliciora et beatiora*, tempora *quietis* nominari videmus, (sicuti similibus imaginibus eodem tendentibus a prophetis delineantur, e. gr. Ies. 61, et saepe alibi, ipseque Messias nominatur גאל, παρακλησις Ισραηλ, Luc. 2, 25 etc.): verum et in hoc acquiescendum, opinor, neque curiosius quaerendum, quodnam genus αναψυξεως h. l. promissum sit credentibus. Respici autem volunt alii ad immunitatem a persecutio-

καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεχειρισμένον ὑμῖν Ἰησοῦν 20
Χριστόν,

VARIAE LECTIONES.

v. 20. προκεχειρισμενον. Ita ABCDE et 53 alii ap. Wetst. Griesb. et Birch. 10 ap. Matth. Syr. vtraque, Arabb. Armen. Chrysost. probantibus omnibus fere criticis. Est lectio difficilior, quam vulgaris προκεκηρυγμενον, quod patres nonnulli latini versione sua expressisse videntur.

cutionibus Iudaeorum regno imminentibus, alii ad condonationem peccatorum, alii ad libertatem politicam, vt aiunt, adhuc a Romanis eis ademtam, alii ad libertatem moral. ex qua non iam seruitio et ζυγῳ νομου essent subiiciendi. Nobis in vniversum feliciora et tanquam aurea tempora indicari hic placet. Tempora autem illa de redituro ad regnum suum inaugurandum Messia explicanda esse supra diximus, dissentientibus tamen et hic et in diuersas partes abeuntibus intt., quorum nonnulli aut tempora gratiae euangelicae intelligunt, in quibus praestantiae religionis christianae sensu omnium pectora penitus imbuenda essent, aut tempora felicioris et gloriosi status ecclesiae triumphantis, aut resurrectionem mortuorum, iudicium extremum, excidium Hierosl. etc. Sed et in explic. partic. ὁπως αν dissentiunt, veluti Erasm. Schm. reddit per: *quando*, "vt tunc saltem oblitterata sint peccata vestra, quando" etc. Ab aliis omnis propositio ὁπως αν — αναψ. iungitur τοις: πληρ. οὑτω v. 18, vt parenthesis iam a μετανοησατε incipiat. Απο προσωπ. τ. K. pro απο K. non Messia, sed Deo, vt ex sqq. patet.

v. 20 explicat priora. Και, repet. ὁπως αν. Προκεχειρισμενον, ita enim legendum esse, vid. Var. lect. i. e. designatum, destinatum ad Χριστου Messiae munus obeundum Iesum. Hesych. ἡτοιμασμενον. Sic apud Polybium magistratus προχειριζονται. Ὑμιν, emphat. in vestrae nationis gratiam, infr. v. 25. Caeterum et haec verba de reditu Messiae ad inaugurandum regnum accipienda esse, vix est, quod moneamus. Clarius autem loquutus fuisset Petrus, si versum 20 anteposuisset versui 19. ὁπως αν αποστειλῃ (vt et in vestrum commodum mittat Deus) του προκ. ὑμιν (vestrae nationi)

21 Χριστὸν, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόμα-

tioni) I. X?, *και ελθωσι καιροι αναψυξεως*, (vtque eo redeunte redeant et aurea saecula). Hoc autem ordine, vt nunc leguntur, seruato, τῳ: *και αποστειλῃ* haud incommode reddes per: *εταν αποστ.* non refragante loquendi vsu. — In omni hoc loco et eatenus torserunt se intt. sed frustra, credo, quod hic aduentaturus postea demum dicitur Messias, qui iam in terris adfuerit. Impeditiora fiunt omnia, si *καιρους αναψυξεως* de beatitate per rel. christian. orbi illata acceperis. At si de regno Messiano, *βασιλεια Θεου*, *των ουρανων* eo sensu acceperis, quo id saepius in N. T. venit, quem tamen enodatius exponere non est huius loci, omnia fluunt facillime. Ex ea enim sententia Messias, vt homo, ad breue tempus in terris apparuit quidem, sed et ad tempus in coelum reuocatus est, rediturus inde suo tempore ad solennem regni sui inaugurationem. Id iam infertur

v. 21. *Ὀν δει ουρανον μεν δεξασθαι.* Ambigue prolatum est; potest esse aut: Iesus *εδεξατο ουρανον*, *occupauit* coelum, tanquam sedem sibi propriam. Ita Eurip. Alcest. v. 817 *δεξασθαι δομους.* Aut: *ουρανος εδεξατο Ιησουν*, *excepit*, quo sensu frequentius vox *δεχεσθαι* in N. T. occurrit, c. 21, 17; Luc. 9, 11 etc. id. qu. *αναλαμβανειν.* Sensus eodem redit, nisi argutari velis, quod tamen, maxime ob controuersias dogmaticas, et h. l. factum est. Vid. e. g. ap. Död. Inst. Theol. Christ. T. 2, p. 249. *Αποκαταστασις* proprie est rei in pristinum statum restitutio, c. 1, 6 etc. 2) *καταστασις* omnino, vt *απο* non innuat *rursus*, sed *intendat* notionem, quod in aliis verbis saepe accidit. Cf. Morus. Hesych. *τελειωσις*. Schol. cod. a ap. Matthaeium *συμπληρωσι*., *εκβασις*, *consummatio*. Cf. Loesner. ex Philone ad h. l. cui, vt et Oecumenio, *αποκαθιστ.* est *εις περας ελθειν.* Χρονοι h. l. metonymice accipio pro rebus *εν χρονῳ* illo accidentibus. Sens. *donec omnia impleta sunt*, *de quibus vates cecinere* Cecinere autem vates, e. gr. Dauid Ps. 110, omnes aduersarios Messiae subiectum melioremque Dei cultum per terrarum gentes propagatum iri, quod eo tempore nondum euentu com-

στόματος πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν ἀπ' αἰῶνος.

comprobatum erat. Interea ergo Messias coelum occupauit, εδεξατο (priorem verbi δεχεσθαι notionem ob rei nexum praefero), quod alibi dicitur εκαθισε επι δεξιων του Θεου, βασιλευει; et id quidem αχρι αποκαταστασεως παντων, ὡν ελαλησεν οἱ προφηται, i. e. ἑως τεθωσι οἱ εχθροι αυτου ὑποποδιον των ποδων αυτου, Hebr. 10, 12. 13; 1 Cor. 15, 25. 26. Verum sicuti in illis locis ab argutiis in voce αχρι, ἑως cauebimus, ita et h. l. non credemus, isto tempore, quo omnia vere impleta sunt, Messiani regni finem adfore: (vox αχρι de tempore adhibita, non semper terminum, sed et interuallum indicat, *interea dum*. Cf. Morus in Indice ad Xen. Hellen. voce ἑως). Sin tamen voci αχρι vulgariorem illum sensum indere malueris, sensus erit: occupauit coelestes sedes, *donec*, impletis omnibus etc. in terras ad inaugurandum regnum suum redibit. — Ferri tamen potest et altera explicatio eorum, qui tenacius notioni *rursus*, απο etc. insistendo de restitutione in pristinum statum cogitant. Sens. "Vsque dum melior ille et antiquior rerum ordo, dignior summo numine cultus, per Christocratiam inductus fuerit, vsque dum aurea redierint tempora." Quippe offendi Deum idololatria Israelitarum sub regibus subinde queruntur vates; indeque repetunt nationis calamitates: sed iidem futurum Messiam augurati, meliorem vnici Iouae cultum patribus sanctum restitutum iri canunt, veluti Mal. 3, 4 etc. Et huiusmodi vaticinia Iudaei ipsi quidem forsan iam temporibus exilium subsequentibus rata et impleta habere poterant, quia tunc tenacius adhaerere coeperant auitis moribus: verum Petrus nondum inuenit, ne suo quidem tempore, prisci saeculi reditum et αποκαταστασιν, sed tunc eam demum adfore concedit, si per christianam doctrinam *omnia* pristinae integritati restituta sint, Eph. 4, 24; Col. 3, 10; 2 Cor. 5, 17. Posteriorem hanc explicationem si praetuleris, τα: αποκαταστ. χρονων παντων, ὡν ελαλ. — προφ. vertes: "restitutionem temporum, quae prophetae vaticinati sunt restitutum et emendatum iri." In neutra autem explicatione nimium vrgebis illud παντων

22 αἰῶνος. Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν. ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα,

των προφητων, neque illud απ' αιωνος, quod nil infert, nisi מעולם, *iam olim.* Haec sufficiat monuisse de loco, in quo explicando mirum quantum desudauit veteriorum inprimis intt. industria. Opiniones autem, ad quas delapsi sunt, fere eodem redeunt, quo καιρους αναψυξεως v. 19 tendere varie admodum statuerunt. Legesis Wolfium, Erasm. Schmidium, Ernest. opusc. theol. p. 447 sq. Eckerm. *theol. Beytr.* B. 1, St. 2, p. 121 et B. 2, St. 1.

v. 22. b) *Hic enim Iesus, ad cuius doctrinam amplectendam exhortamur, vere est ille Messias, de quo Moses omnesque prophetae vaticinati sunt.* Iunge haec eis, quae ad v. 19. initt. scripsimus. Proinde alia prorsus h. l. ab Apostolo argumenta inferri videmus; ne forte credamus, quandoquidem de prophetarum circa αποκαταστασιν vaticiniis loquutus erat v. 21, hic iam afferri eiusmodi vaticinia. Quae si ita se haberent, adducenda fuissent vaticinia longe alia, veluti ex priore explicatione Ps. 110, 1; aut ex posteriore Mal. 3, 4. — Sed missis iam eis, quae v. 19 - 21 attulerat, hinc non nisi id agit Petrus, vt demonstret, omnes inde a Mose prophetas etc. de Iesu, vt veri Messiae, temporibus cecinisse. Quod si ergo Aramaicum documentum graece reddidisse Lucam recte statuimus, non bene hic ו illud copulatiuum per dilectam sibi formulam μεν γαρ expressit, quae quidem inducit, vt eis, quae proxime antecesserunt, iungenda esse haec credas.— Μωσης μεν γαρ etc. Locus prostat Deut. 18, 15. 18. 19, memoriter laudatus, aliisque verbis expressus. Verba sunt expedita. Sensus in Deut. loco, si contextum consulas, est: "Nolite consulere falsos prophetas, impostores, praestigiatores, quorum permulti inter vos surgent: nam et post meum discessum prophetas doctoresque sanos et cordatos, qualis ego sum, excitabit vobis Ioua." Merito ergo dubitabis, num Messiam nec potius omnem prophetarum seriem in mente habuerit Moses, aut eo arro-

πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς· ἔσται δὲ, πᾶσα 23
ψυχὴ, ἥτις ἐὰν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου,
ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. Καὶ πάντες δὲ οἱ 24
προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς ὅσοι ἐλά-
λησαν,

arrogantiae processerit, vt Messiae se conferret.

v. 23. Quae hoc versu continentur, quoad sensum quidem et in Deut. 18, 19. expressa sunt, sed aliis h. l. verbis redduntur, et fortioribus quidem, quaeque propius ad oraculi genium accedunt, veluti εσται δε, ויהי, πασα ψυχη pro ανθρωπος. Εξολοθρευθ. *exterminabitur*. Vox cum cognatis suis (Cf. ad Hebr. 11, 28.) LXX intt. familiarissima, et ap. Ioseph. non itidem apud Graecos scriptores occurrens, שחת, כרת. In loco Mos. adest: εγω εκδικησω εξ αυτου. At Petrus definitius expressit istam δικην per ολεθρον. "Proscribatur e ciuium numero, qui ad falsos doctores potius confugerit, quam consuluerit veram prophetarum a Ioua missorum doctrinam."

v. 24. *Verum non Moses solum, sed et ii, qui post eum prophetarum nomine veniunt* etc. Σαμουηλ. Primus is in prophetarum serie habebatur, qui quasi agmen ducebat, vid. loc. e Rabbin. ap. Wetst. Λαλειν de oraculis proferendis speciatim adhibetur, Hebr. 1, 1. Interpungi poterit varie. Nam post καθεξης vel poni vel deleri poterit comma. Sensus eodem redit, semperque manca erit constructio. Proprie dicendum fuerat απο Σαμ. εως των καθεξης, seu δια των καθεξ. Κατηγγ. τας ἡμερας ταυτας. Verissima haec profert Petrus. Siquidem Messias, sperataque ab eo temporum felicitas magna illa erat meta laborum, quo collineabant omnia vota, in prophetis expressa: nec facile quemquam prophetarum Israel. inuenies, qui in futura felicitate depingenda non exsultauerit. Idem tamen frustra laborabis, si e singulo quouis prophetarum aliquid eruere annisus fueris, quod ad Iesum refert nostra dogmatice. Quod si Petrus diserte ait, κατηγγειλαν τας ἡμερας ταυτας, non quidem necessario is erit sensus: "haec nostra tempora mente praeuiderunt", sed κατηγγειλαν aliquid, quod εν ἡμεραις ταυταις ratum est, ita
res

25 λησαν, καὶ κατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας. Ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ· καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι

res omnes moderante sapientiſſimo numine, vt quaecunque de futuro nationis ſoſpitatore cecinerunt vates, in neminem quadrarent melius et conuenientius, quam in Ieſum; quo promtius, ſi quem Meſſiam agnoſcere vellet Iudaeorum gens, hunc agnoſceret, amplecteretur que. — Iſtum autem locum, quem ex Deut. 18, 18. 19. attulerat v. 22. 23, apertius ad Meſſiam transfert Petrus, ad quem transferre eundem ſolebat omnis Iudaeorum iſto aeuo doctrina, annuentibus etiamnum nonnullis intt.; atque, quum Ieſum eſſe Meſſiam ſibi perſuaderet Petrus, de Ieſu explicat. Sunt quidem, qui et a Petro de omni prophetarum ſerie locum Deut. acceptum velint, vt v. 22. quaſi introducat in v. 24, et bina contendantur: a) Moſes praedixit, multos prophetas poſt ſe ſurrecturos v. 22. b) et vere ſurrexerunt, et, quotquot ſurrexerunt, omnes de noſtris diebus loquuti ſunt v. 24. Sed quantopere frigeat einsmodi explicatio, nemine monente, quilibet perſpicit.

v. 25. c) *Vobis autem, e quorum natione prouenit Meſſias, prae aliis incumbit, agnoſcere eum eiusque doctrinam amplecti.* Υἱοι. Arctiorem coniunctionem innuit υἱος, vt בן, vnde ſenſus: "ad vos pertinent prophetae, e veſtra natione prouenere (alii minus commode: "vos eſtis diſcipuli proph." qui 2 Reg. 2, 3. 12; 13, 1 ſqq. patres vocantur) ad vos etiam pertinet διαθηκη, in vos redundant eius praemia." Eſt mera captatio beneuolentiae, quae eadem, ſed fortius et cumulatius adhibetur a Paullo Rom. 9, 4 ſqq. Λεγων πρ. Αβρ. Gen. 22, 18. Σπερματι. Et Petrus quoque de *vno* poſtero, Ieſu, hoc nomen collectiuum accipit, vt Paullus Gal. 3, 16. Πασαι πατριαι (φυλαι) της γης. Ex veſtra natione prodibit ille, qui omni terrarum genti ſalutem afferet, quanto maiorem afferet *vobis*, quanto lubentius eum amplexari *vos* decebit!

v. 26.

πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς· ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς 26
ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ — Ἰησοῦν: ἀπέστειλεν
αὐτὸν, εὐλογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον
ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν Cap.
αὐτοῖς IV, 1

v. 26. Post ὑμιν subaud. ουν, et αναστησας, non de resuscitatione accip. sed vt v. 22, הֵקִים. Πρωτον. En Petrum,.. etiamsi ethnicas gentes a felicitate Mess. minime excludit, (2, 39) Judaeis tamen, vt par erat, ante alios (πρωτον) fauentem. Idem tamen Cap. 10, 34. meliora edocetur. Ιησουν deest in optimis codd. verss. patribusque. Αποστρεφειν h. l. actiue accipio, vt Rom. 11, 26; 2 Tim. 4, 4. "eo quod vos abstrahit, auertit" etc. iamque arctissime iungo cum ευλογουντα; "prosperabit vos, non diuitiarum potentiaeue splendore, sed animorum emendatione." Alii neutraliter accipiunt: ea lege, vt quilibet vestrum se conuertat.

De omni oratione Petri eadem fere valent, quae ad priorem illam ad 2, 36 scripsimus: minus tortuosam tamen esse argumentationem, faciliusque et nobis adblandiri, non sine voluptate perspicimus.

Cap. IV noli seiungere prioribus, quibus vt effectus caussae adhaeret arctissime, et videmus hic quidem Iudaeorum in Apostolos inuidiam, primamque eis imminentem tempestatem, non tamen admodum turbidam. Suadebat vtique mansuetudinem hanc populi vox, miraculosa hac sanatione perculsi Apostolorumque conaminibus adstrepentis. Επιστηναι, subito et inopinato superuenire. Στρατηγος του ἱερου. Aderat in templo Hierosol. iam inde ab antiquissimis temporibus non mediocris sacerdotum Leuitarumque turba, excubias ibi agentium, omniaque circa templum ornandum, seruandum etc. administrantium. Qui his praeerat, dicebatur στρατηγος ἱερου; cf. Intt. ad Luc. 22, 52; Matth. 26, 47; Ios. A. 20, 6, 2; B. I. 2, 12, 6; Lightfoot Tom. 2, p. 471; Deyling obs. sacr. Tom. 3, p. 237 etc. (perperam de duce Romanorum militum in arce Antonia

αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ
2 Σαδδουκαῖοι, διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς
τὸν λαὸν καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστα-
3 σιν τὴν ἐκ νεκρῶν· καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας,
καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον, ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη,
4 πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον ἐπίστευσαν, καὶ
ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε.
5 Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς
ἄρχον-

tonia excubias agentium cogitat Hammond.) Hos ergo male habuit, in templo, cuius cura eis mandata erat, tale quid accidisse ab idiotis. Σαδδουκαιοι, grauissimi et acerrimi in affligendis secus sentientibus, ergo et Apostolis, quia ei doctrinam de mortuorum resurrectione promulgabant, ipsorum placitis aduersantem (infr. c. 23, 6 sq.) Caeterum illi Sadducaei, qui *hoc loco* memorantur, nonnisi priuati fuisse videntur adeoque poena Apostolos afficere nequibant: illi tamen Sadduc. qui 5, 17 afferuntur multo grauiores Apostolis erant.

v. 2. Διαπονεισθαι labore confici, dein aegre quid et cum indignatione ferre (infr. 16, 18). Εν τῳ Ιησου, i. e. exemplo Iesu. Ita 1 Cor. 4, 5. εν εμοι. Id potissimum affligebat Sadducaeos, insigni aliquo euentu resurrectionem ab Apostolis comprobatam esse.

v. 3. Τηρησις rarius dicitur pro Φυλακη, e. gr. ap. Thucyd. 7, 86. Ἑσπερα etc. Nam hora εννατῃ ad templum adscenderant Apostoli c. 3, 1; atque iam multum temporis per ea, quae c. 3. narrata sunt, praeterierat.

v. 4 arctius iunge prioribus. Eo ipso momento rem quidem cognoscere nequibant, vespera iam ingruente, sed nec rem omnem missam facere poterant, quia iam latissime serpserat infesta Iudaeorum placitis contagio. Tot enim miracula hac sanatione permoti erant, vt, additis 3000 illis, 2, 41, numerus iam ad 5000 excreuisset.

v. 5. 6. Iam synedrium congregatur, quod ex quibus personis collectum fuerit,

ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους καὶ γραμματεῖς εἰς Ἱε-
ρουσαλὴμ, καὶ Ἄνναν τὸν ἀρχιερέα καὶ Καϊάφαν 6
καὶ Ἰωάννην καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους
ἀρχιερατικοῦ· καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν μέσῳ ἐπυν- 7
θάνοντο· ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιή-
σατε τοῦτο ὑμεῖς;

Τότε Πέτρος πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου εἶπε πρὸς 8
αὐτούς· Ἄρχοντες τοῦ λαοῦ καὶ πρεσβύτεροι τοῦ
Ἰσραήλ,

rit, ex hoc loco quasi classico addiscitur. Cf. prolegomena. Ἀρχοντες (του λαου, v. 8, του εθνους 1 Macc. 14.), et πρεσβυτεροι, fere vt in nostris magistratibus consules et senatores, γραμματεις, litterati, (de his omnibus copiosius ad euangelistas explicabitur), quibus cunctis praesidebat, αρχιερευς. Εις Ιερουσ. Forsan aestiuo tempore in villis prope vrbem degebant. Hannas et Caiphas, nomina ex historia passion. I. C. satis nota. Sed in eo offendunt nonnulli, quod αρχιερεως nomine h. l. salutatur Hannas, quum tamen Caiaphas gener isto munere fungeretur. Io. 11, 49; 18, 13: Ios. A. 18, 2, 2. Respondent quidam, duos adfuisse αρχιερεας, quorum alter alterius fuerit vicarius, aut qui alternis vicibus sacra procurarint. Sed nil attinet. Etsi enim a Valerio Grato summo hoc munere motus fuerat Hannas, magno tamen honore et potestate semper pollebat, adeoque et postea, vt et hodienum fieri solet, eodem honoris ac muneris nomine salutatur. De *Ioanne* et *Alexandro* nil nisi ex coniecturis cognitum: hunc Philonis fratrem habet Mangey. Γενος αρχιερατικον, gens, ex qua oriundi ad summum sacerdotium adspirare poterant. Ita ferme apud Romanos dicebatur: *viri consulares*.

v. 7. Εν μεσῳ pleonast. vt et alibi, Io. 8, 9 etc. *Coram synedrio comparere iusserunt.* Δυναμει, *iure*, ονοματι, *auctoritate* h. l. pro synonymis haberi poterunt. Τουτο, sanare aegrotum, et publice in templo docere.

v. 8. Πλησθ. πν. ἁγιου diviniore pro re christiana quid-

9 Ἰσραήλ, εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐερ-
γεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται,
10 γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ,
ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν
ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν
11 τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής. Οὗτός
ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ᾽ ὑμῶν τῶν οἰκοδο-
μούντων,

quidlibet audendi enthusiasmo correptus, fiduciaque et παρρησιᾳ (v. 13.) plenus.

v. 9. Ει *quandoquidem*. Sic 11, 17; 18, 15. Ita et ap. Polyb. Ανακρινεσθαι, vt et lat. *interrogare*, etiam *inquirendi* significationem iuridicam habet. Ευεργεσ ανθρωπου i. e. ευεργ. in hominem collata. Genitiv. rem seu personam recipientem indicat; Glass. grammat. sacr. Tract. 1, can. 30. Εν τινι cuius ope. Sic ap. Sophocl. Aiac. v. 519 εν σοι σωζομαι; plur. ap. Wetst. *Quandoquidem non de malefacto, vt solet, sed de beneficiis inquirimur, et id potissimum in quaestionem venit, cuius ope restitutus sit claudus, respondemus, Iesu Christi ope eum sanatum esse.*

v. 10. Mira vocibus singulis inest vis et παρρησια, quae cum vi et pondere prolatae magnum indubie ad percellendos Synedrii assessores, Sadducaeos maxime, momentum produxere.

v. 11. Κεφαλη omne quod summum et praecipuum est in re aliqua. λιθος κεφ. γωνιας, lapis angularis, qui, quod ex duabus partibus aedificium sustinet, firmissimus sit necesse est. Sententia desumta ex Ps. 118, 22, qui tamen neutiquam de Messia agit, et a nonnullis in seriora adeo tempora reiicitur. Sed in prouerbium abiisse videtur ea sententia, indicans, rem contemtui et despicatui habitam magni saepe pretii esse. Accommodatissime autem ad Iesum adhibetur Matth. 21, 42; Marc. 10, 12; Luc. 20, 17, et h. l. additis τοις: ουτος εστι et αφ᾽ υμων praecisius. At subtiliorem se gerere videtur Morus, imaginem eo convenientiorem esse indicans, quod doctrina aedificio comparatur, vt adeo lapis angul. praecip. aliquam et eximiam in

μούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας. Καὶ οὐκ 12
ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία· οὔτε γὰρ ὄνομά
ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀν-
θρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.

Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν, καὶ 13
καταλαβόμενοι, ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ
ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς, ὅτι σὺν

τῷ

in ea promulganda perſonam indicet. Cf. de hac accomm. Eckermann *Theol. Beytr.* B. 1, S. 95.

v. 12. Και, *namque.* Σωτηρια et σωθηναι ambigue prolata ſunt. Vel ad ſanationem ſpectant corporisque valetudinem, vt lat. *ſervare*, Matth. 8, 25; Marc. 5, 23; cf. Raphel. iamque ονομα reſponſionem Petri complectitur ad quaeſtionem v. 7. propoſitam, innuitque *auctoritatem* vel inuocationem numinis alicuius ad patrandas miraculoſas ſanationes. Huic ſententiae fauent permulti, Michaelis, Tellerus, Bolten etc. Vel indicant ſeruationem ex iſtius aeui miſeriis viamque ad proſperitatem in regno Meſſiano patefactam: iamque ονομα pro perſona ipſa dictum eſt; *nemo alius.* Mihi quidem vtrumque complecti Apoſtolus videtur; ſiquidem occaſio huius ſententiae proferendae erat aegroti ſanatio: qua arrepta ad altiora ducit, et de ſublimiore quoque illa σωτηρια a Ieſu exſpectanda admonet, vnde et definitius loquitur, addito articulo ἡ σωτηρια. Sane omnis loquentis finis et mens tale quid efflagitat, et admodum frigeret oratio, ſi nonniſi corporis ſanationem indicatam eſſe crederes.

v. 13. Αγραμματοι לא ידעי ספר. Ιδιωται nullo publico munere ornati. Eiusmodi exprobationes ſaepiſſime fiebant primis Chriſtianis, vt Paullo, 1 Cor. init., 2 Cor. 11, 6. Cf. Lucian. mort. Peregr. p. 338. Εθαυμαζον primo quidem obſtupefacti ſunt; mox tamen επεγινωσκον, Ieſu aſſeclas eos fuiſſe (ησαν plusquamperf.), quia eadem ille παρρησια loquutus erat et ſimilia beneficia aegrotis praeſtiterat.

 v. 17.

14 τῷ Ἰησοῦ ἦσαν· τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν
αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν τεθεραπευμένον οὐδὲν εἶχον ἀντει-
15 πεῖν. Κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου
16 ἀπελθεῖν συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες· τί
ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ
γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν, πᾶσι τοῖς κατοι-
κοῦσιν Ἱερουσαλὴμ φανερὸν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνή-
17 σασθαι. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν
λαὸν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς, μηκέτι λαλεῖν
18 ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων. Καὶ κα-
λέσαντες αὐτοὺς παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου
μὴ φθέγγεσθαι μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ
19 Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες πρὸς
αὐτοὺς εἶπον· εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὑμῶν
20 ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ; κρίνατε. Οὐ δυνάμεθα
γὰρ ἡμεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν.

Οἱ

v. 17. Διανεμηθη fc. λογος, φημη, διδαχη, ne vlceris inftar plurium animos quafi depafcat, cf. ad 2 Tim. 2, 17. Λαλειν de eis, qui religionem promulgant, fpeciatim adhibetur (διδασκειν v. 18); επ' ονομ. τινος λαλειν eft, doctrinam promulgare *auctoritate alicuius interpofita*. Eft ergo h. l. nil nifi chriftianam doctr. promulgare. Alii reddere malunt: nominis I. C. mentionem facere.

v. 19. Eiusmodi minatio fortius adeo accendit animos, et ad maiorem παρρησιαν excitat. Ει — Θεου interrogatiue accipe. Alii pro interr. figno comma ponunt, fenfu eodem. Perfimilis fententia occurrit in Plat. Apol. Socr. ap. Epictet. et alibi apud claffficos, vid. Wetften.

v. 20. Ου δυναμεθα μη. Non poffumus non etc. non decet, non fas eft, vetat illud fpirans in nobis nosque ftimulans πνευμα.

v. 21.

Οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτοὺς, μηδὲν 21
εὑρίσκοντες, τὸ πῶς κολάσωνται αὐτοὺς, διὰ τὸν
λαὸν, ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι·
ἐτῶν γὰρ ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος, 22
ἐφ' ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως.

Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ 23
ἀπήγγειλαν, ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ
πρεσβύτεροι εἶπον. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ὁμοθυμαδὸν 24
ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ εἶπον· Δέσποτα, σὺ
ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν
θάλασ-

v. 21. Δια τον λαον iunge τοις: απελυσαν αυτους. Einsmodi metus populi seditiosi saepe coercuit synedrii potestatem.

v. 22. Proinde, quum per tot iam annos ostentasset malum suum, non simulatum illud erat, neque glaucoma ob oculos obiecerant Apostoli. Tum quia sanatio hominis aetate prouectioris, difficilior est, quam iunioris, eo clarius et insignius erat miraculum.

v. 23. Praeteriit tempestas prima, quae imminuerat Apostolis. Redeunt ad suos, animo sensu tam insignis diuini beneficii plenissimo, vnanimique consensu gratias numini adhibent, praesentiusque in futura tempora conaminibus suis auxilium sibi expetunt. Neque incassum; rata fiunt vota: adest numen, et insigni phaenomeno praesentiam arguit.

v. 24. Preces funduntur, reuerentiae et fiduciae erga numen plenae, simulque diuiniore quodam impetu prolatae, quod sine dubio in caussa fuit, cur post ειπον in pluribus MSS. additur: εν τω πνευματι αγιω; quae tamen voces vel ob hoc nec non ob insignem lectionis varietatem et inconstantiam damnandae sunt. Δεσποτα etc. longissime perducitur haec allocutio ad v. 29 vsque, poterisque v. 27 et 28 parenth. legere. Alii post συ supplent ει: *tu es*.

25 θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὁ διὰ στόμα-
τος Δαυὶδ παιδός σου εἰπών· ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη,
26 καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς
τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ
κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ·
27 συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ
ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου, Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης
τε καὶ Πόντιος Πιλάτος, σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ,
ποιῆσαι,

VARIAE LECTIONES.

v. 27. εν τῃ πολει ταυτῃ. Haec, quae e vulgari textu absunt, in Bengeliano autem exprimuntur, adsunt in ABDE, 15 al. ap. Wetst. Griesb., et Birch. 1 ap. Matth. Syr. vtr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Cyrill. Chrysost. Tertull. pluribusque patribus occident. Lectio vnanimi consensu vtriusque familiae comprobata, ideoque et in textum recepta a Beng. Griesbach. Sunt quidem, qui canonem illum criticum, lectionem breuiorem praeferendam esse et h. l. vrgeant, pro glossemate haec verba habentes. Sed facile perspicitur, h. l. parum quadrare istam normam, quia hic Apostoli, oratores ipsi, in locum commentantur.

v. 25. Δια στομ. Δαυ. Ps. 2. Φρυαττειν, רגש, proprie de equis adhibitum, qui resupino collo hinniunt, insolentiam et ferociam designat. Hesych. εκινηθησαν, εταρθησαν. Cf. Wessel. ad Diodor. IV, 74. Μελεταν κενα, consilia capere, sed vana et irrita, quia contra potentissimum numen suscipiuntur.

v. 26. Idem sensus aliter expressus. Παρεστησαν, consurgunt; יצב על, id. qu. συνηχθησαν. Plura de singulis verbis ad explicationem versionis LXX, ex qua ad verbum expressa haec sunt, monenda.

v. 27. 28. Iam ad praesentem rerum statum accommodatur locus, in quem commentantur oratores. Επ' αληθειας etc. Q. d. Et quam vere haec dicta sunt! quam amice conspirant nostris temporibus! Nam vere insurrexerunt contra Messiam, et quidem εν τῃ πολει ταυτῃ. Auget id et intendit sensum, innuens vel: coram nobis, vt nostris ipsorum oculis

ποιῆσαι, ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε 28
γενέσθαι. Καὶ τὰ νῦν, Κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς 29
ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤ-
ῥησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον σου, ἐν τῷ τὴν 30
χεῖρά σου ἐκτείνειν σὲ εἰς ἴασιν, καὶ σημεῖα καὶ τέ-
ρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου παιδός
σου

oculis videamus rata facta oracula ista, vel: in ipsa vrbe capitali et regia sede illius terrae, ex qua et in cuius commodum prodiit Messias, in qua adest templum tuum, splendidus cultus, mons Sion etc. Ὀν εχρισας, quem εργοις et δυναμεσι per eum patratis pro Messia, pro Χριστῳ declarasti, qui est vere ille Χριστος, de quo Psalmus cecinit κατα του Χριστου αυτου (v. 26). Λαοις. In plurali hac forma non argutandum, quia ea de caussa adhibita est, vt τα: εθνεσι και λαοις responderent τοις: εθνη και λαοι v. 25, quo clarius et in hisce singulis impleta esse vaticinia illa illucesceret. Sunt tamen, qui legant λαος, aut λαοις de singulis vniversi populi tribubus familiisque intelligant. Ποιησαι subint. εις το. Χειρ alias de potentia adhibetur, h. l., τῳ: βουλῃ iunctum, de providentia sapientiaque div. Ita Iob. 27, 11; Eccles. 2, 24 etc. cui et concinit vox προοριζειν, de prouidentiae decretis adhiberi solita. Neque enim placet, quod nonnulli οριζειν explicant per *declarare*. Caeterum passionem et mortem Christi, a prouidentia iam dudum destinatam hic intelligi in aprico est, ad quod numinis consilium exsequendum coaluerunt (συνηχθησαν) gentes. Non enim placebit, ποιησαι iungere cum εχρισας, quem vnxisti, vt efficeret ea, quae decreuisti.

v. 29. 30. Δος. Vox in precibus adhiberi solita Marc. 10, 37; Rom. 15, 5. Saepe ap. Homer. *Hoc nobis largiaris et concedas, precamur*, et quidem εν τῳ τ. χ. σου εκτ. σε εις ιασ.; i. e. *eo quod nobis porro potestatem tribuas, sanandi aegrotos, animosque hominum nobis conciliandi*, tum, εν τῳ σημ. και τερ. γιν. *eo quod miracula per nos fiant*, quod eodem redit: miraculosas enim

31 σου Ἰησοῦ. Καὶ δεηθέντων αὐτῶν ἐσαλεύθη ὁ
τόπος, ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαν-
τες πνεύματος ἁγίου καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ
Θεοῦ μετὰ παῤῥησίας.

32 Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία
καὶ

enim sanationes intelligit. Eae autem fiunt non vi et auctoritate Apostolorum (c. 3, 12), sed Iesu, διὰ τ. ὀνομ. I.

v. 31. Exaudiuntur preces; praesens adest numen, et terrae motu vim suam ac maiestatem manifestat. Voces singulae expeditissimae. Res ipsa indubium prouidentiae signum, quod terrae motus, haudquaquam insolitus ille quidem et miraculosus, eo tamen potissimum momento acciderit, quo ad sacrum illum ardorem, pro re christiana quidlibet audendi, inflammandi erant Apostolorum animi. Eo magis autem vi ac maiestate huius phaenomeni attonitos fuisse eos et perculsos credere licet, quod terrae motus, ventus, ignis, fulgura etc. constanti veteriorum opinione manifestissima praesentioris numinis indicia habebantur. Il. ρ, 595; Odyss. γ, 147; Callimach. in Apoll. v. 1 sqq. Ovid. Met. 15, 672; Stat. Theb. 4, 331; Ies. 6, 4; Idra Rabba §. 24. "Cum Rab. Simeon aperiret os suum, commotus est locus, et socii commoti sunt." Cf. Sohar. Exod. fol. 4, col. 14. — Illa autem quaestio otiosa habebitur, cur christiani homines h. l. πλησθῆναι πν. ἁγ. dici possint, qui iam ἅπαντες ἐπλησθησαν αυτου (2, 4): num forte, vt Mich. credit, illi h. l. intelligendi sint, qui tum nondum adfuerint, et postea demum conuersi sint. Intelligendi autem sunt ii, qui v. 23. 24 aderant, siue et in illo phaenomeno c. 2 adfuerint, siue minus. Quasi non iteratis vicibus sacro quodam ardore et enthusiasmo corripi possit mens. Erit ergo sensus: "Nouo hoc rerum euentu praesentius numinis auxilium comprobante redditus eis est animus et παῤῥησία, quae carceribus, minisque Synedrii facillime potuerat infringi.

v. 32. *Narratio de morte Ananiae, vxorisque Sapphirae*

καὶ ἡ ψυχὴ μία· καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων
αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα
κοινά. Καὶ μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύ- 33
ριον οἱ Ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου
Ἰησοῦ, χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς.
Οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς· ὅσοι γὰρ 34
κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφε-
ρον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, καὶ ἐτίθουν 35
παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων· διεδίδοτο δὲ
ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν.

Ἰωσῆς

phirae c. 4, 32 — 5, 11. — Quae praemittuntur, v. 32-35 vel 37, interpoſita narrationis ordini a Luca ſunt, ad illuſtranda Theophilo ea quae ſequuntur; fere vt cap. 2, 42 ſqq. Vid. ibi et prolegomena. Ψυχη μια — ἀπαντα κοινα. Similiter Ariſtot. Ethic. 9, 8 μια ψυχη και — κοινα τα των φιλων. Cf. Eurip. Oreſt. v. 1047 et alibi apud claſſ.

v. 33. Μεγαλῃ δυναμει vel ad eloquentiae vim ſpectat, qua loquebantur, vel ad effectum proſperrimumque ſucceſſum, quem protulit eorum oratio, vel ad vtrumque ſimul. Primum probabiliſſimum eſt, reſpondetque eis, quae 1 Cor. 2, 4 de ſe praedicat Paulus. De miraculis per Apoſtolos editis nolim hic cum quibusdam cogitare. Χαρις μεγαλη ſc. aliorum hominum extra chriſtianum coetum degentium. *Multo aliorum favore fruebantur* (2, 47), quod non bene graece expreſſum eſt: χαρις τινος εστι επι τινα.

v. 34. 35. Ratio ſequitur: mutuo enim amoris vinculo ſociati erant, neque efficiebant moleſtorum mendicorum colluuiem. Παρα τους ποδας τινος τιθεναι eſt deponere quid, concredere alicui c. 7, 58. Cic. Orat. pro Flacco, c. 28: "*ante pedes* Praetoris expenſum eſt." Heliodor. IV. τιθεναι παρα τους ποδας του βασιλεως. Noli ergo hic idem reuerentiae ſignum in hac phraſi quaerere, quod forſan adeſt c. 22, 3. — Eſt haec illa in "prima

36 Ἰωσῆς δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρα-
37 κλήσεως, Λευΐτης, Κύπριος τῷ γένει, ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων.

Cap. V, 1 Ἀνὴρ δέ τις, Ἀνανίας ὀνόματι, σὺν Σαπφείρῃ τῇ

"prima christ. societate recepta bonorum communio" saluberrima illa quidem in primis illis incunabulis, postea autem, vt par erat, cessans. Plura de eadem, sicuti de similibus institutis, vid. in Excursu III.

v. 36. Hinc iam affert Lucas bina exempla Iosis Barnabae, qui huic instituto conuenienter egit v. 36. 37; et Ananiae, qui cum vxore fraudulentum se gessit c. 5, 1. 2, sed subita morte vna cum vxore perit v. 3 - 10, id quod magnum φόβον et reuerentiam erga Apostolos animis incutit v. 11 - 16. Υἱὸς παρακλήσεως, בר נביאה, filius prophetiae, sapientiae, hortationis, doctrinae, consolationis, ex Hellenistarum more, qui, annotante Grotio, prophetiam vocant παράκλησιν. Alii respiciunt ad בר נחא, υἱος αναπαυσεως: alii ad בר נפש filius respirationis. Strenuum se doctrinae christianae praeconem deinceps gessit hic Barnabas, arctiore Paullo copula iunctus, vt infra videbimus. Et in omen futurorum horum euentuum indubie hoc cognomen ei indiderant Apostoli, siquidem in eo deprehenderant virtutes, quae ad istud munus subeundum aptum eum reddebant. Λευιτης, Κυπριος. Per omnes 12 tribus dispersi erant Leuitae Gen. 49, 7, sed possidebant tamen peculia et agros tum in Palaestina Ier. 32, 7, tum, vt hic Barnabas, extra Pal.

v. 37. Χρημα i. e. τιμην, pecuniam ex agri venditione partam. Vsitatius in plurali forma χρηματα, pecunia, apud Graecos obuenit. Wessel. ad Diodor. 10, 116.

Cap. V, 1. *Narratio de Anania ipsa.* Sed non aeque fidum et liberalem se gessit Ananias, qui liberalitatis speciem tantummodo prae se tulit, sed re vera fraudulenter egit, satis stolide et impudenter fraudes istas

τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἐπώλησε κτῆμα, καὶ ἐνοσφίσατο 2
ἀπὸ τῆς τιμῆς, συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ,
καὶ ἐνέγκας μέρος τὶ παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀπο-
στόλων ἔθηκεν. Εἶπε δὲ Πέτρος· Ἀνανία, διατί 3
ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς
τοῦ

iſtas fugere Apoſtolos poſſe, opinatus. Ανανιας nomen et in Vet. Teſt. occurrens, ſed raro, Neh. 3, 23; Ier. 28, 1. Σαπφειρα nomen Syriacum, pulchritudinem denotans. Κτημα ager. Ita Prov. 23, 10.

v. 2. Νοσφιζειν illud maxime fraudis furtique genus innuit, quo res communis iuris in ſuum priuatum vſum (νοσφι) confert quis. Ita ap. Xen. et Polyb. vid. Raphel. Crimen indubie magnum, qualia ſi impune committi potuiſſent, mox collapſa eſſet chriſtiana res. Non quidem eo peccauerat, quod non omnia tradidit, neque enim quisquam plura, quam vellet, tradere cogebatur; ſed mendacem ſe et fraudulentum geſſit, ſimulque tentauit Apoſtolos, num vere tale quid ab eis poſſet detegi. Tum et ſacrilegium quodammodo commiſit, quatenus pecunia, communi vſui ſocietatis ſacrae deſtinata, res ſacra habenda erat et ipſa. Forſan mox diſſolutum iri Chriſtianorum coetum exiſtimabat, atque in vtramque partem cauere ſibi voluit. Tantum ergo ob crimen ira accenſus Petrus vehementiſſime eum increpat.

v. 3. Σατανας princeps ille daemonum malorum, cui, vt notum eſt, omnia conſilia mala et regno Dei adverſa tribuuntur. Kopp. ad 1 Theſſ. 2, 18. Επληρωσε inſedit. Luc. 22, 3; Io. 13, 27; Eccleſ. 8, 11, ſimilia. Alii male vertunt: *impulit*, vid. Kypk. Vult autem Petrus: non πνευμα ἁγιον te impleuit, quo plenus eſſe deberes, ſed principium prorſus contrarium et aduerſans (1 Tim. 1, 20). Ψευσασθαι praemitte ὡς. idque ecbaticως intellige: "vnde et accidit, vt contra πν. ἁγ. inſurgeres, fraudeque illud decipere tentares." Conſtruitur verbum ψευδεσθαι cum accuſatiuo, et ſtatim v. 4. cum datiuo, ſicuti et cum εις τινα (Col. 3, 9) et κατα τινος (Iac. 3, 4). Glaſſ. Gram-

4 τοῦ χωρίου; Οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμενε, καὶ, πρα-
θὲν, ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ
καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώ-
5 ποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Ἀκούων δὲ ὁ Ἀνανίας τοὺς
λόγους τούτους, πεσὼν ἐξέψυξε, καὶ ἐγένετο φό-
βος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.
Ἀνα-

Grammat. Sacra Tr. 6, Can. 6. particulam εις supplendam esse credit, vt 2 Petr. 3, 12 et passim ap. classic. Sed nil est nisi *fallere*, actusque ipse, vt saepe, (Wessel. ad Diodor. 13, 3) pro conatu expressus, id. qu. πειραζειν, v. 9.

v. 4. Μενον, duobus commat. include vt et sequ. πραθεν, pro εαν εμεινε, si vendere agrum addubitasses. Nonnulli Hebraismum, qui repetita voce intendit notionem, sicuti v. c. Exod. 3, 7, hic inueniunt, sed perperam. Εν τῃ σῃ εξ. υπ. sc. pecunia inde soluta, nisi huic vsui communi destinasses. Sens. Licebat tibi per nos, retinere vel agrum vel pecuniam inde acceptam. Τι (γεγονε, Io. 14, 22; Lamb. Bos p. 283) ὁτι. Vert. *Wie bist du dazu gekommen?* Εθου εν καρδ. שׂוּם בלב. Θεῳ, "quippe qui largitus nobis est πνευμα illud, quod fraude decipere tentasti," vnde et nominatur Θεου πνευμα. Fraude in nos commissa, ait P., in πν. αγ., quod nos regit et impellit, fraudem commisisti (v. 3), et haec in πνευμ. αγ. admissa fraus pari tibi crimini habenda erit, ac si in Deum ipsum dolose et iniuste egisses, quia Θεου πν. est illud πν. αγιον, a Deo concessum, et ad res Dei peragendas nobis traditum. Magni in quaestionibus dogmaticis momenti habitum esse hunc locum constat, de quibus, quum nostri ea non sint consilii, videsis dogmaticos, veluti Döderl. Inst. T. I, §. 111.

v. 5. Tale quid non opinatus erat Ananias, dolum suum illico detectum ipsumque publicae ignominiae traditum iri. Vehementissimis simul verbis in se inuectum audit Petrum. Subito ergo terrore perculsus animam efflat, mirante forsan Petro ipso.

v. 6.

Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν αὐτὸν καὶ 6
ἐξενέγκαντες ἔθαψαν. Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν 7
διάστημα, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς
εἰσῆλθεν. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ Πέτρος· εἰπέ μοι, 8
εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; ἡ δὲ εἶπε· ναὶ,
τοσούτου. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτήν· τί ὅτι 9
συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ πνεῦμα Κυρίου; ἰδοὺ
οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρά σου ἐπὶ τῇ θύρᾳ,
καὶ

v. 6. Νεωτεροι id. qu. νεανισκοι v. 10, vel iuniores, qui e coetu Chriſtianorum tunc temporis aderant, omnino, vel ſerui, apparitores, qui נערים, νεανισκοι, pueri, audire ſolent. Συνεστειλαν. Indicat vox συστελλειν, περιστελλειν, συγκομιζειν (c. 8, 2) praeparare mortui cadauer ad ſepulturam, lauando, vngendo, componendo, faſciis inuoluendo etc., quod erat officium pollinctorum, vid. ſcriptorr. antiquitat. graec. Pariter et εκφερειν verbum in re funebri proprium. Εθαψαν, illico poſt mortem, ex Iudaeorum more notiſſimo.

v. 8. Τοσουτου, tanti pretii, quantum vir tuus profeſſus eſt. Expreſſit indubie Petrus ſummam argenti.

v. 9. Συμφωνειν, concinere, conuenire, conſpirare Matth. 18, 19; 20, 2 etc. *Wie? habt ihr euch gleichſam verſchworen?* Πειραζειν. Tentare Deum ſeu πνευμα θεου homo dicitur, ſi ita agit, vt videatur addubitare de numinis poteſtate, ſcientia etc. Cf. S. V. Pott Excurſ. 1. ad Iacob. Idem h. l., infert, quod ψευδεσθαι v. 3. 4. Caeterum et h. l. vt ſupra πνευμα Κυριου πειραζεσθαι dicitur, quatenus Apoſtoli πειραζονται, πνευματι eo agitati. Ποδες των θαψ. pro οἱ θαψαντες ex Hebraismo ſatis conueniente, qui hominem omnem per illas corporis partes exprimere ſolet, quae hoc illoue temporis momento potiſſimum agunt, Ieſ. 52, 7 etc. Petrus haec effatur, ex eis, quae viro acciderunt, concludendo ad ea, quae indubie et vxori imminere exiſtimat, perſuaſiſſimum habens, ob tantum ſcelus, in quo

10 καὶ ἐξοίσουσί σε. Ἔπεσε δὲ παραχρῆμα παρὰ τοὺς
πόδας αὐτοῦ καὶ ἐξέψυξεν· εἰσελθόντες δὲ οἱ νεα-
νίσκοι εὗρον αὐτὴν νεκρὰν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθα-
11 ψαν πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Καὶ ἐγένετο φόβος
μέγας ἐφ᾿ ὅλην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ πάντας
τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.

12 Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν Ἀποστόλων ἐγένετο ση-
μεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολλά· (καὶ ἦσαν ὁμο-
θυμα-

quo duo conſpirauerant, neutrum effugere poſſe divinam vindictam.

v. 10. Subito terrore perculſa mulier, tum, quod Apoſtolum iam ſcire dolum audit, quem praeter ſe et maritum omnes latere exiſtimat, tum, quod de inopinata mariti morte ſubitus nuncius affertur, ſibique ipſi idem fatum annunciatur, exſpirat et ipſa, quod naturae rerum ſatis conuenienter accidit, eoque conuenientius, quam v. 5, quod ipſa erat mulier debilior. Caeterum varie de facto ipſo poteſt diſputari, num Petri fuerit ea mens, vt extinguerentur, nec ne, num ex rerum natura, an interpoſita praeſentiore numinis vi, res acciderit (τερασι tamen et σημειοις a Petro patratis accenſeri videtur et hoc factum), etc. De his vid. Excurſ. 5. H. l. ſatis erit monuiſſe, eiusmodi rei euentum ſaluberrimum fuiſſe, adeoque, moderante div. prouidentia, hac illaue via producendum. Quod ſi enim eiusmodi dolus ſucceſſiſſet, actum fuiſſet de chriſtianorum coetu.

v. 12-16 inſeruit Lucas, vt oſtenderet, iam quidem ſanatione claudi et ſubita Ananiae morte comprobatam fuiſſe Apoſtolorum divinam auctoritatem, ſed pluribus adhuc ſanationibus miraculoſe patratis eos de eadem conuincere homines anniſos fuiſſe. Cf. prolegomena. Non bene autem cohaerent ea, quae v. 12-15 leguntur, ſuadeturque ap. Bowyerum, v. 13. 14. et finem v. 12 interponere inter v. 11 et 12, et primam v. 12 ſectionem iungere verſui 15. Quibus admiſſis facilius fluere

θυμαδὸν ἅπαντες ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶνος. Τῶν 13
δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς, ἀλλ᾽
ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός. Μᾶλλον δὲ προσετί- 14
θεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε
καὶ

fluere narrationis seriem non negamus, neque refragabimur S. V. Zieglero, qui in commentat. Ueber Zweck, Quell. u. *Interpolationen* der Apost. Gesch. in Gabler. theol. Journ. 1801, St. 2, p. 155 a seriore manu, quamquam antiquiore quam vetustissimi codd., inserta hic esse τα: και ησαν v. 12 - 14 credit: — Στοα Σολ. vid. supr. ad 3, 11.

v. 13. Λοιποι h. l. sunt christiani nouissime conversi. Horum ουδεις (i. e. *non multi*, populariter) audebat eis κολλασθαι. Vox proprie adhibita de eis, qui huic illiue sectae adhaerent, v. 36; c. 9, 26. cf. Luc. 15, 15, fere id. qu. προσκαρτερειν c. 8, 13. Cf. Suicer. Thes. T. II, p. 134. Ὁ λαος, *omnis populus*, tam ii qui in Iud. cultu manserant, quam qui ad christianum coetum transierant. Εμεγαλυνεν. Verbum de sublimiore et quasi diuino honore alicui adhibito vsurpatum. Numini enim competunt τα μεγαλεια, 2, 11. Erit ergo id. qu. λαλειν περι μεγαλειων του θειου. Luc. 1, 46; Act. 10, 46; 19, 17; Phil. 1, 20; Eiusmodi honor Paulo et Barnabae habetur infra c. 14. Credebat λαος, Apostolis inesse supernaturale quid et diuinum, hominique propius accedenti noxium. Erat constans opinio, si quis numen aliquod vidisset, mortem eidem instare. Hac de caussa, simulque ob ea, quae Ananiae acciderant, ii, qui nouissime ad coetum accesserant, subtimidi erant, neque illico familiariorem cum Apostolis, qui coetui praeerant, consuetudinem inibant. Et Apostoli ipsi indubie familiariorem hanc consuetudinem, increscente indies neoconuersorum numero, deprecabantur, quod ipsa res suadebat. Commodissime ita explicari mihi locus videtur. Alii, vt Morus, Rosenmullerus etc. per τους λοιπους *proceres*, *diuites* indicari volunt, qualis fuerit Ananias, ex oppos. λαος. Alii λοιπους illos *nondum conuersos* dictos esse putant, et κολλασθαι vertunt *persequi*.

v. 14. Τῳ Κυριῳ iunge vel c. πιστευοντ. vel c. προσετιθ. sensu

15 καὶ γυναικῶν·) ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέ-
ρειν τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ
κραββάτων, ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ
16 ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν. Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆ-
θος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλὴμ, φέροντες
ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρ-
των, οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες.

17 Ἀναστὰς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν
αὐτῷ, ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, ἐπλήσθη-
σαν

ſenſu eodem. Senſus. Etiamſi metus quidam animos inuaſiſſet vetuiſſetque κολλασθαι Αποστολοις, non tamen id prohibuit, quo minus ad coetum chriſt. omnino alii ſubinde accederent: imo ob magnum illum honorem, quo ſuſpiciebantur, εμεγαλυνοντο Αποστολοι, pluresque indies eidem ſocietati ſe iunxerunt.

v. 15. iunge priori v. 12 membro; nam verſui 14 non facile eadem annectes. Κᾳν ἡ σκια. Similia fiduciae nimiae, et ad ſuperſtitionem proxime accedentis exempla vid. infr. c. 19, 12 et Matth. 9, 20. 21, ad qu. vid. S. V. Paulus in Kommentar. üb. N. T. Th. 1, S. 422 ſqq. Accius ap. Cic. Tuſc. quaeſt. III, 12. "Nolite hoſpites adire ad me illico iſtic, Ne contagio mea bonis, *vmbraue* obſit, Tanta vis ſceleris in corpore haeret." Nolimus autem exiſtimare, aut Lucam, qui ſimplici narrationi nil vlterius addit, aut Apoſtolos inanem eiusmodi ſuperſtitionem probaſſe aut fouiſſe et aluiſſe. Tale quid ex hoc ſilentio parum ſequitur. Cf. Excurſ. 5.

v. 16. Περιξ ſc. οντων circumiacentium. Ita et Xenoph. Cf. Marc. 6, 36. Υπ. πν. ακαϑ. οχλουμενοι furore et melancholia correpti. Res copioſius ad euangeliſt. explicanda.

---

v. 17. Alia ſectio inſit. *In carcerem coniiciuntur Apoſtoli v. 17. 18: ſubito et inopinato liberantur, 19-25: ad apologiam dicendam denuo aduocantur, 26-33; ſed pru-*

σαν ζήλου, καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ 18
τοὺς Ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει
δημοσίᾳ. Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς 19
ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐ-
τοὺς εἶπε· πορεύεσθε καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν 20
τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς
ταύτης. Ἀκούσαντες δὲ εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον 21
εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκον. Παραγενόμενος δὲ ὁ
ἀρχιερεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ συνεκάλεσαν τὸ συνέ-
δριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ,
καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀχθῆναι αὐτούς.

Οἱ

prudenti Gamalielis consilio leui cum castigatione dimittuntur, 34 - fin. cap. — Σαδδουκ. Huius sectae ergo eo anno fuisse videntur praesides synedrii: eoque maiore indignatione et ira (ζηλος, ira vehementissima ad Hebr. 10, 27) eos accensos fuisse contra resurrectionis praecones par erat.

v. 19. 20. Σταθεντες vel pleonastice dictum est, vel innuit: *tretet im Tempel auf*, (ad 2, 14). Ρηματα id. qu. λογος, λογια, oracula divina. Ζωης i. e. ζωοποιουντα salutifera vel efficacissima Ταυτης per hypall. pro ταυτα τα ῥημ. της ζωης Glass. Gram. sacr. Tr. 1, Can. 14. Rem ipsam, seu sublimioris naturae ministerio, seu terrae motu, seu denique hominis cuiusdam, qui angeli et boni genii instar ad eos liberandos superuenerat ope peractam existimaueris, pro indubio prouidentiae div. christianum coetum tutela sua suscipientis signo habebis. Cf. Excurs. 5.

v. 21. Ὑπο τον ορθρον. Iam ante solis ortum, vt scil. iam adessent, aduenientibus ad precationem matutinam Iudaeis. Παραγεν. ὁ αρχιερ. qui tale quid nondum suspicabantur, iamque ad cognoscendam Apostolorum in custodiam coniectorum caussam se accingebant. Πασαν γερ. *Omnem*, vt in cognoscenda re tanti momenti frequentissimus esset senatus. Caeterum non differt γερου-

σια

22 Οἱ δὲ ὑπερέται παραγενόμενοι οὐχ' εὗρον αὐτοὺς
ἐν τῇ φυλακῇ· ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγειλαν,
23 λέγοντες· ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισ-
μένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἑστῶτας
πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δὲ, ἔσω οὐδένα εὕρομεν.
24 Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ τε ἱερεὺς καὶ
ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διηπόρουν
25 περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο. Παραγενόμενος
δέ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς. ὅτι ἰδοὺ οἱ ἄνδρες, οὓς
ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ, ἑστῶτες
26 καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν. Τότε ἀπελθὼν ὁ στρα-
τηγὸς σὺν τοῖς ὑπερέταις, ἤγαγεν αὐτοὺς, οὐ μετὰ
βίας, ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαὸν, ἵνα μὴ λιθασθῶσιν.
Ἀγα-

σια a ſynedrio, ſed per ſynonymon additur, vt honorificentiſſima hac compellatione *γερουσια*, et quidem *υἱων Ισρ.*, honos augeatur, 2 Macc. 1, 10; 4, 44 etc. et paſſim apud Ioſeph,

v. 24. Ὁ *ἱερευς*, ſi genuinum eſt, nam abeſt e quibusdam, probante Moro, innuit pontificem max. qui *κατ' ἐξοχην ἱερευς* dicebatur, ſaepeque id pro *αρχιερευς* (qui v. 21 diſerte nominabatur) ponitur, Hebr. 5, 6; vt Liv. 5, 41 pontifex pro pontif. max. Eſt ergo lectio *αρχιερευς* indubie ex emendatione orta, *Στρατηγος τ. ἱερ.* ſupra ad 4, 1. Οἱ *αρχιερεις* potiſſimi ex aliis ſacerdotibus, qui aut antea ſummo iam ſacerdotio erant functi, aut nunc circum pontif. max. propius verſabantur (*οἱ περι τον αρχιερεα*) aut erant *εκ γεν. αρχιερ.* (4, 6). *Τι αν γεν. τ.* vid. ad 2, 13.

v. 25. Poſt *ἱερῳ* pone comma, et *ἑστωτες* explic. vt ſupr. v. 20 *σταθεντες*. Alii *ἑστωτες* c. *εισι* iungunt, minus conuenienter, ſenſu eodem.

v. 26. *Λιθασθωσι.* Eiusmodi lapidationes in tumultibus etc. ad quos procliuis erat Iudaeorum gens, frequentiſſime accidere ſolebant. Poteſt autem intelligi de

Ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ· 27
καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ ἀρχιερεὺς λέγων· οὐ 28
παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μὴ διδάσκειν
ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; καὶ ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν
Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ βούλεσθε
ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου.
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ Ἀπόστολοι εἶπον· 29
πειθαρ-

de Apostolis, quos iam nunc lapidibus perire noluerit synedrium, vel de eis, quos emiserat synedrium, qui a tumultu plebis parum tuti erant, quia trahebant (ηγαγον v. 27, vox propria, vt ap. Polyb.) Apostolos, qui gratiam magnam apud plebem inierant, 2, 47; 4, 33.

v. 28. Παραγγ. παρηγγ. supra 4, 18. 21. Διδασκ. επι τῳ ονομ. τουτῳ vid. supr. ad 4, 17. 18. Αἱμα, cruor 2) mors cruenta 3) poena ingruens illis, qui istam mortem cruentam intulerunt. Erant autem phrases Hebraeis familiares: sanguis alicuius venit super caput alterius, vel: exigitur a manu alterius, Ezech. 3, 18. (pariter et diras, retorquebant in imprecantis caput antiquissimae gentes) i. e. ob mortem alicui illatam alter poenas luit. Proinde *inducere* (επαγαγειν, הביא) *sanguinem alicuius in alterum*, erit: *curare*, *seu occasionem offerre*, *vt alteri eiusmodi poena infligatur.* — Quae cuncta hic ad mortem Iesu illatam adhibentur. Quippe exclamauerat Matth. 27, 25 Iudaeorum turba: Veniat in nos eius sanguis! Iam infert pontifex: video, vos id agere, vt vere ratae fiant istae dirae, quas sibi imprecata fuerat nostra gens; vel eo, quod Iesu innocentia commonstrata nefandi homicidii reos nos agitis, vel eo, quod infecta κηρυγμασι vestris vrbe efficietis, vt nos ipsos lapidibus obruat rebellis plebs, si ex officio nostro doctrinae vestrae resistimus. — Cunctis his prudenter, sed et cum παρρησιᾳ respondet Petrus.

v. 29. Πειθαρχειν etc. Cf. supra c. 4, 19. Similia profert Socrates in Apolog. ap. Platonem.

30 πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. Ὁ
Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς
31 διεχειρίσασθε κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου· τοῦτον ὁ
Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ,
δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.
32 Καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τού-
των, καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς
τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ.

Οἱ

v. 30. Ratio sequitur. *Atqui* Deus noster, ὁ Θεος των πατερων ἡμ. quod diserte addunt, ne in suspicionem, peregrina numina se invehere, incidant. Διαχειριζειν, φονευειν, Hesych. infr. c. 26, 21.

v. 31. Αρχηγ. κ. σωτ. hendiad. Act. 3, 15. Τῃ δεξ. vel pro εις δεξιαν vel potius: vi et potentia sua. Δουναι μεταν. Consilium antecedentium et effectus, ita cohaerens prioribus: Monstrauit Deus sublimiore hac Iesu ὑψωσει, vere Messiam diuinitus missum eum fuisse, dignumque cuius doctrinam gratissimo animo amplexatetur natio. Opportunitatem ergo magnumque incitamentum nacta erat gens resipiscendi, eaque, quae ingrate in eum egerat, compensandi transeundo ad eius castra, sub qua conditione anteacta peccata remissum iri profitetur Apostolus.

v. 32. Ῥηματα דברים verba e) res, facta. H. l. siue de verbis, quibus de ὑψωσει Iesu loquuti modo erant, siue de rebus factisque huius ὑψωσεως ipsis intelligas, eodem sensus redibit. Quod si ῥηματα de omni christiana doctrina, quam promulgabant Apostoli, cuius μαρτυρες ησαν, intelligere mauis, cogitandum, istam doctrinam in primis illis incunabulis fere omnem versatam esse nonnisi in demonstranda resurrectione Christi: proinde vel sic idem prodibit sensus. Si duplex genitiv. αυτου et ῥημ. τουτων offendit, vel post τουτων subaudies ἑνεκα, vel αυτου post τουτων construes: harum eius rerum, *dieser seiner Schicksale*, vel αυτου pro αυτῳ, dativ. commodi, accipies, quorum primum praefero. Και το πνευμα ἁγ. scil. μαρτυς αυτου εστι. Siquidem pollicitus Io. 15, 26 erat discipulis

Iesus,

Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο καὶ ἐβουλεύοντο 33
ἀνελεῖν αὐτούς. Ἀναστὰς δέ τις ἐν τῷ συνεδρίῳ 34
Φαρισαῖος, ὀνόματι Γαμαλιὴλ, νομοδιδάσκαλος,
τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι
τοὺς

Iesus, πνευμα illud a Deo concessum iri cultoribus suis, et de se μαρτυρησεσθαι. Iam quum per summum numen impleta fuerint haec promissa, sequitur vera fuisse, quae de se professus fuerat Iesus. Euentu comprobata sunt omnia. Ante τοις πειθαρχ. subaudi ἡμιν.

v. 33. Quantam indignationem haec verba de Christi in vitam reditu excitauerint in animis Sadducaeorum, existimari potest. Ergo διεπριοντο. Proprie innuit verbum *serra dissecare*, 1 Paral. 20, 3, dein vehementissimam iram indicat, qua ad insaniam vsque commotus quis sibi temperare nequit, prae rabie dentibus stridens (Hesych. στριζον τους οδοντας), vnde et διαπριειν τους οδοντας dicitur. Infra c. 7, 54 additur καρδιαις, sensu eodem. Εβουλευοντο vel *de eis occidendis deliberauerunt*, vel: *eorum supplicium vere decreuerunt*.

v. 34. Haudquaquam tamen eodem furore correpti erant, qui ex Pharisaeorum secta synedrio assidebant: superstite enim adhuc Christo Pharisaei quidem, sed in coelos post mortem assumto eodem Sadducaei grauissimos se rei christianae hostes gessere. Γαμαλιηλ nomen frequens apud Iudaeos. Ita vocabatur tunc temporis inclytus quidam legis doctor, Paulique, olim Sauli, magister, nepos Hillelis, filius R. Simeonis, Pharisaeus, adeoque (Ios. Ant. 13, 10, 6) in tolerandis secus sentientibus facilior. Multa de eo affert ex Rabbinis Wetsten. Cf. Lightfoot. Opp. Tom. 1, p. 278; Tom. 2, p. 657. Quia autem plures huius nominis fuerunt, non quidem liquet, num h. l. idem memoretur, an alius. Cf. Michaelis ad h. l. Νομοδιδασκαλος, fere id. qu. γραμματευς, legis constitutionisque Mos. peritus, iureconsultus, Ios. Antt. 17, 6, 2; B. Iud. 1, 33, 2. Plura de his ad euangelistas monenda, vid. e. gr. PAULUS Kommentar. ad Luc., 5, 17. Εξω ποιησαι *educere*. Habet hanc *ducendi* vim

 vox

35 τοὺς Ἀποστόλους ποιῆσαι, εἶπέ τε πρὸς αὐτούς·
ἄνδρες Ἰσραηλῖται, προσέχεται ἑαυτοῖς, ἐπὶ τοῖς
36 ἀνθρώποις τούτοις τί μέλλετε πράσσειν. Πρὸ γὰρ
τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί
τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν
ὡσεὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 36. προσεκολλήθη. Magna est in hac lectione varietas. Siquidem pro lectione hac vulgari legitur et προσεκλίθη in A B et 7 al. ap. Wetst. Griesb. et Birch. 2 ap. Matth. probante Griesb. Sed 5 ap. Birch., sicuti et CDE et 25 alii ap. Wetst. et Griesb. nec non plurimi ap. Matth. habent προσεκλήθη. Sunt et qui legant προσεκλιθησαν, προσεκολληθησαν, προσετεθη. Non tamen digna habentur haec testimonia, ob quae textus vulgaris lectio proscribatur, siquidem vox προσκολλασθαι hoc sensu propria est Lucae Act. 5. 13; 9. 26; Luc. 15. 15. quod testimonium internum in tanta lectionis inconstantia indubie valebit. Similem in voce προσκλισις 1 Tim. 5, 21 adesse confusionem animaduertit Matthaei.

vox ποιειν, vid. exempla ap. Kypk. Res ipsa in iudiciis habendis hodienum visitata. *er liess sie auf einige Minuten abtreten.*

v. 35. Επι τοις ανθρωπ. τουτοις iunge sequentibus. Nota est phrasis πραττειν τι επι τινι, Eurip. Iphig. in Aul. 1104; Appian. B. civ. Lib. 3 etc. Alii iungunt prioribus προσεχ. ἑαυτ. sensu eodem.

v. 36. Iam, quum assessores synedrii admonuisset, videre, ne quid temerarie et inconsiderate susciperent, rationem addit, et quidem sapientissimam illam, qua euincit, si vere Dei caussam agerent Apostoli, nemini contra eos insurgere fas esse, sin humana fraude imponerent aliis, per se collapsura omnia eorum conamina, sicuti collapsa sint et irrita facta iam multorum aliorum consilia. Multis autem eiusmodi impostoribus fanaticis infesta tunc temporis erat Iudaea, qui, ad quod alludit Iesus Matth. 24, 24, Messiae auctoritatem prae se ferentes, rebelles populi animos ad seditiones et tumultus commouebant, sicuti Iosephi libri eiusmodi narrationibus referti sunt. Ex pluribus his iam duo exempla affert Gamaliel, Theudae

ὡσεὶ τετρακοσίων, ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες, ὅσοι
ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν.
Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς 37
ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκα-
νὸν ὀπίσω αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ πάντες
ὅσοι

Theudae v. 36 et Iudae v. 37, quo facto sententiam ipsam proponit v. 38. 39. Θευδας, nomen, forte id. qu. Θαδδαιος, rudiori dialecto pronunciatum. Ειναι τινα, sc. μεγαν, quod additur c. 8, 9. Ita et Lat. *aliquid esse* pro *multum magnique momenti esse*. Exemplorum farraginem vid. ap. Wetsten. Male confert Bolten. cum Luc. 21, 8. ibi enim supplend. Messias: h. l. τινα diserte additur, Προσεκολληθη, ad v. 13. Εγενοντο εις ουδεν phrasis opposita τοις: ειναι τινα.

v. 37. Γαλιλαιος. Ioseph. eum appellat Gaulaniten ex oppido Gamala, in Galilaea sita. Απογραφη, census ille publicus, in quem tam ad capita, quam ad bona hominum cognoscenda populus referebatur. Non innuit illam απογραφην, quae Luc. 2, 1 commemoratur facta esse sub Herode M. sed eam, quae Archelao Herodis M. filio Viennam relegato in eiusdem ditione, iam provincia Romana, peracta fuit a Quirinio, Syriae praeside. Ios. Ant. 18, 1, 1. (cf. tab. chronolog. in prolegom.). Απεστησε ad defectionem rebellionemque sollicitauit, ne censui illi, manifesto servitutis indicio, capita subiicerent. — Caeterum et verba sunt expeditissima et res ipsae, siquidem de vtroque eadem exponit et Iosephus, de Iuda Antt. 18, init., B. I. 3, 2, et de Theuda Ant. 20, 5, 1. Summam autem difficultatem mouere visum est illud, quod Gamaliel Iudam post Theudam extitisse profitetur, quum teste Iosepho Iudas tempore relegationis Archelai, circa annum 8, at Theudas tempore Cuspii Fadi, procuratoris Rom. circa annum 45 demum rebelliones excitaverit. Cui quidem difficultati variam admodum medelam afferre conati sunt intt. aut versum 37 parenthetice legendo, vt Lucae glossa habeatur, aut seriorem omnino manum hic agnoscendo, aut μετα τουτον pro μετα τουτου, ad prio-

38 ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διεσκορπίσθησαν. Καὶ τὰ
νῦν λέγω ὑμῖν· ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τού-
των, καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων
ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται·
39 εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτό,
μήποτε

priorem versum 36 traducendo, aut nomina Theudae et Iudae Galilaei transponendo, aut existimando, praeter illum Theudam (Ios. 20) alium adhuc eiusdem nominis *ante* Iudae Galilaei tempus insurrexisse. Et recte existimant, quicunque posteriori huic sententiae favent: neque enim ad istum Theudam, qui anno 45 turbas excitauerat, respicere potest Gamalielis oratio, anno 33 vel 34 habita (cf. tab. chronol.). — Sed quia praeter hunc locum plura in libro nostro aliter memorantur, quam alibi leguntur narrata, maxime in cap. 7, omnes istos locos vexatos in excursu seorsim tractare variaque difficultatum soluendarum conamina quam breuissime percensere et excutere placet. Ibi ergo et de h. l. pluribus vide. — Quaerendum tamen erit non minus, quo iure bis exemplis vti potuerit Gamal. ad suadendum mitiorem erga Apostolos animum: quum potius eis videatur incitari animus ad persequendos Apostolos trucidandosque sicuti trucidati fuerint et illi fraudatores. Verum id, opinor, sibi vult orator: "sunt quidem vi fugati et caesi ante nostra tempora impostores multi: nil tamen id profuit, quin alii succrescerent, eadem nos fraude decipientes. Vi ergo et armis tali in re nil efficitur. Quin missam facimus rem omnem, sua ipsius imbecillitate collapsuram, si ex humana fraude est progenita, omni autem humana vi et arte maiorem, si coelitus prouenientem eam sub sanctiore sua tutela suscipit numen."

v. 38. 39. Ἀπόστητε, 22, 29 absistite, manus abstinete. Βουλὴ et ἔργον de omnibus institutis accipiendum, quae produxerat nouus in ciuitate christiana rerum ordo. Μήποτε, *ne forte*, sensu prorsus eodem, quo in caeteris locis a S. V. Schleusnero in prima particulae significatione allatis obuenit, vt Matth. 4, 6 etc. Caeterum praegnans dictio et con-

μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Ἐπείσθησαν δὲ 40
αὐτῷ, καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς Ἀποστόλους δεί-
ραντες παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι
τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς. Οἱ μὲν οὖν 41
ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου,
ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτι-
μασθῆναι· πᾶσάν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' 42
οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζό-
μενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν CAP.
μαθητῶν ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν VI, 1
πρὸς

concisa, in qua post *καταλυσαι αυτο* inserendum erit: "nolite ergo tentare tale quid." *Θεομαχοι*. Sententia satis trita, vid. Wetsten. et ex scriptorr. Iudaicis Schöttgen. e. gr. Pirke Aboth 4, 11. Caeterum, quam prudens fuerit, homineque sapiente et cordato dignum hoc consilium, quamque commode et hodienum ad tolerandos eos, qui in rebus ad fidem, externum cultum, ad statum politicum spectantibus secus sentiunt, adhiberi possit, non est huius loci copiosius demonstrare.

v. 40. *Δειραντες* solita poena rebellium, qua afficiebantur, quia contra repetita iussa synedrii peccaverant c. 4, 18; 5, 28.

v. 41. *Κατηξιωθησαν ατιμασθηναι* elegans oxymoron, quale et ap. Senec. de provident. Lib. IV, "digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura possit pati etc." Caeterum *τα: οτι* etc. repete a voce *χαιροντες*, gavisi sunt, rata iam fieri et haec, quae Iesus futura praedixerat, Matth. 10, 17; Io. 16, 2 etc.

v. 42. *Πασαν την ημεραν*. Nam omnia, quae adhuc narrata sunt, horis matutinis acciderant c. 5, 21. *Ιησουν*, emphatice, Iesum hunc, neminemque alium pro Messia, esse habendum.

Cap. VI, 1. Alia rerum facies inducitur. Oriuntur

in

πρὸς τοὺς Ἑβραίους, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ.

In chriſtianorum hominum congregatione diſſenſiones circa erogandas eleëmoſynas. Digna habetur res, cui peculiares homines praeficiantur, quo commodius doctrinae tradendae vacare poſſint Apoſtoli. Eliguntur huic muneri obeundo complures, quos inter eminent duo potiſſimum, Stephanus et Philippus. Ille quidem a Iudaeis lapidibus obruitur, primusque Chriſtianorum hominum, quantum nouimus, martyrium ſubit: hic, quum morte Stephani perterrefacti Chriſtiani fugam capeſſerent atque in plures terras diſpergerentur, variis locis euangelium promulgat, nouosque aſſeclas coetui adducit. Ita, moderante div. prouidentia, ipſa fuga et diſperſio in commodum et incrementum rei chriſtianae vertit. — Caeterum ea, quae cap. 6 - 8, 2 narrantur, ex alio documento helleniſtico reddidiſſe Lucas videtur. Cf. prolegomena. Agebat illud de Stephano nobiliſſimo illo protomartyre c. 6; 7; 8, 1. 2. hoc ordine: 1) Eliguntur diaconi, qui diſtribuendis pecuniis praeſint, aliaque externa circa nouam ſociet. curent: c. 6, 1 - 7; 2) inter hos eminet Stephanus, qui tamen mox in Iudaeorum inuidiam incurrens coram Synedrio accuſatur v. 8 - 15. 3) Oratione apologetica ſe defendit, ſed tamen iniuſta morte plectitur. c. 7 - 8, 2. — Εν δε ταις ἡμ. ταυτ. דברים האלה formula narrationem ordiendi Hebr. et Helleniſtica. Nolimus ergo hinc exiſtimare, ſequentia eodem tempore accidiſſe, ac priora. Triennio poſt ea eueniſſe probabile eſt, cf. proleg. et tab. chronol. Γογγυσμος tacita indignatio, ſenſim tamen in querelas erumpens. Ἑλληνισται, i. e. Ιουδαιοι, ἑλληνιστι φθεγγομενοι, vt explicant Chryſoſt. Oecum. Theophyl. Indicantur hoc nomine illi Iudaei, qui non in Palaeſtina ipſa, ſed in aliis imperii Romani prouinciis, Graecia, Aſia, Macedonia, Aegypto etc. degebant, conformantes ſe ad vitam et inſtituta Graecorum, eorumque linguam loquentes, atque et in cultu ſacro non hebraico ſacri cod. textu, ſed verſione LXX vtentes. Opponuntur ergo, ſicuti omnino Ἑλληνες τοις Ιουδαιοις, ita Ἑλληνισται τοις Ἑβραιοις i. e. Ιουδαιοις ἑβραϊδι διαλεκτῳ φθεγγομενοις, in Palaeſtina degentibus. Hoc autem

κονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν. Προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν εἶπον· οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον 2

autem loco non Iudaeos ipsos extra Palaestinam degentes intelligi, sed christianos homines, qui ex eiusmodi Iudaeis Christi signa sequuti erant, idemque et de voce Ἑβραίοις valere, vix est quod moneamus: retinebantur enim in primordiis Christianismi eadem nomina, quae apud Iudaeos recepta fuerant. Ita fere consensu nunc explicatur nomen, licet non desint, qui Ἑλληνιστὰς Iudaeos fuisse velint, ex gentibus ad Iudaismum, iamque ex Iudaismo ad Christianismum conversos, proselytos graecos. Possumus tamen et vtrumque complecti: *Iudaei et proselyti extra Palaestinam nati.* Ita S. V. PAULUS in program. saepe laud. *de consilio, quo* etc. p. 12. Magnam autem horum Ἑλληνιστῶν Hierosolymis adfuisse multitudinem facile cogitari potest. Memorantur et c. 9, 29 non itidem 11, 20 vbi vid. Plura de Hellenistis huc non faciunt, sed seorsim sunt exponenda. Multa tamen de eis huc congessere intt. variasque opiniones recensuerunt Fabric. in luce euangel. p. 59 sq. Wolf. cur. ad h. l. Sebast. Schmidius etc. Διακονία quodlibet ministerium, in specie autem h. l. distributio eleemosynarum pecuniarumque ex aerario publico erogandarum, vid. Grot. ad h. l. Haec ex eis opibus, quas in communem vsum contulerant ditiores 4, 34, fiebat, et quidem quotidie, καθ' ἡμέραν, vnde διακονία καθημερινή. Sed increscente christianorum, fortasse maximam partem pauperiorum, et viduarum quoque numero (1 Tim. 5, 9. 16), accidit vt negligerentur (παρεθεωροῦντο) viduae Hellenistarum. Videntur ergo, sicuti Iudaei Palaestinenses ipsi in Iudaeos extra Palaest. viuentes, ita et christiani ex illis conuersi ius sibi quoddam et praestantiam arrogasse in eos, qui ex his Christum sequuti erant. Pariter et postea Christiani ex Iudaeis conversi quantopere se supra christ. ex gentibus collectos extulerint ex epist. ad Romanos et aliunde satis notum.

v. 2. Ἀρεστὸν vel *gratum, iucundum*, vel potius: *decens*,

2 λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις. Ἐπισκέψασθε οὖν, ἀδελφοί, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτά, πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας, οὓς κατα-

cens, *honestum*, vt Hebr. טוֹב pro ישר. Καταλειψαντας. Vox de milite adhibetur, qui ſtationem prodit ac deſerit. Τον λογον Θ. munus noſtrum tradendi λογον Θ. Τραπεζα poteſt eſſe menſa vel quatenus *cibi* in ea apponuntur, vel quatenus *res argentaria* in eadem tractatur, Luc. 19, 23; Ioſ. Antt. 12, 2, 3, vnde *menſarii*, *nummularii*. Vtrumque quadrat: ſi publicis ſumtibus communis victus dabatur pauperioribus, illud accipiendum erit; ſin non cibum ipſum, ſed argentum in pauperiores erogatum fuiſſe probabilius eſt, poſterius hoc valebit. — Caeterum veriſſima haec profitentur Apoſtoli, adſtipulabunturque iis indubie hodienum multi rel. chriſt. praecones, qui aliis ad quotidianum victum quaerendum curis diſtricti non aeque bene vacare valent euangelii praeconio.

v. 3. Επισκεψασθαι h. l. id. qu. εκλεγειν, *ſich darnach umſehen*. Μαρτυρουμενους, (infr. 10, 22; 16, 2 etc.) i. e. καλην μαρτυριαν εχοντας, 1 Tim. 3, 7, probitatis integritatisque laude inclytos; cf. ad Hebr. 11, 2. Ἑπτα ſolennis ap. Iud. numerus, vnde in cauſſa exquirenda non vlterius argutandum. Πληρ. πνευμ. αγ. diuinioris Chriſtianismi praeſtantiae ſenſu pleniſſimi, ſacroque pro eo quidlibet audendi enthuſiasmo quaſi flagrantes. Id πνευμα aderat in Apoſtolis, idem adeſſe debuit et in διακονοις, vt qui iisdem fere virtutibus ornati eſſe debebant, quibus excellebant doctores ipſi, vid. e. gr. 1 Tim. 3, 8 ſqq. Alii ad miraculorum edendorum poteſtatem ob v. 8 ſpectant, alii denique ſynonym. habent ſequ. σοφ. Σοφιας prudentiae ingeniique in iudicando, bona et vera a malis et falſis ſecernendo bene verſati. H. l. ſpectare videtur ad animum a partium ſtudio alienum, qui neutram partem, neque Helleniſtas, neque Hebraeos negligeret. Sunt et qui dexteritatem in re argentaria tractanda hic indicatam eſſe male putent. Χρεια munus, officium, cuius ſignif. exempla abunde congeſta

καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης· ἡμεῖς δὲ 4
τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρ-
τερήσομεν. Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς 5
τοῦ πλήθους, καὶ ἐξελέξαντο Στέφανον, ἄνδρα
πλήρη πίστεως καὶ πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιπ-
πον, καὶ Πρόχορον καὶ Νικάνορα, καὶ Τίμωνα καὶ
Παρμενᾶν, καὶ Νικόλαον, προσήλυτον, Ἀντιοχέα,
οὓς

gesta vid. ap. Wetst. et Kypk. Καθισταν. επ. χρεια 1 Macc. 6, 14; Ios. B. I. 2, 20, 3.

v. 4. Προσευχη meditatio diuinarum rerum. Cf. ad 1, 14 et Morus ad h. l. Διακονια λογου, "quae quidem conuenientior nobis est διακονια, quam διακ. τραπεζων." Neque tamen idcirco contemtui habentur hi diaconi: imo quanta auctoritate polluerint, ex 1 Tim. 3, 8 sq. satis elucet.

v. 5. Πληρη πιστ. και πν. αγ. supr. v. 3. "Aderant in hoc Stephano, ait auctor, eae virtutes, quas a bono diacono exigebant Apostoli v. 3. Φιλιππον, qui Cap. 8. inclaruit. Νικολαον, nomen satis vulgare, vnde non est, quod de hoc Nicolao sectam Nicolaitarum originem traxisse credamus, quam opinionem refutarunt iam patres, Clem. Alex., Theodoretus, Ignatius. Quod si ea, quae de Nicolaitis ad Apocal. 2, 6. 15 edisserit Perill. Eichhorn, bene reputaueris, per se collabentur omnes istiusmodi hypotheses. Caetera nomina ignota. Quia tamen Graeca sunt, abunde apparet, ex Hellenistis homines electos esse, vt qui maxime neglectos se esse conquesti essent. Et quum de Nicolao addatur, proselytum eum fuisse, credimus caeteros fuisse parentibus Iudaicis natos. Sed id nil vetat: siue enim nati Iudaei, siue proselyti fuerint, ad Hellenistas tamen pertinebant, dummodo extra Palaestinam nati Graecisque moribus, lingua etc. imbuti essent. — Proxime tamen fidem est, vt suspicatur Michaelis, praeter hos etiam alios ex Ἑβραιοις electos fuisse, ne alteri parti iniuria fieret, nominaque eorum reticuisse auctorem; minus probabile, quod aliis videtur, inter hos ipsos adsfuisse

6 οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν Ἀποστόλων, καὶ προσευ-
7 ξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Καὶ ὁ λό-
γος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς
τῶν μαθητῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ σφόδρα, πολύς τε
ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.

8 Στέφανος δέ, πλήρης ⁻ πίστεως καὶ δυνάμεως,
ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ.
⁻ χάριτος Ἀνέ-

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Pro πιστεως, quae eſt vulgaris lectio, habent χαριτος A B D, 15 alii ap. Wetſt. Griesb. et Birch. 2 ap. Matth. Verſſ. Syr. Arab. Copt. Armen. Vulg., probantt. Millio §. 819, et in text. recipiente S. V. Griesbachio. Alii interpretamenti loco addunt χαριτος θεου, alii χαριτος και πιστεως.

fuiſſe et Hebraeos, Hebraicis nominibus inſignitos, quae graece hic reddita ſint.

v. 6. Επεθηκαν τας χειρας. Solitus ritus ad ſolenniter inaugurandum div. muneri aliquem. Cf. plura ad Hebr. 6, 2 et *Eichhorn Ueber das Einſegnen der Apoſt.* in Biblioth. B. 3, St. 3, p. 408 ſq.

v. 7. Και verterim: "hac igitur laudabili inſtitutione, ex qua ſegregabantur διακονοι του λογου a διακονοις της τραπεζης, factum eſt, vt praedicando euangelio Apoſtoli incumbere poſſent acrius, vt ceſſarent querelae, pluresque ad coetum chriſt. confluerent. Ἱερεων h. l. de apparitoribus illis et miniſtris accipiendum, qui res templi curabant, ad c. 4, 1, quorum magnus numerus non iniuſte nominatur οχλος. Valer. Flacc. Argon. I, 101 *turba ducum*. Alii volunt: πολυς τε οχλος, και των ἱερεων ſc. τινες, Semlerus praefert lectionem Ἰουδαιων, parum idoneis tamen teſtibus firmatam, et haud dubie ad remouendas difficultates excogitatam. Πιστις, doctrina chriſt. ad quam potiſſimum deſiderabatur πιστις. Ei ὑπηκουον, ſe ſubmittebant, i. e. amplectebantur eam, ex oppoſ. παραιτειν, αρνεισθαι, 1 Tim. 5, 8.

v. 8. His praemiſſis hiſtoria Stephani, diaconi primo loco v. 5 memorati, iamque

Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς 9
λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρεναίων καὶ Ἀλεξανδρέων

que tum addito elogio πληρ. πνευμ. insigniti speciatim sequitur vsque ad c. 8, 2. — Στεφανος δε. Vert. "Et haec quidem ita se habuerunt. Verum enimuero ille Stephanus, homo ille, πληρ πιστ. et πν. ἁγ. quem supra memoraui, praeterquam quod officio suo bene fungebatur, etiam miraculis, eloquentia, clareque dictis et factis conspicuum se reddidit." Χαρις, quod pro πιστ. legendum, innuit gratiam, quam apud permultos inierat, vt 2, 47; falsoque de χαρισμασι cogitant nonnulli. Δυναμις non tam ad vim dicendi (v. 10; cf. 4, 33) retulerim, quam ad insignia facta, quae edidit, vt quae statim indicantur; τερ. κ. σημ. ita 10, 38.

v. 9. Sed ob id ipsum in inuidiam eorum incurrit, qui et ipsi doctos se et eloquentes profitebantur. Ex doctorum ergo scholis subselliisque prodeunt aduersarii, εκ συναγωγων. Indicat vox συναγωγη (קהלה) notissimos illos locos, in quo conuentus publicos celebrabant Iudaei, ad legendum explicandumque V. T. tradendamque legem Mos. ad excolendas litteras etc. Aderant eiusmodi scholae non quidem in omnibus vrbibus, vbi degebant Iudaei (c. 16, 13), at tamen in nobilioribus; in vrbe capitali autem circa 400—500 adfuisse dicuntur, ita vt homines huius illiusue nationis aut patriae etc. propria sibi schola vterentur et sua, vnde et קהלה ad *patriam* alicuius designandam adhibetur; vid. Vitring. Syn. Vet. T. I, p. 113 sqq. Non ergo placebunt aliorum sententiae, qui cum Grotio certas quasdam classes Synedrii (*Ausschuss, Committee*) aut sectas et quasi Academias philosophorum indicatas volunt, aut denique cum NACHTIGALLIO in EICHHORN. Bibl. B. 9, St. 3, p. 391 reliquias antiquiorum scholarum propheticarum (*Weisenversammlungen*) hic inueniunt. Copiosius de synagogis etc. agunt scriptores antiquitat. Hebr, e. gr. Vitringa de Synag. Vet., Selden. de Synedrio, Buxtorf. etc. — Iam afferuntur variae congregationes, e quibus contra Steph. insurrexerint aduersarii. Atque hic voces: εκ της συναγωγης (non tamen itidem et: της λεγο-

ξανδρέων καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζη-
τοῦντες

λεγομενης). Inter και et ſubſequens nomen gentis ſemper repetendae ſunt, neque audiendi, qui ſemel tantummodo accipientes τα: συναγωγης omnes illos, qui memorantur, vnam eandemque ſynagogam effeciſſe velint. Iam audiamus gentium nomina: Κυρηναιων συναγωγη, i. e. ex Iudaeis congregata, qui in prouincia Cyrenaica multis Iudaeis inhabitata (Ioſ. Ant. 14, 7, 2) nati erant, atque tunc temporis Hieroſolymis vel ſedem fixerant, vel peregrinandi cauſſa adfuerant. Pariter et ſequentia explicanda. Αλεξανδρεων. Ingenti Iudaeorum multitudine referta erat Alexandria et omnis Aegyptus, vt ex Ioſ. et Philone abunde conſtat, magnoque in honore habebantur Iudaei Alexandrini. Κιλικιας. Inter hos haud dubie Saulus erat, et ipſe Stephani aduerſarius, 6, 58; 7, 1: num tamen et ipſe contra Stephanum exercuerit dialecticen ſuam, ipſe quidem nusquam profitetur. Ασιας, minoris. Omnes ergo hi Stephani aduerſarii fuerunt Helleniſtae, quorum indubie et plures ſynagogae Hieroſolymis aderant, των Μακεδονικων, Κυπριων, Κρητων etc. hic tamen non memoratae. Iam inter tot gentium nominibus nuncupatas ſynagogas percellit nominatam etiam eſſe ſynagogam των Λιβερτινων. Vox eſt latina, *libertus* vel *libertinus*, indicabatque apud Romanos ſeruum manumiſſum, aut ex eiusdem familia oriundum. Magna autem aderat Romae Iudaeorum multitudo, Ioſ. Ant. 18, 12. Dio Caſſ. Lib. 36, p. 37, B. quorum maxima pars a Pompeio aliisque ducibus bello capta, et deinde libertate donata erat, Phil. legat. ad Cai. Tom. II, p. 568, edit. Mang. Cf. Tac. Annal. II, 85; Sueton. Tiber. c. 36. Hi ergo Iudaei, Romae degentes, indeue in patriam redeuntes vocabantur Latina Hebr. et Graec. lingua Λιβερτινοι, quia maxima pars libertini fuerat generis; ſed eam ipſam ob cauſſam omnibus Iudaeis Romanae originis libertinorum nomen adhaeſiſſe videtur. Synagogam autem ſicuti Iudaei e caeteris terris, ita et Iudaei Roma oriundi Hieroſolymis exſtruendam curauerant, quae proprie dici debuiſſet, συναγωγη Ρωμαιων. Sed ob id ipſum, quod, vt modo obſeruatum eſt, plurimi Iudaei Rom. erant

τοῦντες τῷ Στεφάνῳ· καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι 10
τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει. Τότε ὑπέ- 11
βαλον ἄνδρας λέγοντας· ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ
λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν καὶ τὸν
Θεόν· συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν, καὶ τοὺς πρεσ- 12
βυτέρους καὶ τοὺς γραμματεῖς, καὶ ἐπιστάντες
συνήρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον,
ἔστησάν

erant generis libertini (quod idem de Iudaeis in caeteris terris viuentibus non valuit), vocabatur illa synagoga Λιβερτινων συναγωγη (cui se adiungebant forsan proselyti ex aliis libertis), quod inusitatius dictum esse ipse auctor noster infert additis: της λεγομενης: *die Römer- oder sogenannte Libertinersynagoge.* Ita facillime expediri posse res videbitur. Sunt tamen, qui ad alia omnia confugiant, veluti legere suadent Λιβυστινων, vt et h. l. gentis nomen dicatur (ita Oecumen. Reland. Calov. Wetst. etc.), aut vertunt *Libertinorum* i. e. Iudaeorum ex Liberto regione vel vrbe ditionis Carthaginiensis oriundorum, aut cum Harduino praemissa hac nuncupatione omnes, quae sequuntur, synagogas indicatas volunt: *die Libertiner Synag. d. i. die Synag. der Cyrenäer* etc., aut de synagoga sermonem esse volunt, in proselytarum vsum a *Liberto* quodam, e. gr. Phaedro, Hygino etc. exstructa etc. Vid. pluribus, si placet, Wolf. in curis ad h. l. Cf. Vitring. de Synag. Vet. Lib. I, pars I, p. 254; Lightfoot hor. hebr. et talm. c. 36, p. 71.

v. 10. Omnes hi pariter erga Stephanum agebant, atque in Paullum Corinthi Athenisque agebant aduersarii: sed incassum exercuerunt dialecticen, siquidem longissime superabantur a Stephano. — Quod si sermones, quos iam ex Stephano audierant, similes erant illius, qui c. 7 habetur, σοφια illa aut de dialectice legisque et historiae Mos. peritia explicabitur, aut si sapientiam nominare malueris, ex istius aeui genio, non nostri, ea aestimanda erit.

v. 11. 12. Ὑποβαλλειν, clam subornare, subdere testes. Ita ὑποβλητος ap. Ios. Ant.

13 ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς, λέγοντας· ὁ ἄν-
θρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λα-
λῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου καὶ τοῦ νόμου.
14 Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· ὅτι Ἰησοῦς ὁ Να-
ζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ
ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.

Καὶ

Ant. 7, 8, 4; B. I. 5, 10, 4. Κατα Μωυσην. Capitale crimen id erat Iudaeis, apud quos in summo honore habebatur Moses. Επισταντες inopinato ad eum comprehendendum concurrentes, ad 4, 1.

v. 13. 14. Ανθρωπος ουτος per contemtum dictum est: ita et 21, 28. Τοπος ἁγιος sanctuarium templi indicat, quod, sicuti et νομον Mos., maledictis et βλασφημιᾳ lacessere in summo crimine ponebatur. Ιησους ὁ Ναζ. ουτος, et hoc contemtius dicitur. Καταλυσει etc. Siquidem Iesus de fatis tristissimis reipublicae Iudaicae, et templi Mosaicique cultus reformatione permulta dixerat, Luc. 19, 41 sqq.; Io. 2, 19; 4, 21 sqq. Haec ergo Iesum dixisse, haecque ex Iesu praedictione euentura esse, Stephanus fortasse innuerat, tum meliora rectioraque placita de vero cultu numinis nullis templis inclusi protulerat, vt c. 7, 48 sqq. Haec eius dicta auide arripiunt testes, quibus superstruant accusationes in eum prolatas. Vocantur autem hi testes ψευδεις, *falsi*, id quod difficultates mouere nonnullis visum est, variasque explicationes protulit. Aiunt quippe, eatenus fuisse eos testes falsos, quod 1) *vel* ea, quae alii forsan Christiani imprudentiores subinde dixerant, Stephano crimini dedissent. Ita Ven. Krause in commentatione in histor. atque orat. Stephani protomart. Gött. 1780, p. 9. 2) *vel*, quod auxissent omnia, pluraque protulissent et grauiora, quam Stephanus vere dixerat. Sane non dixisse putandus est Steph. καταλυσαι, quum Iesus ipse diserte dixerit contrarium Matth. 10, 34. 3) *vel*, quod perperam intellexissent aliisque interpretati essent ea, quae Stephanus dixerat, sensumque verbis eius subdidissent falsum et inuidiosum. 4) *vel* denique, quod malo consilio contra eum insurrexissent,

Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ καθεζόμενοι 15
ἐν τῷ συνεδρίῳ εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ
πρόσωπον ἀγγέλου. Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεύς· εἰ ἄρα Cap. VII, 1
ταῦτα οὕτως ἔχει; ὁ δὲ ἔφη·
"Ανδρες 2

ſent, non ad veritatem comprobandam, ſed ad perdendum Stephanum. Ita et Matth. 26, 59. 60; Marc. 15, 55. 56 ψευδεις μαρτυρες contra Iesum inſurgunt, qui profitentur ea, quae Ieſus dixerat quidem, ſed profitentur mala mente peſſimoque conſilio, non quod eorum tanti intererat, curare, vt verum rectumque conſtaret, ſed quod Ieſum, quem ſemper inuidia perſequuti erant, perdere geſtiebant. Erant ergo quidem teſtes, ſed teſtes ψευδεις, eo nomine indigni, quatenus longe aliis ex cauſſis teſtimonium protulerant. Cf. S. Ven. *Paulus* ad Matth. 26, 59 in Komm. üb. N. T. Th. 3, p. 662. Poſterius praefero.

v. 15. Προσ. αγγελου proverbialiter dictum, innuitque tam ſplendorem externum, dignitatem oris, ſapientiam, eloquentiam (ita Krauſe. l. c.), vel innocentiam, animumque ſedatum et tranquillum, Sohar. Exod. fol. 67, col. 266. "Quando homo videt iuſtos et pios, — — faciem Schechinae videt." Poſterius placet, ſed poteſt et vtrumque indicari. 2 Sam. 14, 17. 20; 19, 27; Geneſ. 33, 10; Eſth. 5, 2.

Cap. VII, 1 noli ſeiungere prioribus. Ει — εχει vel interrogatiue accipe; vel, ſi hoc ſenſu duplex particula interrogandi ει et αρα offendit, accipe pro: εχοι, ſenſu indir. *num res ita ſe haberet;* vel eſt protaſis, ει pro επει, "quandoquidem ita ſe res habent:" ſequi debebat apodoſis, quae tamen, quia Stephanus interpellat et apologiam infit, deeſt. Primum praefero.

v. 2 ſequitur oratio ipſa, lingua helleniſtica haud dubie enunciata, ſatisque memorabilis, quaeque mirum quantum exercuit intt. induſtriam. Quippe offendit, quod, quum ad cauſſam orandam roſtra aſcendiſſet Stephanus, nil fere afferre videtur, quod ad defendendum ſe, remouendasque aduerſariorum calumnias ſpectare poſſit: imo alia omnia exponit, atque fere nonniſi in percenſenda Iſraeliticae gentis

Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε. Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσο-

gentis historia versatur, quum tamen ab homine, qui ob σοφιαν και πνευμα, quo loquutus fuerit, c. 6, 10 laudatur, conuenientior apologia, et insignior eloquentia exspectari potuisset. Tum multum negotii facessit et illud, quod in historia hac persequenda varias res prorsus aliter enarrat, quam in libris gentis historicis euenisse perhibentur. Proinde multum et doctissime in hanc orationem commentati sunt intt. peculiaremque in eam libellum scripsit Ven. Krause supra laudatus. Nos quidem, quae de authentia orationis, de scopo ac fine, de via, qua ad metam tendere annisus fuerit orator, sicuti de ingenio et indole sermonis omnino dicenda potissimum videntur, in excursu seorsim elaborato paucissimis exponemus, difficultates autem et nodos narrationum historicarum in eodem excursu explicabimus, quem ad c. 5, 37 alleganimus. Hic praemonemus nonnulla de eis, quae oratione continentur. Caussam ergo dicturus, infit enumerare synedrio τα μεγαλεια Θεου, quibus beneficum se et potentissimum maioribus gentis praestiterit numen, Abraamo v. 2-7; Isaaco, Iacobo eiusque 12 filiis v. 8-16; eorum posteris in Aegypto v. 17-19; Mosi in primis omnique per eum ex Aegypto eductae genti v. 20-43. Tum de loco exponit, in quo benefico huic Iovae diuinum cultum adhibuerit natio v. 44-50. Vlterius indubie persequutus fuisset res gestas, sed subito audientis Synedrii tantas ambages pertaesi strepitu interpellatur, subitoque ex narratione sedata ac tranquilla in vehementissima conuicia conuertit sermonem, v. 51-53, quo facto vrbe eiectus Stephanus lapidibus obruitur. v. 54-fin. — Αδελφοι ad populum circumstantem, πατερες ad synedrii assessores ipsos conuersus ait. Iam ea, quae Abraamo benigna a Deo acciderint, enumeraturus, auspicatur ab eis, quae Genes. 11, 26; 12, 5 leguntur. Δοξη, de numine adhibitum, vt כבוד, innuit omne, quod reuerentiam ei habendam animis incutit, summa eius maiestas, praesentior vis, facta miraculosa (μεγαλεια); h. l. sequenti ωφθη quadrat, q. d. Abraamus

Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαῤῥάν,
καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ 3
τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι
δείξω. Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων κατῴκησεν 4
ἐν Χαῤῥάν. Καὶ ἐκεῖθεν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πα-
τέρα

mus dignus habitus est, cui praesentior appareret θεος, et quidem θεος της δοξης, splendore et maiestate insignis. Πατρι ἡμ. Hinc et ex v. 19, 38, 39 etc. πατερες ἡμ. concludunt, Steph. non fuisse proselytum, sed natum Iudaeum. Εν Μεσοποτ. Vre, Chaldaeorum, Gen. 11, 31. Ab Hebraeis etiam Chaldaea Mesopotamiae accensebatur. Χαρραν Vrbs et ipsa Mesopotamiae, ad Euphratem sita, Hebr. חרן, deinceps Καῤῥαι (Carrae) dicta, et ob cladem Crasso a Parthis inflictam satis celebris: Lucan. Pharsal. I, 64; Plutarch. in Crasso p. 184.

v. 3. Sunt haec fere ad verbum expressa ex Vers. LXX. Gen. 12, 1, omissis nonnullis, caeterum expeditissima.

v. 4. Εκ γης Χαλδαιων. Ex patria Vre Chaldaeorum, ex illa Mesopotamiae, patriae terrae (v. 2), parte, quae Chaldaea nominabatur, egressus, atque in terram Canaan, quo migrare iussus erat a Deo, tendens, primo quidem sedem fixit in alia illa Mesopotamiae parte, in qua sitae erant Carrae. Μετῳκισεν αυτον migrare eum, Abrahamum, iussit sc. Deus. Caeterae voces expeditissimae. At eo intricatior est res ipsa v. 2-4 narrata, duplicique difficultate premitur, si conferatur eis, quae in loco Genes. perhibentur. Quippe

1) Gen. 11, 31 sqq. narratur, tunc demum haec oracula a numine accepisse Abrahamum, quum a patre Thara Vre Chaldaeorum eductus Carras petiuerit, ibique sedem fixerit (κατῳκησε). At hic diserte affirmantur accidisse eadem πριν η κατοικησαι αυτον εν Χαρραν, *antequam* ibi degerit. Porro

2) maiorem difficultatem inferunt τα: μετα το αποθανειν τον πατερα αυτου, quibus affirmatur, post mortem patris Abrahamum, relictis Carris, petiisse terram Chananaeam. Atqui pater Abrahami, Thara, 70mo aetatis anno filium Abrahamum genuit (Gen. 11, 26). Abrahamus

τέρα αὐτοῦ μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν

mus ipse autem, qua tempestate relictis Carris in terram Chananaeam perrexit, 75 annos habuisse legitur Gen. 12, 4. Quod si ergo post patris demum mortem iter illud suscepisse h. l. a Stephano dicitur Abraamus, pater eius, Thara, si vel paucissimis ante iter diebus obiisse existimatur, ad summum tamen non nisi 145 annos aetate explere potuit. At vero Gen. 11, 32 affirmatur, Tharam 205 annos complesse, aut omni vita, aut sola Carris commoratione.

Variae admodum viae sunt, vt in excurs. exponemus, quibus incedendo enodatiora reddere haec conati sunt intt., sed satis asperae illae quidem et tortuosissimae, vnde fere nil aliud superest, quandoquidem pluribus eiusmodi laqueis inducitur omnis oratio, quam sumere, *aut* memoria lapsum esse oratorem, subitam nec longiore meditatione elaboratam orationem habentem, *aut* aliam in his enarrandis traditionem sequutum eum fuisse, quae, *antequam* Carras profectus erat, accidisse Abrahamo ea narrabat, quae Carris demum ei accidisse Genesis perhibet; quaeque post patris mortem demum in terram Chananaeam tendisse eundem affirmabat, quum ex Genesi, patrem eius post filii abitum diutius adhuc Carris commoratum fuisse computare liceat. Et quia similia identidem in hac oratione recurrunt, perspicuum inde fit, res in Pentateucho narratas ipsas quidem magni momenti semper habitas fuisse, veluti h. l. quod rei summa erat, *Deum apparuisse Abrahamo, Abrahamumque ad fidem numini adhibendam* (Hebr. 11, 8) *relicta patria in Canaan migrasse;* caeterum singulas rerum opportunitates et circumstantias parum curatas fuisse, neque tanti habitas, vt in eis enumerandis religiosius quaereretur, num et in singulis minutiis concinerent documentis classicis, in quibus scripta prostant. Ita cum narrationibus mythicis Graecorum Romanorumque rem comparatam fuisse, inter omnes constat. Pari enim modo se habere antiquissimam gentis Israeliticae historiam tum ex his orationis nostrae locis addiscimus, tum ex Ios. Ant. 1, 6, 5; Phil. de Migrat. Abrah. 11, 6; 12, 8 etc.

v. 5.

ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε· καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κλη- 5
ρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός, καὶ ἐπηγγεί-
λατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν καὶ τῷ
σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου.
Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεὸς· ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐ- 6
τοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ
καὶ

v. 5. Κληρονομια, possessio, i. e. h. l. sedes fixa, qua Abrahamus non gauisus est, vt qui ex Nomadum more ex alio loco in alium migrasse dicitur. Βημα ποδος, כף רגל, prouerbialiter dictum, Deut. 2, 5; Gen. 8, 9: ne tantillum quidem terrae, vbi pedem figere posset. Κατασχεσις id. qu. κατοικησις, sicuti et κατεχειν et κατοικειν apud LXX, Ioseph. etc. promiscue vsurpantur. Posterius και ante επηγγειλ. verte: *et tamen*, eritque idem quod: "etiamsi ei non dedisset κληρονομ., tamen promisit etc.", constructione simili illi, quae Hebr. 12, 4. 5 inuenitur. Porro ante ουκ οντος subaudi καιπερ, videbisque duplici ex ratione laudatam fidem Abrahami, επαγγελιαις diu. de futura terrae possessione praestitam, *tum* quod adhuc ne tantillum quidem in ea possidebat, *tum* quod nulla ei erat proles, quae post se terram possidere posset.

v. 6. Oraculum Iouae ipsum ex Gen. 15, 13. 14 memoriter laudatum adeoque a versione LXX paullulum diuersum. Αλλοτρια sc. Aegypto. Δουλωσ. και κακωσ. sc. incolae terrae illius peregrinae. Ετη τετρακοσια, *quadringentos annos*. Adest et hic diuersitas quaedam, quae difficultatem mouit, verum quum Stephanus eundem exprimat numerum, qui in Genes. 15, 13 legitur, non h. l. sed ad locum Genes. enucleanda. Quippe Exod. 12, 40. 41; Ioseph. Ant. II, 9, 1; II, 15, 2; B. I. V, 9, 4; Lactant. diu. Institut. IV, 10, 5 legimus 430 annos. Sed numero rotundo expressi sunt isti anni 400. Isti autem 400 seu potius 430 anni non spectant ad istud solum temporis interuallum, quo in Aegypto commorati fuerant Israelitae, id enim non nisi 215 ferme annos complexum esse dicitur, sed ad omne illud tempus inde a promissione Abrahamo data

7 καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. Καὶ τὸ ἔθνος, ᾧ
ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ, εἶπεν ὁ Θεός· καὶ μετὰ
ταῦτα ἐξελεύσονται, καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τό-
8 πῳ τούτῳ. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς·
καὶ οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ καὶ περιέτεμεν αὐτὸν τῇ
ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ, καὶ ὁ
9 Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα πατριάρχας. Καὶ οἱ πατριάρ-
χαι ζηλώσαντες τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον·
καὶ

vsque ad exitum ex Aegypto, Gal. 3, 17. Plura non tam huc, quam ad Geneſ. 15, 13; Exod. 12, 40 pertinentia vide apud *Koppium* in progr. paſchal. Gotting. 1777; *Michael.* Oriental. biblioth. Tom. [illegible], no. 192. Winkleri philologemata Lactantiana ſacra no. 80, p. 397 etc.

v. 7. Κρινω, *κατακρινω calamitatibus affligam.* Quaelibet calamitas inſignior aut ſingulis hominibus aut integris gentibus ingruens poena diuina habebatur. *Εν τω τοπω τουτω.* "In hac terra Canaan." Non leguntur haec in Geneſeos loco, ex quo oraculum expreſſit: ſed tamen ſimilia adſunt Exod. 3, 12. Laudant autem ſcriptores Iudaici, interdum duos locos ſimul, atque enunciant, ac ſi ex eodem fonte expreſſi eſſent, quae obſeruatio et mox verſui 16 lucem affundet.

v. 8. Διαθηκη non ſolum *foedus* innuit, ſed quaslibet *leges, inſtitutiones, Einrichtungen.* Sin notionem foederis retinere malueris, *διαθηκη περιτομης* erit foedus, cuius *ſignum* et quaſi *ſymbolum* ſit *περιτομη*, Geneſ. 17, 11. Οὕτως, *dem zu Folge*, non tam ad *εγεννησε*, quam ad *περιετεμε* referendum, *περιετεμε τον γεγεννημενον Ισαακ*, Geneſ. 21, 4. De re ipſa copioſius ad Gen. 17, 10 ſq. vbi de circumciſionis lege prima mentio iniicitur, agendum erit. Και ὁ Ισαακ – *πατριαρχας* pro: "et hic ritus deinceps et per poſteros obtinuit."

v. 9. Ζηλωσαντες odio et inuidia concitati. Ita 1 Cor. 13, 4. Siquidem quemlibet vehementiorem affectum deſignat *ζηλος*, h. l., vt et c. 13, 45, inuidiam. Και *ſed* Deus ſub peculiari tutela eum ſuſcipiebat (c. 10, 38; Io. 8, 29).

v. 10.

καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ 10
πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν
καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ, βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ
κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ὅλον
τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν 11
Αἰγύπτου καὶ Χαναὰν καὶ θλίψις μεγάλη, καὶ οὐχ
εὕρισκον χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν. Ἀκούσας δὲ 12
Ἰακὼβ ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξαπέστειλε τοὺς
πατέρας ἡμῶν πρῶτον· καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ἀνεγνω- 13
ρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ φανερὸν ἐγένετο
τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσήφ. Ἀποστείλας δὲ Ἰω- 14
σὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακὼβ καὶ
πᾶσαν τὴν συγγένειαν, ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε.

Κατέβη

v. 10. Σοφιαν ſc. in interpretandis ſomniis, χαριν και σοφ. poteſt per hendiadyn expreſſum accipi, *fauorem ob ſapientiam.* Reſpicit ad Geneſ. 41, 39.

v. 11. Χορτασματα, alias de pecudum pabulo dicta, h. l. ad ea transferuntur, quae ad hominum victum ſpectant, vnde homines poſſint χορταζεσθαι, Matth. 14, 20 etc.

v. 13. Εν δευτερῳ ſc. χρονῳ, i. e. εν δευτερᾳ πορειᾳ Geneſ. 43.

v. 14. Ἑβδομηκοντα πεντε. Geneſ. 46, 27; Exod. 1, 5; Deut. 10, 22. In Hebraico textu tamen non niſi 70 nominantur, ſicuti et in Ioſ. Ant. 2, 7, 3; Philo de migrat. Abrah. p. 419, B; verum in verſione LXX, quam ſequitur Stephanus, Helleniſta, 75. De hac numeri diuerſitate ergo non tam ad h. l. quam ad verſ. LXX agendum eſt. In ea autem concilianda mirum quantum ſe torſerunt intt. Aut ergo aliam traditionem ſequutos eſſe τους LXX aiunt, aut 5 filios Manaſſis, aut 3 Iacobi vxores cum filiis Ger et Onan numero eo ſimul comprehenſos eſſe, aut numerum CΞ in OE eſſe mutatum, aut illud πεντε ex nota marginali a ſeriore manu, quae genealogiam

 Iacobi

15 Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐτελεύτησεν αὐ-
16 τὸς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ μετετέθησαν εἰς Συ-
χὲμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ᾧ ὠνήσατο
Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ
Συχέμ.

Iacobi vlterius perſequi ſtudebat, addita in textum irrepſiſſe, aut denique pro παντε legendum eſſe παντας ſeu παντως. Cf. Krebſ. ad h. l., Bernardus ad Ioſeph. Ant. 2, 7, 3; Michaelis ad Geneſ. 46, 27 et coniecturae apud Bowyerum ad h. l. collectae. Haec h. l ſufficiant in re, ad interpetationem των LXX diligentius excutienda.

v. 16. Και μετετεθησαν oſſa eorum ad ſepulturam transferebantur. Συχ. prius eſt nomen vrbis, Gen. 34, poſtea ſatis celebris. Συχεμ poſterius nomen hominis, filii Hemoris, ibid. Εμμωρ του Συχεμ ſuppl. non υιου ſed πατρος Gen. 33, 19. Ita et Luc. 24, 10 coll. Marc. 15, 40. Magno ſtudio cauebant Iſraelitarum patriarchae, ne peregrinis nationibus commiſcerentur. Proinde aſpernabantur tum promiſcua connubia (Gen. 34), tum ſepulturas inter gentes profanas. Abrahamus ergo ſibi poſteriſque ſuis ſepulchrum Hebrone e regione Mambrae in terra Hettaeorum argento comparauit ab Ephrone quodam, Geneſ. 23, vbi et ipſe ſepultus eſt Gen. 25, 9, et probabiliter Iſaac quoque ibidem compoſitus Gen. 35, 27 - 29; Ioſ. Ant. 1, 22. — Alio tempore, et conſilio prorſus diuerſo, Iacob quoque agrum quendam ſibi comparauit ab Hemore quodam, patre Sichemi, non tamen vt eo ſepulchro vteretur, ſed id tanquam praedium coleret, Gen. 33, fin. Moriens ergo in Aegypto Iacob obteſtatur Ioſephum filium, vt non in Aegypto, ſed μετα των πατερων, εν τῳ ταφῳ αυτων, (Gen. 47, 29. 30) i. e. Hebrone, vbi Abrahamus et Iſaac etc. ſepulti erant, ſepulturam curaret: cui et obtemperauit Ioſeph, Gen. 50, 13. Sepultus ergo eſt Iacobus in μνημειῳ, quod Abrahamus emit ab Hebrone Hettaeo.

At vero Stephanus quum profiteatur, Iacobum eiusque filios (οἱ πατερες ἡμων) ſepultos eſſe in alio agro, quem Gen. 33 ſibi comparauit Iacob, triplex hinc oritur difficultas: 1) non Abrahamus eum agrum emit,

vt

Συχέμ. Καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας, 17
ἧς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ, ηὔξησεν ὁ λαὸς καὶ
ἐπλη-

vt h. l. emisse dicitur, sed Iacobus Gen. 33, 19: illam enim diuersitatem, vt minoris momenti, non tangimus; quod h. l. a filiis Hemoris, in Gen. autem ab Hemore ipso agrum emisse dicitur. 2) Iacobus non hoc in agro, quem longe alium in vsum sibi comparauerat, sepultus est, sed in monumento maiorum Gen. 50, 13. 3) Ignoramus, num et Iacobi filii in Aegypto ipsa sepultura affecti, an ossa eorum omnium (de Iosepho affirmat Gen. 50, 25; Ios. Ant. 2, 8) in patriam relata sint, quod tamen et ipsum tradit vulgaris inter Iudaeos relatio, vid. Lightfoot Tom. I, p. 782; Tom. II, p. 668. Quae quidem diuersitates dici vix potest quantum torserint intt. quorum potissima conciliandorum locorum conamina in excurs. explicabimus. Non tamen in voce Αβρααμ quaerenda est potissima difficultas, sicuti quaesiuerunt intt. sed in voce Συχεμ, pro quo Hebron, (Gen. 23) et in: υἱῶν Εμμορ, pro quo Ephron (ibid.) dicendum fuerat. Sed quum omnia, quibus expedire se ex his laqueis conati sunt, impeditiorem rem reddant et contortiorem, nil restat, quam assumere, aut Stephanum ipsum, aut traditionem, quam in his enarrandis sequutus est, confudisse locum Genes. 23, vbi Abrahamus sibi sepulchrum ab Ephrone, cum Genes. 33, vbi Iacob sibi praedium ab Hemmore emerat, (Cf. ad v. 7 fin.). Quae confusio quam facile accidere potuerit, tum ob remotiora antiquitatis tempora, tum, quod vtrobique de emtione agri sermo est, tum denique, quod nomina Ephron, Hebron, Hemmor, sono parum differunt, lubenter largiemur Conferamus tamen ea, quae ad v. 4, fin. scripsimus, apparebitque, traditionem hanc, quamuis diversam et confusam, tenaciter tamen retinuisse illam rei summam, *Iacobum etc. non in terra extera, sed apud patres sepultura affectum fuisse.*

v. 17. Επαγγελιας, i. e. της πληρωσεως της επ., εν ᾧ εδει πληρωθηναι τα επηγγελμενα. Innuit autem tum ea oracula omnia, quibus Deus identidem Abrahamo in Gen. promiserat, semen et posteros eius in immen-

 sum

18 ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ, ἄχρις οὗ ἀνέστη βασι-
19 λεὺς ἕτερος, ὃς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ. Οὗτος κατασο-
φισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν,
τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωο-
20 γονεῖσθαι. Ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν
ἀστεῖος τῷ Θεῷ· ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ
τοῦ

ſum multiplicatum iri, tum maxime ea, quae v. 7 poenam et vindictam annunciant oppreſſoribus, Gen. 15, 14. "Quum illud tempus επηγγελμενον aduenisset, increuit populi numerus."

v. 18. Ἑτερος, ex alia familia; Ioſ. Ant. 2, 9, 1. Ουκ ηδει *agnoſcere noluit merita Ioſephi de interceſſoribus ſuis.* Ita Hebr. לא ידע. Cf. Exod. 1, 8.

v. 19. ΚατασοΦισαμενος. Vox ex LXX Exod. 1, 10 expreſſa, Hebr. נתחכמה, innuit *inducere et decipere aliquem* σοΦισμασι, *et fraude omnino*, Suidas: τεχνῃ και μηΦανῃ τινα κακουν, (Iudith 5, 9). verum non ad ſubdolam aſtutiam ſolum, ſed et ad aperta damna alicui illata indicanda h. l. adhibetur, fere vt lat. aiunt: *hoc tibi fraudi erit.* Του ποιειν εκθετα ſc. ἑνεκα, *quod attinet ad* Cf. de genetiuo ad 3, 12. "Vt exponere prolem cogerentur parentes, ne ſcil. a Pharaonis miniſtris interimerentur." Leg. Exod. 1, 15-22; 2, 1-4. Ζωογονεισθαι non ſolum viuum partum edere, ſed etiam viuum eundem ſeruare indicat: expreſſ. ex Exod. 1, 17; 22. Cf. Luc. 17, 33. Εις το effectum indicat, "vnde (ſcil. quia, ne in carnificum manus inciderent infantes, exponebant liberos) accidit, eosdem viuos conſeruari non potuiſſe."

v. 20. Αστειος ad Hebr. 11, 23, *venuſtus.* Τῳ Θεῳ ſuperlatiuum ex Hebr. more indicat, לאלהים ſeu לפני יהוה Geneſ. 10, 9. Alii ad locutionem Homericam θεοειδης, θεοεικελος, εναλιγκιος αθανατοισιν reſpiciunt: aliique cum Hammondo τῃ θεᾳ, aſpectu, legendum ſuadent. Ioſephus et Philo de venuſta Moſis forma paſſim loquuntur. ΑνατρεΦειν de omni educatione et inſtitutione quoque (παιδευσει, v. 22; c. 22, 3) adhibetur: potiſſimum tamen

τοῦ πατρός. Ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο αὐτὸν ἡ 21
θυγάτηρ Φαραὼ, καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν.
Καὶ ἐπαιδεύθη Μωυσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ 22
δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις. Ὡς δὲ ἐπληροῦτο 23
αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος, ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρ-
διαν

tamen id de alendis nutriendisque infantibus expositis dici, multis exemplis ad h. l. comprobat Wetst.

v. 21. *Ἀνειλετο suscepit eum.* Et hanc vocem proprie vsurpari de naufragis domum receptis, vid. Raphel. ex Xenoph. ad h. l.

v. 22. Πασ. σοφ. Αιγυπτ. i. e. Astrologia, oneirocritice, diuinatione, arte medica, physica, mathematica, hieroglyphica etc. Ioseph. Ant. 2, 13, 3; Phil. vit. Mos. I, p. 666. Iustin. 36, 2. Plur. ap. Wetst. quibus adde Cic. diuinat. I, 1. Δυν. εν λογ κ. εργ. Ob res praeclare gestas satis dignus erat Moses laude: δυνατος εργοις; neque est, quod cum Clerico ad Hammond. traditionem a Stephano expressam credamus, quae Mosen Aegyptiorum contra Aethiopas ducem fuisse statuebat. Sed δυν. λογοις (id. qu. δεινος λεγειν, *eloquens*) non bene dici posse existimabitur, quia Exod. 4, 10; 6, 12. 30 contraria de se profitetur ipse. Ea ergo conciliaturi λογους h. l. intelligunt de eius cogitationibus, cognitionibus (ita nuperr. Bolten), libris scriptis, orationis simplicitate elegantia et grauitate conspicuis (vt Krause). Mihi quidem res non adeo vrgenda videtur, sed ex consuetudine solita Mosen laudauit Stephanus, ex qua vniuersali elogio aliquem ornaturus quis eum δυνατον λογοις και εργοις Luc. 24, 19, (ανδρα δεινον λεγειν τε και πραττειν Xenoph. Mem. Socr.) nominat. Sic et Homerici heroes praedicantur ob sermonis praestantiam et egregia opera, quae semper simul nominantur. Quod si tamen ad viuum resecare rem malueris, *antea* quidem timidum Mosen fuisse et balbutientem dixeris: *postea* vero quam animum inspirasset Ioua, eloquentissimum, fere vt discipuli Iesu, Matth. 10, 19. 20 etc. Cf. Ios. Ant. 2, 12, 2; 3, 1, 4.

v. 23 sq. vid. Exod. 2, 11-15 narratam rem, cui alia quaedam addit, alia omittit Stephanus. Τεσσαρακονταετης.

δίαν αὐτοῦ, ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοὺς
24 υἱοὺς Ἰσραήλ. Καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο·
καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, πατάξας
25 τὸν Αἰγύπτιον. Ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς
αὐτοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς αὐτοῦ δίδωσιν αὐτοῖς
26 σωτηρίαν· οἱ δὲ οὐ συνῆκαν. Τῇ τε ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ
ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις, καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς
εἰρήνην, εἰπών· ἄνδρες, ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς, ἵνα τί
27 ἀδικεῖτε ἀλλήλους; ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον ἀπώ-
σατο αὐτὸν, εἰπών· τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ
δικά-

της. Exod. 2, 11 non nisi habetur ויגדל aetate prouectior factus est. Annorum numerus ipse autem ex traditione est definitus, ex *Midrasch Rabb. Bereschit.* Ανεβη εις καρδ. sc. διαλογισμος, προαιρεσις, Hebr. עלה על לב. Επισκεπτομαι inuiso aliquem ea mente, vt statum eius cognoscam opemque ei feram: adhibetur de numine Luc. 1, 68; 7, 16, et hominibus, vt h. l. Iacob 1, 27.

v. 24. Ημυνατο i. e. opem tulit vim illatam propulsando, Hesych. εκδικησαι, βοηθησαι. Καταπονουμενῳ, *oppresso, vexato.* 2 Petr. 2, 7, ibique S. V. Pott. Παταξας ad mortem vsque, veluti pugione etc. Nullum crimen in statu illo naturali, quare et

v. 25 laudatur Moses a Stephano ob hoc factum: Stephani ergo de isto facto iudicium hoc v. continetur: in Exodo nil tale legitur. Ενομιζε ea de caussa ita egit, quia suspicabatur, hinc concludere posse Israelitas, se caeteris Israelitis superiorem, praesentiore numinis auxilio gaudere, et maius quid deinceps in gentis auxilium esse ausurum.

v. 26. Exemplo probatur, non comprehensam rem a multitudine. Res narratur Exod. 2, 13. Ωφθη ex improuiso adstitit. id. qu. επεστη c. 4, 1. Μαχεσθαι *rixari.* Ita Iac. 4, 1 vbi vid. Pott; Ex. 21, 22; Leuit. 24, 10; Deut. 25, 11. Συνελαυνειν, *compellere*, alias de instigatione ad bellum, discordiam (vt saepe ap. Plutarch.), h. l. insitatius de reconciliatione ad pacem adhibetur 2 Macc. 4, 26. 42.

v. 28.

δικαστὴν ἐφ᾽ ἡμᾶς; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν 28
τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; ἔφυγε δὲ Μωσῆς 29
ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἐγένετο πάροικος ἐν γῇ Μα-
διάμ, οὗ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο. Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν 30
τεσσαράκοντα ὤφθη αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους
Σινᾶ ἄγγελος Κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου. Ὁ δὲ 31
Μωσῆς ἰδὼν ἐθαύμασε τὸ ὅραμα· προσερχομένου δὲ
αὐτοῦ κατανοῆσαι ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτόν·
ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ 32
ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ἔντρομος δὲ γενό-
μενος Μωυσῆς οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι. Εἶπε δὲ αὐ- 33
τῷ ὁ Κύριος· λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ

γὰρ

v. 28. 29. Χθες ex LXX Ex. 2, 14. expressum: in Hebr. desideratur Εν τῳ λογῳ pro δια τον λ. propter "*wie er das hörte*" Exod. 2, 14. Cf. Marc. 10, 22. Μαδιαμ. Terra Midianitarum sita versus austrum Palaestinae, ob mercaturam, quam cum Aegypto exercebat, celebris. Gen. 37, 28. De re vid. Exod. 2, 15-fin.

v. 30. Cf. Exod. 3, 1 - 9. Τεσσαρ. ετ. De hoc nil in Exodo. Σινα erat longissimus montium tractus, cuius pars quaedam Horeb vocabatur. Nil ergo, quod sibi repugnet, si h. l. Sinai, in Exodo Horebi mentio fit. Βατος· *rubus*, seu quilibet frutex, πυρ βατου, *rubus ignitus*, Φλοξ πυρος βατου ad augendam notionem *rubus ignitus et flammeus*. Alii genetiuum βατου indicare volunt *flammas in rubo conspectas*. Glass. Gr. sacr. I, Can. 30, p. 108. Apparuit ipsi Θεος (seu αγγελος θεου, vtrumque enim in libr. Mosis promiscue vsurpatur) sub specie et symbolo arbusti flammantis et ardentis, ita tamen, vt nihil eius ambureret. Sed ea ad int. loci Exodi afferenda. Cf. Kraus. ad h. l. et Morus.

v. 31. Το ὅρ. iung. vel c. ιδων vel c. εθαυμ. Κατανοησαι *contra intueri, accuratius contemplari.*

v. 32. 33. Transposito ordine haec in Exodo leguntur et ab Stephano memoriter citantur. Θεος numen tutelare. Εντρομος, - κατανοησαι

34 γὰρ τόπος, ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν. Ἰδὼν εἶ-
δον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ,
καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα, καὶ κατέβην
ἐξελέσθαι αὐτούς· καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς
35 Αἴγυπτον. — Τοῦτον τὸν Μωυσῆν, ὃν ἠρνήσαντο
εἰπόντες· τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν;
τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστει-
λεν ἐν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ
βάτῳ.

νόησαι (Hebr. 12, 21) ex constanti opinione, adſpectum numinis graue periculum afferre ei, qui conſpexerat illud, Deut. 5, 25; 18, 16; Iud. 6, 23; Homer. Il. Υ, 131. Λῦσον - γῆ ἁγ. ἐστι. In locis ſacris diſcalceatum ſtare erat, vt etiamnum eſt apud Turcas, ſignum reuerentiae, ne vel puluiſculus profanus locum ſanctum pollueret, Ioſ. 5, 15. Schemoth Rabba II, fol. 957 in Ex. 3, 5. "Quocunque loco manifeſtatur diu. maieſtas, prohibita eſt calceatio ſandaliorum." Braun. de Veſtit. Sac. Hebr. L. I, c. 3, §. 40. 50. Idem de cultu Dianae apud Cretenſes tradit Solin. polyh. c. 16, 334.

v. 34. Κατεβην ex notiſſimo populis antiquioribus anthropomorphiſmo, ex quo numen eo tendere debet, vbi praeſentius auxilium praeſtare ſuſcepit, Il. Θ, 47 etc. Hactenus phaenomenon, de cuius natura et fine non ad h. l. ſed ad Exod. ipſum differendum eſt.

v. 35 ſqq. eo tendunt, vt ingratus animus Iſraeliticae gentis taxetur, quem adhibuiſſet Moſi, cui tamen familiariſſima cum Ioua interceſſerit conſuetudo, quique tam praeclare de omni natione promeruerit. Neque obſcure eo ipſo Iudaeos ſui temporis taxat, quod aeque ingratos et iniuſtos ſe praeſtiterint erga Ieſum. *Hört es, dieſen Moſes, welchen* etc. Ηρνησαντο eodem ſenſu, quo ſupra 3, 13. Λυτρωτην, q. d. non δικαστην ſolum, ſed et maius quid, λυτρωτην, גאל ducem per deſertum, in quo itinere praeiiſſe eundem angelum, qui Moſi in rubo appatuerat, conſtanti Iudaeorum opinione credebatur, vnde addit ἐν χειρι αγγ. i. e. *per* (ביד) *angelum*

βάτῳ. Οὗτος ἐξήγαγεν αὐτοὺς, ποιήσας τέρατα 36
καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θα-
λάσσῃ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα. Οὗ- 37
τός ἐστιν ὁ Μωυσῆς ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ·
προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν
ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Οὗτός 38
ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ
μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει
Σινᾶ καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐδέξατο λόγια
ζῶντα

angelum, *ope angeli*, quae voces arctissime nectendae τοις: αρχοντα και λυτρωτην.

v. 36. Latius hinc in laudes Mosis excurrit sublimius iam incedens oratio, ad castigandam Israelitarum impudentiam, q. d. considerate, quam grauiter peccauerint eo quod ηρνησαντο eum, qui εξηγαγεν etc. (v. 36), qui de futuro Messia vaticinatus est (v. 37), qui ην μετα τ. αγγ. (v. 38). *Hört diese himmelschreyende Ungerechtigkeit* etc. Τερατα και σημ. Quae Iesus inter nos effecit, eadem Moses in Aegypto perpetrauit. Τεσσαρακ. ετη. Tertia vitae Mosis periodus, quarum singula 40 annos complectitur (cf. v. 23 et 30): de tertia et in libris Mos. legitur, de superioribus duabus traditio edocuit. Cf. Wetst. ad h. l.

v. 37. Accedit, quod hic idem Moses contemtus a populo, nostra haec Messiana tempora mente praeuidit. De vaticinio ipso Deut. 18, 15. 18 vid. supr. ad 3, 22.

v. 38. Εκκλησια a quibusdam, veluti Grotio, omnem populum indicare creditur qui קהל, עדה dicebatur, sensu: "in omni isto itinere difficili dux ille et comes fuit Israelitis, et quidem μετα του αγγελου, praeeunte angelo" (ad v. 35). Sed ob articul. τη certa quaedam concio populi potius intelligenda erit, illam puta, quae in promulganda lege ad montem Sinaiticum congregata fuit. "In solemni hoc coetu Moses erat μετα του αγγελου (i. e. cum Deo, legem promulgante, ad v. 30) *familiarissime cum Deo conuersatus est*;" ea enim est

39 ζῶντα, δοῦναι ἡμῖν. Ὧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι
γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἀπώσαντο, καὶ
ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον,
40 εἰπόντες τῷ Ἀαρών· ποίησον ἡμῖν Θεοὺς οἳ προπο-
ρεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ Μωυσῆς οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν
ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου — οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν
41 αὐτῷ. Καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεί-
ναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, καὶ εὐφραί-
νοντο

est summa, quam exprimere vult Steph. Eo autem haec tendunt: "internuntius et μεσίτης fuit inter legislatorem et homines." Λογια propr. de oraculis diu. vid. Kopp. ad Rom. 3, 2 et Pott. ad 1 Petr. 4, 11. Ζωντα i. e. valida, efficacia, potentia, ad Hebr. 4, 13. Schol. Sophocl. ad Oed. Tyr. v. 489 μαντεια ζωντα scribit: ισχυοντα τῃ αληθεια. Alii: "saluberrima, veracissima, viua Dei voce prolata."

v. 39. Ὧ, subaudi ὁμως, cui, quamquam euidentissima diuinae legationis signa dedisset, nihilosecius tamen obedientiam abnegarunt. Εστραφησαν καρδιαις, desiderio ardentissimo tenebantur, redire ad mores, idololatriam, luxuriem Aegyptiorum.

v. 40. Ειποντ. τ. Ααρ Ex. 32, 1. Προπορευσ. Moris erat apud populos antiquiores, vt suscipientes iter, aut bellum aggressi Deorum tutelarium simulacra ante se ferrent, quo praesentius, si fors ita ferret, auxilium illi praestare possent. Οὗτος per contemtum dictum, vt c. 6, 14. Ηγαγεν ἡμας. Huius Mosis quasi numine duce et auspice egressos se ex Aegypto fatebantur: at quum post ascensum in montem inter tonitrua et fulgura periisse eum crederent, aliorum numinum auspicia circumspiciebant. Iam excidit constructione oratio, quod vel interstinctione, quam nos expressimus, indicabitur, aut exponi potest ex Hebraismo saepissime obuio, veluti Apocal. 2, 26.

v. 41. Εμοσχοποιησαν, vox a Luca efficta, ad imitationem των LXX, qui saepissime similia verba cudunt. Caete-

νοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἔστρε- 42.
ψε δὲ ὁ Θεὸς καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν
τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καθὼς γέγραπται ἐν
βίβλῳ τῶν προφητῶν· μὴ σφάγια καὶ θυσίας
προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ
ἐρήμῳ,

Caeterum hunc vitulum expressisse Apim Aegyptiorum, qui Solis imaginem repraesentabat, non tam h. l. quam ad Exod. copiosius disputandum. Vult autem exprimere Stephanus nonnisi hanc sententiam: *a Iovae cultu ad idola conuersi sunt. Quid quod* v. 42. *ex vno idololatriae genere in aliud delapsi, non animalia solum, sed et astra, Solem* etc. *diuino cultu prosequuti sunt.* Posteriorem tamen hanc sententiam non nude, vt priorem v. 41, profert Stephanus, sed dupliciter exornat. 1) dicendo: *Deum* animos eorum ad hanc idololatriam se prosternere permisisse, 2) non ad loca ex *historicis* libris respiciendo, in quibus ad talem astrorum (Molochi, Solis) cultum deflexisse leguntur, Israelitae, vt 1 Reg. 11, 5. 7; 2 Paral. 33, 5 etc. sed propheticum locum ex Amoso 5, 25 allegando, in quibus Israelitis istam idololatriam exprobrat, poenasque minatur Ioua. Nolimus autem obuertere, vitulum illum, v. 41, et ipsum Solem retulisse, vnde non ad *aliud* idololatriae genus deflexisse dici possint Israelitae. At *aliter* tamen, *aliis ritibus, imaginibus* etc. postea venerari eadem astra potuerunt, et venerati esse h. l. dicuntur. Εστρεψε iunge, sicuti et παρεδωκεν, arctissime τῳ: αυτους, *conuertit animos eorum ab vna idololatria ad aliam, atque ad cultum sideribus praestandum pronos reddidit.* Est sententia in N. T. satis frequens, qua Deo moderante ea accidisse dicuntur, quibus homines ipsi male et peruerse agunt, Deusque illis malis eos quasi *tradidisse* perhibetur; Rom. I, 28 persimilia. Alii tamen το: εστρεψεν aliter explicant, vel supplentes ἑαυτον, *mutauit mentem in populum suum, antea quidem quidem beneuolam, iam autem indignabundam*, vel, vt Grotius, Krausius l. c. etc., sumentes pro απεστρεψεν sc. οφθαλμους, *auersatus eos est*

 (auersa

43 ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; καὶ ἀνελάβετε τὴν σκη-

νὴν

(auersa Deae mens: Virgil.), vel εστρεψε και παρεδωκε, vt Morus, ex Hebraismo explicantes: *rursus tradidit*, vt veluti Ios. 24, 20 וישב ויאמר, *rediit et dixit* pro: *rursus dixit*. Sed prius illud mihi propius fidem accedere videtur. Στρατια ουρανου. צבא השמים, nomen, quo sublimiore oratione saepissime nuncupari solebant astra, ob immensam multidinem, ordinemque, quo mouentur, 2 Paral. 33, 5; Ierem. 33, 22 etc. Suidas στρατια ουρανου, τον ἥλιον και την σεληνην και τους αστερας λεγει. Sic et Philo, e. gr. de opif. mundi p. 27, 38. οἱ γε μην πλανητες, ἡ γ' αντιρροπος στρατια της των απλανων. Εν βιβλῳ προφητων, sc. 12 minorum, quos vno volumine comprehendere solebant, Sir. 49, 10 coll. c. versibus prioribus. Locus, quem laudat, prostat Amos 5, 25. Μη est interrogandi particula, maxime si expostulamus cum aliquo. Rom. 9, 20; Aelian. V. H. 12, 22. Σφαγια προφερειν *victimas offerre* phrasis solita. Thucyd. 5, 69: Μαντεις σφαγια προυφεροντο νομιζομενα. Μοι emphatice *mihi soli*, fere vt 1 Cor. 9, 9 βοων: pro: *bouium tantummodo*. *War ich es allein, den ihr während der ganzen Periode eures Zuges durch die Wüste als euren Schutzgott anerkanntet und ausschliesslich verehrtet?*

v. 43. *Minime vero mihi soli sacra fecistis. Imo ad astrorum quoque cultum deflexistis, eorumque simulachra adorastis.* Και *imo, e contrario.* Μολοχ, notissimum numen Ammonitarum, Leuit. 20, 2-4; 1 Reg. 11, 7; 2 Reg. 23, 10; Ierem. 32, 35. Nomen indicat *regem*, vt Hebr. מלך, quare et a LXX appellatiue vertitur βασιλευς. Solem autem apud Ammonitas hoc numine repraesentatum esse, auctor est Theophylact. ad nostrum locum, iamque satis vsitatum est dicere: *die Sonne, die Himmelskönigin.* Huius idoli Σκηνην ανελαβετε. Σκηνη est templum portatile, quale et Act. 19, 24 memoratur, et apud Graecos vulgo ναΐσκος audit. In eiusmodi sacellis ponebantur effigies et simulachra numinum, quibus consecrata erant ipsa, atque cum eis in pompa solenni circumferebantur vid. Wessel. ad Diodor. 20, 65; Seruius ad Virg. Aen. 6, 68.

την του Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν,

68. Est ergo σκηνην αναλαμβανειν h. l. *manu suscipere et gestare eiusmodi* sacellum, idque dictum pro simpliciore: *diuinum cultum ei idolo adhibere.* Sensus ergo: *insuper etiam diuino honore prosequuti estis Solem.* Eodem redit sensus, si cum Krausio σκηνην per *tugurium, tentorium* vertas: "non solum illud tabernaculum, in quo *mihi* sacra fiunt (v. 44), *vobiscum duxistis,* verum et aliud, in quo *Molocho* cultum adhibuistis." Esset ergo αναλαμβανειν non: *in pompa circumferre*, sed: *secum in itinere ducere.* Ρεμφαν, seu quocunque tandem modo scribendum est, est nomen Aegyptiacum seu Copticum *stellae Saturni,* qui sub imagine stellae colebatur. Alii nomen corruptum esse volunt ex Hebr. כיון quod in loco Amosi legitur, pro quo LXX legisse ריון, Boltenius credit. At Grotius ex רמון, 2 Reg. 5, 18, quod LXX vertunt Ρεμμαν, enatam vocem esse existimat. Cf. praeter script. in Schleusn. Lex. laudatos etiam SCHROEDERI *dissertat. de stella Remphan et tabernaculo Molochi* Marb. 1741; GATTERER *de theogonia Aegypt.* in commentat. societ. Götting. 1784 et 1785. Αστρον h. l. *imago stellae; stella ex auro argentoue fabrefacta;* αστρον θεου υμ. *simulachrum stellae, quod indicat numen vestrum, Saturnum,* seu: *numen vestrum imagine stellae expressum.* Hoc et ipsum ανελαβετε in pompa portastis etc. (seu ex Krausii mente: in castris vobiscum habuistis): neque enim semper ναϊσκοι, σκηναι, in quibus simulachra numinum inerant, sed et simulachra Deorum ipsa circumferebantur (ad v. 40). Sensus: *diuino honore prosequuti estis Saturnum, tanquam numen patrium, vobis proprium* (υμων). Τους τυπους etc. per appositionem iungenda prioribus et ad ανελαβετε (diuino honore coluistis) reducenda. Τυποι sunt simulachra Deorum, ειδωλα, μορφωματα, αγαλματα, Hesych. εικονες. Ita et ap. Ios. Ant. 1, 19, 11. Cf. Wetst. et Kypk. ad h. l. — Και suppl. δια τουτο, Schleusn. voce και no. 7. *Nun und zur Strafe dafür will ich denn auch* etc. Μετοικιω de voce vid. ad v. 4. Επεκεινα pro επ' εκεινα μερη, et de tempore adhibetur, et, vt h. l., de loco, *trans, vltra.* Diod. 3, 50; Xenoph. Hellen.

Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς·

VARIAE LECTIONES.

v. 43. ῥεμφαν. Varie adimodum ſcribi in codd. auctorum graecorum, geographorum maxime, Strabonis etc. nomina vrbium etc. propria, et ſaepius miſceri et confundi notiſſimum eſt. Idem et huic nomini accidit, quod praeter vulgarem noſtram formam, ſcribitur et ῥεφαν, ρεφφαν, ρκιφαν, ρηφαν, ρεμφα, ρεφα, ρεφφα, ρομφα, ρεμφαν, ραιφαν, ρεσφαμ etc. Praeter communis textus lectionem prae caeteris inſignis atque ex criticis argumentis probanda eſt lectio ρεφαν, quam habent CE aliique plures ap. Wetſt. Griesb. et Birch. 3 ap. Matth. Verſſ. Syrr. et Arabb. Copt. Orig. Cyrill. Theodoret. Theophylact. Veriſſimam autem ſcriptionem eſſe ῥηφαν, vid. Krauſius ad h. l. in commentat. ſupra laudata.

Hellen. 5, 1, 10 etc. Ita επι ταδε cis., vid. Lamb. Bos. p. 138, voce μερη. "Denuo mutare ſedem et in alias terras migrare gentem iubebo, ſicuti iam antea ſaepe iuſſi, verum iam non ita vt antea, ſed in *remotiſſimas* iam terrarum plagas *relegabo.*" — Hactenus de loco, quatenus ad argumentum ſuum comprobandum eo vtitur Stephanus. Quippe ad *aſtrorum* quoque cultum (στρατ. του ουρανου v. 42) transuerſas fuiſſe Iſraelitarum mentes oſtenſurus, dixerat: "diuino honore, Amoſo teſte, Solem et Saturnum coluit natio." Neque abs re vti orator poterat Amoſi loco, vt qui idem agat, vt exprobret Iſraelitis animum ad idololatriam propenſiorem. — Caeterum fere ex verſione LXX locum expreſſit Stephanus, niſi quod (caetera enim, veluti, quod addidit προσκυνειν αυτοις etc. minoris ſunt momenti) pro noſtro επεκ. Βαβυλωνος in LXX, vt et in textu Hebr. adeſt επεκ. Δαμασκου, i. e. *extra Palaeſtinam, terram patriam* (*ich will euch über die Gränze ſchaffen*), ex prouerbiali loquendi vſu, quia Damaſcus in confiniis Syriae et Palaeſtinae ſita erat. Sed quia exilium Babylonicum menti oratoris obuerſabatur, diſtinctius explicat illud Δαμασκου: "relegabo eos non ſolum extra Palaeſtinam, ſed et in remotiſſimas terrae Babylonicae regiones." Alia explicatio ſchol. cod. a ap. Matth. non placet, Stephanum Βαβυλωνος, dixiſſe ὁτι τερμα της Δαμασκηνων και Συρων χωρης ἡ Βαβυλων τυγχανει.

Alii

αὐτοῖς· καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. Ἡ

Alii pro lapſu memoriae Stephani, alii denique pro vitio librarii habent vocem Βαβυλωνος. — Verum ſicuti verſionem LXX ſatis fide reddidit Stephanus, ita ea ipſa a textu Hebr. mirum quantum diſcrepat, quod diſcrimen quum ad interpretationem των LXX accuratius excutiendum ſit, h. l. non niſi paucis indicabimus. Habet autem textus Hebr. Portaſtis 1) tabernaculum *regis veſtri* (מלככם pro Μολοχ), 2) porro etiam כיון צלמיכם, quod alii appellatiue vertunt: *ſignum ſimulachrorum* (*idolorum*) *veſtrorum*, alii proprie reddunt; *Kijunem*, ſimulachra veſtra, (per appoſit.), quo nomine كيوان ap. Arab. et Perſas aſtrum Saturni indicari volunt (cf. Simon. Onomaſt. p. 265), quod quidem Perſicum nomen a LXX, in Aegypto degentibus, mutatum eſſe volunt in Aegyptiacam eiusdem ſideris appellationem Ρεμφαν, 3) ſidera Deorum, quos vobis feciſtis. — Sed haec non noſtri conſilii. Sufficit, monuiſſe, quandoquidem non hiſtoricum, ſed propheticum locum laudare voluit orator, hunc noſtrum Amoſi locum, tam ex textu Hebr. quam ex verſ. LXX expreſſum, conuenientiſſime adhiberi potuiſſe ad exprobrandam Iſraelitis idololatriam. — Supereſt duplex quaeſtio, 1) cur Stephanus de Saturni cultu cum Iſraelitis expoſtulare poſſit, quem ei adhibuiſſe nusquam diſerte leguntur. Verum in locis, qui ex prophetis, poetis etc. ad generaliorem aliquam ſententiam probandam afferuntur, vt hic locus ad monſtrandum diuinum cultum *ſideribus* a populo adhibitum, non niſi generaliorem ſententiam conſiderandam neque ad ſingulas partes cum hiſtorica ακριβεια deſcendendum eſſe reputemus, aut, ſi id minus ſatisfacit, quaeſtionem illam, non hic, ſed ad interpretationem loci ex LXX verſione eſſe euoluendam. 2) cur ea idololatriae genera, quibus ſidera et aſtra coluerunt, iam Iſraelitis in deſerto iter facientibus crimini det Stephano, quum tamen ſub regibus demum ille cultus celebratus legatur, 1 Reg. 11, 5. 7; 2 Paral. 33, 5; Ierem. 32, 35. Namque de prioribus temporibus eum loqui omnis orationis ordo commonſtrat. Sed et hic aliam traditionem ab Amoſo et Stephano expreſſam credas, quae iam in itinere per deſertum praeter

 ter

44 Ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν
τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο ὁ λαλῶν τῷ Μωυσῇ,
45 ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον, ὃν ἑωράκει· ἣν
καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν μετὰ
Ἰησοῦ,

ter vitulum illum aliaque numina, et aſtra quoque, Solem etc. diuino honore celebrata fuiſſe retulit, cuius idololatriae ſatis clara indicia leguntur Leuit. 18, 21; 20, 2-4; Pſ. 106, 37.

v. 44. Hactenus de idololatria Iſr. expoſuerat: iam cultum memorat, quem vero Iouae adhibuerint fidi cultores. Id ſibi voluiſſe videtur Steph. "Non idololatria ſolum peccauerunt, ſed et ille ipſe cultus, vero Iouae, patrio numini, adhibitus, mancus et imperfectus manſit, quatenus loco quodam contineri et includi numen ſemper exiſtimabant." — Nullo autem commodiori particularum nexu ſequentia attexit orator, ſed ſubito et ex abrupto addit, voceque σκηνη v. 43 inductus et illius σκήνης mentionem iniicit, in qua per deſertum Iouam coluerant. Ita autem ea, quae iam ſequitur, oratio ſe excipit: 1) primi patres noſtri vsque ad Dauidis tempora ſub tabernaculo illo ſacra colebant v. 44. 45. 2) Sed Dauides templi Iouae exſtruendi conſilium iniit quidem ſed non exſecutus eſt v. 46. (Salomon autem exſequutus eſt v. 47). 3) ſummum enim numen nullo tecto includi poteſt. v. 48-50. Σκηνη μαρτυριου. Ita a LXX vocatur tentorium illud portatile. In Hebr. eſt אֹהֶל מוֹעֵד i. e. tentorium *conuentus*. a יעד conuenire fecit, quia ibi ad oracula diu. accipienda conueniebat populus, Ex. 29, 42. 43; 33, 7. Verum LXX illud מועד deriuarunt ab עוד *teſtari, docere*, vertuntque μαρτυριον (tentorium, in quo de ſe teſtificatus eſt populumque edocuit Ioua), quod tamen non מוֹעֵד, ſed עֵדוּת eſt. Permiſcuerunt ergo ea, quae locis ex Exodo laudatis et Exod. 25, 22; 38, 21 enumerantur. Sed ſenſus eodem redit. Plura ad explicationem των LXX de his afferenda. Εν τοις πατρασιν i. e. inter maiores noſtros, tempore maiorum noſtrorum. Καθως διεταξ. — ἑωρακει. vid. Exod. 25, 40; cf. ad Hebr. 8, 5. Apud Bowyer. ſuadetur pro ὅν legere ὧν.

v. 45. Διαδεξαμενοι. Eſt διαδεχεσθαι, de qua voce vid.

Ἰησοῦ, ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔξωσεν ὁ
Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν, ἕως τῶν
ἡμερῶν Δαυίδ· Ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, 46
καὶ

vid. Kypke et Lösner ad h. l. vel *succedere alicui* vel *successione aliquid accipere*. Priore sensu supplendum foret τον Μωυσην, Ααρων etc. Illi patrum nostrorum, qui Mosi et Aaroni in officio successerunt, εισηγαγον ταυτην την σκηνην, vt ἡν iungendum sit cum εισηγαγον. At posteriori sensu διαδεξ. cum ἡν iungendum erit: Hanc σκηνην a Mose et Aarone successionis lege accipientes εισηγαγον etc. Posterius praeferendum. Nam quod nonnulli διαδεξαμενοι aduerbialiter explicant *postea, deinceps*, et Φθανοντες est *antea*, τελευτωντες *tandem*, στρεφοντες *rursus* (v. 42) nimis precarium videtur. Ιησου, *Iosuae*. Κατασχεσις vel est: *occupationis actus et tempus*, vel: *id quod occupatione possidemus*. Posteriore sensu εν τῃ sumendum est pro εις την etc. *in terram occupatam, anteaque inhabitatam a gentibus, quas pepulit Deus* etc. Sed prius praefero eritque post εισηγαγον subaudiendum: *in terram suam*, quod per se sequitur, et εν τῃ κατασχ. vertendum: *tempore occupationis subiectionisque illorum populorum, quos* etc. Απο προσωπου מפני, sie wurden *vor ihnen her* weggetrieben, i. e. *aduentantibus illis*, ex solito Hebraismo. Kransius vocibus et h. l. et Genes. 25, 6 istum sensum inesse putat: *vt locum cederent patribus nostris*. Ἑως ἡμ. Δαυιδ vel cum εξωσεν iungi poterit: "deuicerunt inhabitantes vsque ad Dav. tempora, qui omnibus iam indigenis deuictis et vltra Palaestinae fines imperium propagauit"; vel cum εισηγαγον, iamque praegnanter dictum erit pro: "induxerunt tentorium illud, atque in eo Iouae cultum adhibuerunt, vsque ad Dav. tempora." Posterius ob rei argumentum et nexum cum sequentibus praeferendum.

v. 46. Ευρεν χαριν. i. e. probatus Deo et acceptus fuit. Ita Luc. 1, 30. Conf. annotanda ad c. 13, 22. Ητησατο i. e. desiderauit Hebr. שאל, Deut. 14, 26. Res narratur 2 Sam. 7. Ευρειν, locum, tempus, occasionem inuenire struendi templi. Alludit orator ad Ps. 132, in

47 καὶ ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. (Σο-
48 λομὼν δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον.) Ἀλλ' οὐχ ὁ
ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς ὁ
49 προφήτης λέγει· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ
ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ
μοι,

in quo exoptatissimum hoc desiderium proferens Dauid, non antea quieturum se profitetur v. 5, quam Iouae habitationem inuenisset. Σκηνωμα משכן sedem permanentem, οικον, ναον, id quod paronomasiae ergo per σκηνωμα effert, q. d. meliorem Deoque digniorem σκηνην, quam prior fuerat. Priora illa: *gratiam inuenit* etc. duplici de caussa praemisisse videri potest Stephanus, vel eo sensu: "Dauides, quum in gratia et deliciis a Deo haberetur, hoc sibi beneficii expetiit, vt templi summo numini exstruendi potestas sibi fieret." Vel, quod longe praefero, haec sibi volunt ea verba: "Quamuis Dauides summo numinis fauore gauderet, ideoque vehementissimo templi Iouae dedicandi desiderio teneretur, non tamen rata facta sunt vota, quia nullum templum numen capit." Et ex posteriore hac explicatione

versum 47 aut obiter tantummodo et negligentiore vocis sono ab oratore expressum credo, aut omnino ab alia manu additum, poteritque et hic locus accenseri eis, de quibus similia contendit Zieglerus: *Ueber Zweck, Quell. u. Interpolationen der Ap. Gesch. in Gabl. theol. Journ.* 1801, 2. Siquidem ad rem, quam Stephanus contendere annitebatur, nullo templo numen egere, haec prorsus non faciunt, imo contrarium euincere possunt; aliena autem manu eo promtius poterant addi, quia historiam templi in hac oratione quaerebat ille, mirabaturque, tam memorabile factum, quod de Salomone narratur 1 Reg. 6 sqq. hic prorsus silentio praetermitti. — Hac ergo ex explicatione conuenientissime versui 46 iungentur

vv. 48. 49. Sed irrita fuere, quae Dauides in votis habuit, licet tanto amore numinis [illegible]t affectus. Nec secus quam par erat: neque enim templis arcetur summum numen. Sententiam hanc, cui similem affert Paulus

μοι, λέγει Κύριος; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς 50
μου; οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα; ----
Σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ 51
τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντι-
πίπτετε,

lus c. 17, 24, probat ex notissimo oraculo, quod apud Ies. 66, 1. 2 legitur, et h. l. ex LXX memoriter laudatur.

v. 51. Subito inuertitur dicendi genus, et qui antea tranquillo et sedato sermone historiam et vicissitudines populi exposuerat, ad mitigandos iudicum erga se animos, iam concitatissima oratione vehementissimisque conuiciis inuehitur in iudices. Quae quidem discrepantia vel inde accidit, quod exciderunt permulta ex historicis narrationibus, quas fortasse vsque ad seriora tempora, in quibus prophetas persequuti erant Iudaei (Matth. 23, 35) perduxerat orator, in quibus afferendis crescere sensim poterat indignatio et in sermonem vehementiorem vertere, vel, quod longissime praeferendum est et ab omnibus fere intt. agnoscitur, inde, quod murmure et strepitu obloquentis multitudinis interpellabatur Stephanus. Siquidem pertaesi erant oratorem, qui longissima iam narrationis rerum notissimarum tela pertexta nondum vltra Dauidis tempora progressus erat, multasque adhuc horas explere potuisset, si eandem copiam et de rebus postea gestis profundere statuisset. Nec difficulter assequebantur, quo tenderent ea, quae de numine nullis templis incluso dixerat v. 46-50, haudquaquam cum placitis Synedrii, Pharisaeorum maxime, conspirantia. Proinde murmur vndique oritur et clamor et concursus iudicum et populi adstantis mortemque hominis efflagitantis, fere vt infra 22, 22; Marc. 15, 13. 14. Quibus auditis, sanguinem suum exposci, et contra ius fasque exposci, quia capitis damnare Synedrium nequibat, iustissima ira et indignatione abreptus Stephanus grauissimis contumeliis insectatur praesentes, id quod eo minus crimini demus Christi asseclae, quod dolor iustus expresserat voces: idem tamen mox, mitigatiore iam animo, prorsus similis fit magistri sui, v. 60; Luc. 23, 34. Eadem ira coram iudicio com-

52 πίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς. Τίνα τῶν
προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ

commotum postea videbimus Paullum c. 23, 2.

Si tamen minus probabile videtur, istum tumultum narratione prorsus praetermissum esse ab auctore, quippe qui v. 54. 57 similia interserit; non tam *ingenti* strepitu obloquentium interpellatum fuisse Stephanum credas, quam risu et vultu, forsan et *leniori* murmure eorum, qui *proxime* Stephanum sedebant, orationisque infinitam longitudinem erant pertaesi. Et hac iam re offensus Stephanus pergit. Σκληροτράχηλος *durus ceruice* i. e. *contumax*, *peruicax*, metaphora desumta a iumentis iugum detrectantibus. Adhaesit ea macula Israelitarum genti iam ab antiquissimis inde temporibus Exod. 33, 3; Deut. 9, 6. 13; Neh. 9, 16; Baruch. 2, 30, et a Stephano et suae aetati crimini datur. Schöttgen. hor. hebr. et talm. ad h. l. "In illa generatione, in qua Messias veniet, *obfirmatio* multa erit." Απεριτμητοι καρδ. κ. ωσ. i. e. animum habentes deprauatum, auresque praeceptis div. obturatas. Circumcisio innuebat nempe, dicatum aliquem esse numini. Ergo απεριτμ. καρδ. etc. metaphorice indicat eum, cuius animus a Deo alienus est, quique respuit audire, quae vera et recta dicuntur praecipiunturque qualia dixerat Stephanus cf. Ier. 9, 26. Rabbini, teste Schöttg. ad h. l., etiam loquuntur de praeputio aurium, labiorum etc. Nullis autem grauioribus conuiciis insectari potuit populum, quam hisce, siquidem ob περιτομην superbissimos fuisse Iudaeos, gentesque omnes ob ακροβυστιαν contemsisse notissimum est. Αντιπιπτειν *resistere, aduersari*, vox bellica, Polyb. 3, 19. Hesych. εναντιουσθαι. Τῳ πν. ἁγ. i. e. hominibus πν. ἁγιῳ agitatis, vt c. 5, 3. 9. Ὡς οἱ πατερ. qui prophetas sp. f. latos persecuti sunt, (v. 52). Και ὑμ. qui me persequimini, πληρη πν. ἁγ. (6, 5), και εν πνευματι λαλουντα (6, 10).

v. 52. Audiamus conuiciorum exaggerationem, simillimam eis Matth. 23, 34 sqq. Alii sign. interrog. post απεκτ. ponunt, sensu eodem. Τους προκαταγγ. etc. Noli haec vlterius

τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε, οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς 53 ἀγγέ-

terius vrgere, et ex ſingulorum prophetar. ore quaerere annunciationem futuri Meſſiae, ſiquidem vehementiſſimo orationis flumine abripitur orator.

v. 53. Augentur conuicia: "ſed neque erga prophetas ſolum, hominesque ſp. ſ. latos, contumaces vos exhibuiſtis, verum et erga angelos, naturas coeleſtes, arctiorique Deo ipſi nexu coniunctas; namque accepiſtis quidem, vt depoſitum, concreditum vobis νομον, per angelos promulgatum, ſed hanc παρκαθηκην parum religioſe conſeruaſtis." Conſtantem eo tempore fuiſſe opinionem, in legislatione Sinaitica et angelos praeſto fuiſſe (Ioſ. Ant. 15, 5, 3) vid. prol. ad Hebr. p. 23: et Kopp. ad Gal. 3, 19. Quamquam enim Exod. c. 19 et 20 nulla eius ſit mentio, imo ex Exod. 20. 1. 19. 22 contrarium apparere videtur, ſeriores tamen Iudaei, qui poſt Babyl. exilium vbique de angelis loquebantur, ad ſplendorem legislationis oſtendendum et hoc dogma intulere, Iouam ſuum regi comparantes, magnis angelorum vt miniſtrorum turmis ſtipato, neque proxime et immediate cum hominibus agenti, ſed, vt agere viderant ſatrapas orientales, per miniſtros hosce. Fouit forſan et confirmauit hanc opinionem tum tubarum ſonitus Exod. 19, 16, tum verſio LXX Deut. 33, 2, qui אשדת per αγγελοι reddentes Iouam angelorum cohortibus ſtipatum per Sinai montem incedere dicebant. Haec igitur opinio h. l. effertur, νομον eos accepiſſe εις διαταγας αγγ. (εις pro εν, vt ſaep. Cf. Glaſſ. Gram. ſacr. p. 525). Διαταγη eſt vel vox militaris, *turmae*, *agmina*, ſenſusque: "angelorum, tam grauis rei *teſtium*, cohortibus praeſentibus et quaſi per agmina et turmas diſpoſitis," vel ex voce διατασσειν conſtituere, ordinare, mandare, promulgare, Matth. 11, 1; Luc. 3, 13 innuit: *conſtitutionem*, Rom. 13, 2, *promulgationem*, ſenſusque: "conſtituentibus hunc νομον et promulgantibus angelis." Quum eodem redeat ſenſus, vtrum praeferam, neſcio. Poſteriori obloquitur quidem, quod dicendum fuiſſet ſingulariter, vt Rom. 13, 2 εις διαταγην, pro εν διαταγῃ idque pro δια διαταγης, at fauet illud quod Gal. 3, 19 diſerte

54 ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε. Ἀκούοντες δὲ ταῦτα
διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς
55 ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. Ὑπάρχων δὲ πλήρης πνεύματος
ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ
Ἰησοῦν

diserte dicitur νομος διαταγεις δι' αγγελων, idque Hebr. 2, 2 explicatur per λαληθεις, (constitutus, promulgatus) δι' αγγ. Plurali autem forma διαταγας vti potuit orator, quod vel plura praecepta data esse, vel non eodem tempore promulgata ea recordabatur. Ita rectissime explicari locus videtur, in quo tamen alii aut phaenomena coelestia, tonitrua, fulgura etc. aut prophetas doctoresque, Mosen etc. aut seniores populi voce αγγελων indicari credunt, vt aliorum explicationes partim insulsas taceam, ex quibus tamen cognitu dignissima est, licet durior et contortior videri possit, ea, quae in Schol. cod. h. ap. Matth. legitur: καιτοι, φησι, νομον λαβοντες, διαταξεις εχοντα, αἱτινες ισαγγελον εποιουν πολιτειαν εχειν τους τελουντας αυτον. Inter και et ουκ subaudi ὁμως.

v. 54. Denuo interrumpitur oratio a praesentibus ob tantas contumelias excandescentibus. Διεπριοντο supr. 5, 33. Επ' αυτον formula Hebr. על, Iob. 16, 9.

v. 55. Sed parum curans Stephanus eorum minas, vt qui πληρ. esset πν. άγ. oculis potius in coelum sublatis futuram suam beatitatem mente praeuidit. Ὑπαρχ. — πν. ἁγ. non: "*quum* diuina vi firmatum se videret," sed: "*prout* erat etc." *Aber als ein Mann, ganz durchglüht von dem hohen Gefühle, wozu das Christenthum ihn begeisterte.* Ατενισ. εις ουρ. i. e. non iam amplius iudices adspexit, iniuste in eum agentes, sed neglectis iis in eum locum oculos sustulit, in quem abierat Iesus Messias. Neque incassum: namque ειδε etc. Ex δεξιων. Is enim locus iam a primis Apostolis Iesu post ascensum assignabatur, vid. e. gr. 2, 34. Vidit ea, quae fide adhuc amplexus erat iamque videre quaesiuerat, exultatque non tam ob splendorem, quem videt, quam ob auxilium, quod sibi coelitus latum iri sperat. Caeterum vidisse haec Stephanum per visionem seu ecstasin, similem illis, quae prophetis, e. gr. Ies. 6, Ezech. passim, Ioanni in Apocal. etc. contigit,

Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ 56
θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ
ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ. Κράξαντες 57
δὲ φωνῇ μεγάλῃ συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμη-
σαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν, καὶ ἐκβαλόντες ἔξω 58
τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν. Καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο
τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλου-

μένου

contigit, in aprico est, nec est, quod fulgure eum circumlucente eandem productam fuisse credamus, quia ipse Stephani animus, huius rei tum plenissimus, seu ipsum illud πν. αγ. quo πληρης ην, ad eam excitare potuit. Alii tamen explicant, *vidit ea*, i. e. certissime de eis persuasus est, aeque ac si ipse oculis vidisset. Ita Michaelis, Eckermann, Stolzius etc.

v. 57. Συνεσχον τα ωτα, vtpote qui ad audienda meliora prorsus occalluerant. Eadem de caussa et ipsi clamabant, vt Matth. 27, 23; Marc. 15, 13. 14; Act. 19, 32, vt oratorem denuo loqui incipientem obtunderent. Reiicienda ergo erit coniectura κραξαντος sc. αυτου, Στεφανου. Apparet ex omnibus, non iusto ordine peractam esse caussam, sed per seditionem et tumultum concitatae plebis. Quod cur audere potuerint Iudaei, vid. prolegomena.

v. 58. Εξω της πολεως: neque enim nefarii hominis sanguine polluenda aut profananda erat αγια vrbs. Ελιθοβολουν. Nodos in scirpo quaerunt, qui offenduntur, quod iam hic λιθοβολειν dicantur Iudaei, qui v. 59 demum eum lapidibus obruerint. At vero h. l. nil aliud est, quam praepararunt se ad lapidandum eum, seu iam in itinere ad supplicii locum petulanter eum lapidibus lacessebant. Ita et Io. 10, 31. 32 λιθαζειν dicitur. Marklandi coniectura ad Lysiam orat. 10, p. 554, legendum esse ελιθολογουν, ingeniosa quidem est, non tamen facile admittenda. Μαρτυρες (c. 5, 13). Eis incumbebat, primos lapides coniicere in damnatos, vt scil. in se verterent sanguinem poenamque, si contra insontem testimonium protulissent. Hi ergo απεθεντο

τα

59 μένου Σαύλου. Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, ἐπι-
καλούμενον καὶ λέγοντα· Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεύ-
60 μά μου. Θεὶς δὲ τὰ γόνατα ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ·
Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ
Cap. VIII, 1 τοῦτο εἰπὼν ἐκοιμήθη. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ
ἀναι-

τα ἱμ. superiores vestes deposuerunt, quo promtiores ad subeundum munus et accinctiores essent. Σαυλου, qui grauissimum se mox christiano coetui aduersarium exhibuit, c. 8, 3; 9, 1, iamque et hic gloriae sibi ducebat, vel minimum ad rem christ. imminuendam ministerium attulisse, parum sequutus mitiora Gamalielis doctoris placita (c. 5, 34 sq.). Νεανιου, vel *aetate iuuenis*, id quod temporum ordini non repugnat, vel *serui, apparitoris*. Caeterum de industria adiiciuntur haec, licet minimi sint momenti, vt ad ea, quae de hoc Saulo deinceps dicenda essent, animus praeparetur; ita et 8, 1.

v. 59. Και ελιθοβολουν. Iamque, quum ita se accinxissent, vere lapidarunt. Επικαλουμενον sc. θεον, aut Ιησουν, quod et Chrysost. addit. Δεξαι explicari potest vel, vt Bolten existimat, collatis 1 Reg. 19, 4; Ion. 4, 3. "Mache meinem Leben bald ein Ende", vel, quod longe praeferendum, "suscipe me propitius in domicilia coelestia, quorum splendorem modo conspexi." Ita Luc. 16, 9; Lucian. mort. Peregr. ω δαιμονες, δεξασθε με ευμενεις, vel denique distinctius: "accipe pignoris loco animam meam, quam apud te depono, παρατιθημι," vt Luc. 23, 46.

v. 60. Θεις γονατα incurvatis genibus, qualis est positio precantium, Marc. 15, 19; Luc. 22, 41; Act. 9, 40; 20, 36; 21, 5. Μη στησῃς. Verbum ἱσταναι adhibetur 1) de lance, qua quid ponderamus, Dan. 5, 27; 2) quia pecuniarum soluendae summae primitus appendebantur, est: soluere pecuniam, Matth. 26, 15; Hom. Il. α, 232. 3) Iam vero, quum poena, imagine satis frequenti, cum pecunia conferatur, quam soluimus et retribuimus alii pro eis malis, quibus nos affecit, est *punire*.

Cap. VIII, 1 male hic orditur, quum v. 3 demum noua

ἀναιρέσει αὐτοῦ. (ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις· πάντες δε διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, πλὴν τῶν Ἀποστόλων) Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ 2
ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ᾽ αὐτῷ.

Σαῦ-

noua narrentur. Σαυλ. ην συν. adduntur de induſtria, ne tacita ſolum miniſteria praeſtitiſſe v. 58 credatur. — (Quae ſequuntur, parentheſi incluſa reddidi, non quod a ſeriore manu cum Zieglero l. c. p. 155 ſq. addita exiſtimem, ſed quod transpoſito et inuerſo ordine, neſcio qua librarii culpa, hic male leguntur ea, quae inter v. 2 et 3 inſerenda erant nouamque narrationem incipiebant. Dubitauimus tamen in textu, quem ex Bengeliana recenſione damus, eadem transponere. Ita ſane optime procedere ordo mihi videtur, quem varie admodum varii intt. reſtituere allaborant, vid. et Wetſt. ad h. l. Caeterum voces expeditiſſimae).

v. 2. Συγκομιζειν verbum de ſepultura adhibitum id. qu. συστελλειν c. 5, 6, vbi vid. Schol. Aeſch. Heptatheb. v. 930. συρκομιδη, ἡ του ταφου επιμελεια. Ευλαβεις, *religiöſe Verehrer des Meſſias*, vid. ad 2, 5: de proſelytis h. l. cogitare abſurdum erit. Κοπετος, planctus, luctus vehementiſſimus, Heſych. θρηνος, μετα ψοφου χειρων.

Hic finitur hiſtoria Stephani, ex peculiari, vt videtur, documento a Luca expreſſa. De oratione ipſa in excurſu pluribus agemus; h. l. indigitaſſe ſufficiet, ſi ex iſtius aeui genio, vt par eſt, ſpectatur, non tam abſonam eam eſſe et abſurdam, ſiquidem, quum τα; v. 1-34 exornandi loci cauſſa praemiſiſſet, refellit ea, quae ſibi crimini verſa audiuerat (c. 6) inde a v. 35; pluribusque eadem refutaſſet indubie, et, quo tenderent ea, quae rei minus conuenienter dixiſſe videri poterat, aperuiſſet, ſi integram orationem ad finem vsque licuiſſet perducere.

V. 3.

3 Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ τοὺς
οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας
4 παρεδίδου εἰς φυλακήν. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες
διῆλ-

v. 3. Noua ſectio infit. — Maxima et grauiſſima poſt Stephani mortem chriſtiano coetui, qui adhuc Hieroſolymis degerat, ingruit perſequutio; fugantur, diſſipanturque per omnem Iudaeam Samariamque, Saulo maxime eos infeſtante v. 3. 4. Sed id ipſum in incrementum nouae ſocietatis vertit, ſiquidem iam non ſe intra Hieroſolymae muros continuit, ſed omnes Palaeſtinae prouincias peruaſit Chriſtianismus, promulgante eum in primis Philippo diacono v. 5 ſqq. cf. v. 40. (inſeritur hiſtoria de Simone mago v. 9 - 25); qui et vltra Palaeſtinae adeo fines eiusdem ſemina ſpargit, v. 26 - 39. Ita, licet perpetuis afflictionibus vexata, nouis tamen indies acceſſionibus aucta et locupletata eſt noua ſocietas, creuitque tanquam ſub pondere palma. Sed ecce idem ille Saulus, grauiſſimus rerum chriſtianarum aduerſarius, miro et inaudito more ad chriſtianismum adducitur et ipſe, c. 9, 1 - 30; iamque deſaeuit tempeſtas, rebusque turbidis placida redditur quies c. 9, 31.

Incipiamus autem hanc ſectionem, vt iam ad v. 1 monuimus, ab eis, quae ex v. 1 vncis incluſimus εγενετο δε, quibus arctiſſime nectantur ea, quibus v. 3 infit. Σαυλος δε ελυμ. Σαυλος emphatice proferas. "*Saulus* autem erat grauiſſimus ille aduerſarius, per quem διωγμος ille μεγας illatus eſt eccleſiae." Λυμαινεσθαι proprie de feris beſtiisque vſurpatur, quae arua ſegetesque depaſcuntur vaſtantque vid. Wetſt., h. l. elegantiſſimo tropo ad eccleſiam transfertur, idem quod πορθειν infra c. 9, 21. Την εκκλησιαν, Hieroſolymitanam puta (v. 1). Συρειν, vi aliquem et obtorto collo in ius rapere (Horat. Satyr. 1, 9, 77), c. 17, 6. Virgil. Aen. II, 403, Ecce *trahebatur* Priameïa virgo.

v. 4. Οἱ διασπαρεντες. Diſperſi illi, de quibus v. 1 dictum erat, non inanem et otioſam fugam capeſſebant, ſed ea occaſione vtebantur ad euangelium et in aliis

διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον. Φίλιππος δὲ 5
κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας ἐκήρυσσεν αὐτοῖς
τὸν Χριστόν. Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις 6
ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς
καὶ βλέπειν τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει· πολλῶν γὰρ τῶν 7
ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα βοῶντα φωνῇ μεγάλῃ
ἐξήρχετο, πολλοὶ δὲ παραλελυμένοι καὶ χωλοὶ ἐθε-
ραπεύθησαν, καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ 8
πόλει ἐκείνῃ.

Ἀνὴρ

aliis Palaeſtinae tractibus commendandum.

v. 5. Atque in his maxime eminuit Philippus diaconus (cap. 6, 5), primus euangelii apud Samaritanos praeco (cf. c. 21, 8). De Apoſtolo Philippo non cogitandum, quia Hieroſolymis manſerant Apoſtoli, v. 1. 14. 15. Κατελθὼν ſc. Hieroſolymis, de qua vrbe עלה et ירד vſurpari notiſſimum eſt. Πολις Σαμαρεια. Samaria regionis ſeu prouinciae nomen eſt, ſed et vrbis in ea capitalis, quae tunc temporis Sebaſte audiebat, vbi et Ieſus iam prima doctrinae ſuae ſemina ſparſerat, Io. 4. Ea vrbs et h. l. indubie intelligenda erit, vt πολις dictum ſit κατ' ἐξοχην, pro μητροπολις.

v. 6. Προσεχειν non *attendere* ſolum, ſed et *aſſentire, fidem habere, obtemperare*, vid. Lösner. ex Philone. Nolunt id quidem nonnulli, quia a vero abhorrere credunt, omnes Samaritanos ὁμοθυμαδον Chriſtum ſequutos fuiſſe, ſed neque vrgendum eſt illud ὁμοθυμαδον, neque in eadem perſuaſione permanſiſſe illi credendi ſunt. Ratio autem et via, qua ſibi animos conciliauerat, fuit eadem, qua iſtis temporibus aditus in animos patuit, miracula et σημεια, quod ſtatim ſequitur.

v. 7. Βοωντα ad πνευματα h. l. refertur, ex iſtius aeui opinione, quum proprie homines clamarent, iſtiusmodi πνευμασιν exagitati, Matth. 8, 5. Παραλελυμενοι i. e. *debiles, languidi, eneruati omnino*: non ſolum *arthritici*. Caeterum de his morbis fuſius ad euangel. diſputabitur. vid. e. gr. Paulus Commentar. T. 1. p. 351 ſq.

9 'Ανὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων προϋπῆρχεν ἐν τῇ
πόλει μαγεύων καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας,
10 λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν· ᾧ προσεῖχον πάν-
τες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες· οὗτός ἐστιν
ἡ

v. 9. Quum ob miracula potiſſimum et σημεια, quae ediderat Philippus, animos conciliatos fuiſſe narraſſet v. 6, 7, veteratoris cuiusdam, nomine Simonis, qui Samariae dudum degerat, mentionem hinc iniicit, qui et ipſe praeſtigiis ſuis animos ad ſe aduertiſſet, qui tamen quum inferiorem ſe Philippo cerneret, et ipſe ſe ei aſſociauerit. Apparet ſimul magnum diſcrimen inter μαγειας Simonis, qui nonniſi animos obſtupefecit, et σημεια Philippi, qui ſalutarem ſe et beneficum iisdem praeſtitit, v. 6 - 8. Μαγευων Perſica vox *Magus* indicabat apud orientales populos *philoſophos* ſapientiaeque, Aſtrologiae etc. magiſtros (vid. S. V. Paulus ad Matth. 2, 1), ſed, vt et aliis vocabulis bonam rem indicantibus accidit, ob artis abuſum in malam partem transferebatur ad praeſtigiatorem, γοητον etc. (Schmaue) indicandum. Hinc Lucas vocabulum μαγευειν effinxit, i. e. *artem magicam exercere.* Caeterum num et hic Simon eiusmodi praeſtigiis incantationibusque homines deceperit, an vere aſtrorum rerumque naturalium cognitione imbutus, male tamen ad decipiendos pecuniaque emungendos homines ea vſus ſit, diſputatur, praeferendumque videtur poſterius, quia vix credendum eſt, cum homine, nil niſi praeſtigias profeſſo, quidquam rei habuiſſe Apoſtolos. Εξιςτων. Innuit εξιςταν (ſc. του τοπου) *dimouere, loco deiicere*, tropice (της Φρονησεως, του λογου) *obſtupefacere.* Luc. 24, 22. Ειναι τινα μεγαν ſupr. 5, 36. Supplere poteris προΦητην, legatum divinum etc.

v. 10. Προσειχον ad v. 6. παντες deeſt in quibusdam. Δυναμις Θεου vis et potentia div. perſona humana induta, quae apparet hominibus, ſicuti infra c. 14, 11. Forte in oſtentandis artibus ſuis identidem crepauerat voces: δυναμις Θεου μεγαλη per me hoc efficit etc. adeoque obſtupefacta plebs magum ipſum hoc nomine ſalutat.

v. 11.

ἡ Δύναμις τοῦ Θεοῦ, ἡ + μεγάλη. (προσ- 11
εῖχον δὲ αὐτῷ διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις
ἐξεστακέναι αὐτούς). Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φι- 12
λίππῳ εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ
Θεοῦ καὶ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐβαπτί-
ζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. Ὁ δὲ Σίμων καὶ 13
αὐτὸς ἐπίστευσε, καὶ βαπτισθεὶς ἦν προσκαρτερῶν
τῷ Φιλίππῳ. θεωρῶν τε σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγά-
λας γινομένας ἐξίστατο. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱερο- 14
σολύμοις Ἀπόστολοι, ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν
λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον
καὶ Ἰωάννην· οἵτινες καταβάντες προσηύξαντο περὶ 15
αὐτῶν, ὅπως λάβωσι πνεῦμα ἅγιον. οὔπω γὰρ ἦν 16
ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βεβαπτισ-
μένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Τότε 17
ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐλάμβανον

\+ καλουμένη πνεῦμα

VARIAE LECTIONES.

v. 10. Inter ἡ et μεγαλη additur καλουμενη in ABCDE, 5 aliis ap. Wetst. et Griesb. ap. Matth. Verss. Copt. Aeth. Armen. Syr. post. Vulg. Ital. Orig. Iren. praeferente et in textum recipiente S. V. Griesbachio.

v. 11. parenth. lege. Da nemlich deswegen Ἱκανῳ χρονῳ. Cf. v. 9 προ ὑπηρχε.

v. 12. Sed ad tempus tantummodo ei adhaerebant. Nam quum veriora de δυναμει Θεου (v. 10), βασιλ. Θεου etc. edocti essent, Philippoque obtemperassent, v. 6, Christianorum hominum coetui se associabant, baptismoque inaugurabantur, et ipse adeo Simon accessit, Philippoque adhaesit (προσκαρτερειν i. q. προσκολλασθαι, κολλασθαι, 5, 13).

v. 14-17. Iam absoluunt Apostoli opus a Philippo diacono inchoatum, vltimamque ei manum addunt. Su-

18 πνεῦμα ἅγιον. Θεασάμενος δὲ ὁ Σίμων, ὅτι διὰ
τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν Ἀποστόλων δίδοται
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα,
19 λέγων· δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν
ἐπιθῶ

ſpicatur b. Nösselt, *diſputatio de Sp. S. primis Chriſtianis ab Apoſtolis tradito*, Halae 1798, idcirco maxime eo profectos fuiſſe Apoſtolos, vt Chriſtianos e Samaritanis conuerſos confirmarent contra inuidiam eorum, qui ex Iudaeis ad chriſt. fidem acceſſerant; negat autem ea mente veniſſe, vt manuum impoſitione ſpiritum ſ. neoconuerſis traderent. Verum licet id eis in itinere ſuſcipiendo conſilii fuiſſe diſerte non affirmetur, legimus tamen, eosdem poſt aduentum ſtatim preces Deo adhibuiſſe, vt πν. ἁγ. impertiret Samaritanis. Tum ad tranſitum in Chriſtianam ciuitatem non ſolum baptismus requirebatur, quem iam a Philippo acceperant, ſed, quod maius adhuc erat et excelſius, donum πνεύματος ἁγιου, vid. Hebr. 6, 2, et ibi commentar. Act. 10, 44–47. Cf. praeter commentationem Nöſſelt. ſupra laudatam et aliam Perill. Eichhornii *Über das Einſegnen der Apoſtel* etc. in Biblioth. B. 3, St. 3. p. 408.

v. 18. 19. Talia autem quum videret praeſtigiator ille, inaudita ſibi antea et prorſus incognita, maiori adhuc admiratione perculſus tanto impenſiore eadem addiſcendi cupiditate abripiebatur, quanto largiorem inde pecuniam lucrari ſperabat. Θεασαμενος etc. Merito hic quaeritur, *quidnam* tandem viderit? Non quidem πνευμα ipſum, ſed effectum, enthuſiasmum puta, ſacrumque furorem, lachrymas, animi ſanctiſſimo gratiarum et verecundiae ſenſu pleniſſimi teſtes etc. Haec omnia efficiebant Apoſtoli, idque επιθεσει των χειρων, ſed neque mera manuum impoſitione ſolum, ſed et precibus in ſolenni hoc actu ex imo animi ſenſu ad Deum fuſis, ſuſpiriis, paternis exhortationibus, aliisque ſignis tam ſolenni re digniſſimis, ſacrumque ignem tum in Apoſtolorum animis praeſentem eſſe indicantibus, tum et conuerſis inſpirantibus. Ad ea autem efficienda multum contulit venerandiſſimorum Apoſtolorum

aucto-

ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον. Πέτρος 20
δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς
ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ
χρημάτων κτᾶσθαι. οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆ- 21
ρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν
εὐθεῖα.

auctoritas, nec cuiquam alii inter primos Christianismi doctores eadem facile adesse poterat. Legimus ergo, ſacrum hunc ardorem non per Philippum, qui nonniſi aqua eos conſperſerat, ſed per Apoſtolos demum, quorum multo maior erat apud vulgum exiſtimatio (c. 4, 33; 5, 11), fuiſſe effectum; et poſtea demum, quum longius et ab eccleſia matre apoſtolica Hieroſolymitana remotius extenderentur regni chriſtiani fines, eandem tradendi πνευματος vim conceſſam fuiſſe et aliis Chriſtianis non Apoſtolis. Apoſtoli autem, quotiescunque manus imponebant, ſacrum iſtum ignem in animis excitarunt. Mirandum tamen, cur h. l. non, aeque ac 10, 44; 19, 6 additum ſit, homines iſtos etiam γλωσσαις ἑτεραις locutos eſſe, cuius rei rationem cognitu digniſſimam reddit b. Nöſſelt in diſput. ſupra laudata, illam puta, quod Samaritani, quum et ipſorum lingua patria eſſet Aramaica illa lingua ſancta, nullam aliam patriam linguam habebant, quae profana eſſet et a lingua ſancta recederet, Romani autem (10, 46) et Epheſii (19, 6), vbi ſacro furore incitati patria lingua loquebantur, linguam pronunciabant, a ſancta lingua diuerſam, adeoque ἑτεραις γλωσσαις loquebantur. Cf. ad 2, 4 et Excurſ. II.

v. 20. Grauiſſime illico increpat vehementiſſimus Petrus veteratorem illum, ſui tantummodo lucri ſtudioſum. Εις απωλειαν Hebr. imprecandi formula Dan. 2, 5. lat. abi in malam rem. Θεου, eius enim ope, non autem geniorum et daemonum auxilio haec perpetramus.

v. 21. Μερις η κληρος εν τ. λογ. τουτω, nihil tibi cum hac re (דבר הזה) commercii eſt, prorſus vt in Hebr. חלק נחלה 2 Sam. 20, 1. Grotius cum aliis: nulla tibi pars erit in vita aeterna, *quam nos praedicamus* εν τω λογω τουτω), ſeu: (εν pro δια του λογου τουτ.), *weil du ſol-*

 che

22 εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς
κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα
23 ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου· εἰς γὰρ
χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα.
24 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπε· δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ
ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ,
ὧν

che Reden führst. Sed prius praeferendum. Καρδια id. qu. επινοια (v. 22) *Absicht.*

v. 22. Ει αρα si cum Krebsio ad h. l. vertere simpliciter per *vt, damit*, (ita et εἰκώς Thucyd. 1, 45) addubitaueris, sensumque voculae simul adhaerere malueris alium, *difficultatem* rei simul indicari putato, aut dubitationem, num vere μετενοησε Simon: non autem dubitationem de gratia diuina peccata ignoscente, ne in argutiarum dogmaticarum laqueos, quibus hunc locum mirum quantum impedierunt, incidas.

v. 23. Χολη πικριας, fel amarissimum, indicat deprauatam animi naturam, qualis est natura cibi felle corrupti vel plantae venenatae Deut. 29, 18; Hebr. 12, 15, vbi vid. Συνδεσμος, nodus, vinculum, fasciculus; συνδ. αδικ. vt et Ies. 58, 6 innuit h. l. aut arctiorem coniunctionem omnino (Eph. 4, 3; Col. 2, 19; 3, 14), qua ille iunctus erat flagitiis, *vertraute Freundschaft mit der Bosheit* (Hesych. πλοκη, ὁμονοια), vel complexum et quasi fasciculum, ex omni αδικιας genere concretum et colligatum, vel denique nodos, vincula et quasi compedes flagitiorum, quibus quis adstrictus tenetur. Primum longe praefero. Dicitur autem Simon fuisse εις χωλην etc. i. e. εν χολῃ και συνδεσμῳ, quae est permutatio satis solita, supr. 7, 53. Matth. 19, 5 etc. *Ich sehe in dir einen bitterbösen Menschen, vertraut mit jedem Laster.*

v. 24. Υμεις emphatice. Nititur haec Simonis oratio satis vulgaribus istorum temporum notionibus, diras, quas alicui imprecamur, non posse effugi et declinari, nisi deprecante eodem, qui eas imprecatus fuerat; iustorum autem et piorum precibus multo lubentius annuere numen quam scelestorum, Terent. Adelph. IV, 5, 70.

Hactenus

ῶν εἰρήκατε. — Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ 25
λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς
Ἱερουσαλὴμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν
εὐηγγελίσαντο.

Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον, λέ- 26
γων· ἀνάστηθι καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν, ἐπὶ
τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς
Γάζαν·

Hactenus de Simone, quem credere fas est eundem fuisse, de quo Ios. agit Ant. 20, 7, 2. Is num vere ad Christianismum transierit, nec ne, aut num postea resipuerit, et in societatem denuo receptus sit, non liquet. Malo indubie consilio transiisse, si transiit, ad christ. rel. videtur, sc. ad pecuniam lucrandam, sed et Apostolos bene cauisse credere fas est, ne quid respublica christ. detrimenti inde caperet. Caeterum ob haec sola, quae nostro loco leguntur, non bene haereticis accensetur, atque inter eos primo loco nominatur. Convenientius paullum est, licet neque illud rei modo narratae prorsus conspirans, si hodienum eum, qui pecunia redimere munus ecclesiasticum tentat, Simoniae crimine inculpamus. Multa de hoc Simone legesis apud patres contr. haeret. e. gr. Iustin. Philastr. De fontibus autem, vnde hanc narrationem v. 9-25 hauserit Lucas, vid. Prolegomena.

v. 26. Iam et vltra Palaestinae limites propagatum Christianismum cernimus. Αγγελος Κυριου id. qu. Κυριος, quod promiscue vsurpari ad 8, 30 indicatum. Noli tamen confundere cum πνευμα v. 29 et 39. Mandata ergo diuina prophetae, doctores etc. accipere dici possunt vel a Κυριῳ vel ab αγγελῳ Κυριου. Probabiliter visione nocturna (vt 9, 10) per somnum hoc muneris, quod sequitur, Philippo iniunctum erat. Cf. *Eichhorn: Ueber die Engelserscheinungen in d. Ap. Gesch.* in eius Alg. Biblioth. Tom. 3, p. 385 sqq. Γαζα nobilissima vrbs et munitissima in terra Philistaeorum Ios. 13, 3; 1 Sam. 6, 17; disiecta ab Alexandro M. sed postea instaurata.

27 Γάζαν· αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνοῦχος δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς· ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ·

rata. Strabonis tempore adhuc deuastata iacuit, siquidem Lib. XVI ab eo vocatur μενουσα ερημος, et licet Philippi diaconi tempore iam fuisset instaurata incolisque plena, vocari tamen vel sic potuit ερημος, quia vel praesidiis et munimentis manserat nudata, vel duplex erat Gaza, altera vetus diruta, altera recentior, incolis referta. Vid. Reland. Palaest. p. 787. et Wetst. ad h. l. Diod. Sic. XIX, c. 80 et ibi Wesseling. Sed alii de via explicant illud ερημος, duplicemque viam Hierosolymis Gazam duxisse contendunt, alteram frequentem, alteram per loca deserta, vid. Bachiene Beschreib. v. Palaest. Th. 2, 5. Vtut explicaveris, glossa videtur esse, non Lucae, sed a sciolo aliquo serius addita, nullo tendens, nisi vim rei addere velis.

v. 27. Ευνουχος q. d. ευνην εχων (κατεχων, custodiens vt πολιουχος vrbem custodiens) cubicularius, cubiculo praefectus, deinde de quovis principum insigniore et potentiore ministro adhibetur, *Staatsminister*, h. l. de praefecto aerario thesauroque. Solebant esse euirati, cuiusmodi ministris alendis ad splendorem ostentandum admodum gauisos fuisse istis temporibus diuites, constat. Sed et alii ministri aulici, non euirati dicebantur eunuchi. Cf. de voce Fischer. de Vitiis Lex. N. T. Prol. 21, p. 494. Δυναστης non solum de summo principe (*Souverain*) adhibetur, sed et de quolibet potentiore, Ier. 34, 19; Gen. 50, 4. Ita et nobilissimi Atheniensium cives δυνασται vocabantur. Caeterum iunge ευνουχος δυναστης, vt alterutrum adiectiue sumatur, vel: potentissimus ευνουχος, vel praefectus, minister aulicus euiratus, quorum prius placet. Κανδακης τ. βασιλ. Αιθιοπων. Intelligitur Aethiopia superior, Aegypto versus meridiem adiacens, Meroe dicta, quae reginis paruit, quibus per longas annorum series nomen *Candaces* adhaesit. Plin. Hist. Nat. VI, 29 (non 35 vt est ap. Wetst.); Strabo I, 17; Euseb. H. E. 2, 1; Alexand. ab Alexandro genial. dier. Lib.

λὴμ, ἦν τε ὑποστρέφων καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ 28
ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἠσαΐαν.
Εἶπε δὲ τὸ πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ· πρόσελθε καὶ κολ- 29
λήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ. Προσδραμὼν δὲ ὁ Φί- 30
λιππος ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην
Ἠσαΐαν, καὶ εἶπεν· ἆρά γε γινώσκεις, ἃ ἀναγι-
νώσκεις; Ὁ δὲ εἶπε· πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή 31
τις

Lib. I, c. 2; cf. Michaelis spicileg. Geogr. Hebr. T. I, p. 180-189. Γαζης *thesauri, aerarii*, vox persica, vid. Curt. III, 13. Ὃς ἐληλυϑ. προσκ. εἰς Ἰερ. Hinc non iniuste colligitur, proselytum eum fuisse, a Iudaeis Aegyptiacis forsitan ad religiones Mosaicas adductum. Noli ergo pro gentili eum habere ob v. 31.

v. 28. Audiuerat fortasse Hierosolymis narrata sibi nonnulla de Iesu, qui Messiam se professus fuerat, de eius morte, resuscitatione etc. iamque reuoluebat sacra prophetarum effata, quaerens, num ea concinerent illis, quae de Iesu praedicabantur. Legit autem ea indubie ex versione LXX, in Aegypto etc. frequentatissima, quo facilius et Philippo, qui et ipse Hellenista erat, cum eo colloquium intercedere potuit.

v. 29. Εἰπε τε πνεῦμα sc. ἅγιον, principium illud diuinius, quod regebat moderabaturque omnia, ad rei christ. emolumentum facientia, cui et h. l. conuenientissime attribuitur cogitatio, Philippi mentem subiens, atque in commodum rei christ. vertens. Cf. Excurs. Κολλήθητι *applica te, propius accede*. c. 5, 13.

v. 30. Ἤκουσε ἀναγινώσκοντος. Clara ergo voce recitauerit eunuchus necesse est, qualis erat mos Iudaeorum legentium in Synagogis. Tacita lectio, qualem nos inter ambulandum suscipere solemus, forte non appellata fuisset voce ἀναγινώσκειν, sed προσευχεσϑαι (meditari, supra ad 1, 14). Caeterum plures seruos aut familiares in curru assedisse, coram quibus ea recitabat, probabile est. Γινωσκ. ἀναγινωσκ. paronomasia.

v. 31. Πῶς δυναίμην. Falso hinc concludunt nonnulli, Aethiopem illum gentilem fuisse,

τις ὁδηγήσῃ με; παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλιππον ἀνα-
32 βάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ. Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γρα-
φῆς, ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη· ὡς πρόβατον ἐπὶ
σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος
αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.
33 ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, τὴν δὲ
γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς
34 γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εὐνοῦχος τῷ
Φιλίππῳ εἶπε, δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης
λέγει

fuisse, Iudaismo non addictum. Verum ipse, vt aulicus, parum antea curauerat codicis sacri sensum, iam autem eis, quae de Iesu Messia Hierosolymis audiuerat, attentior factus, locum Ies. 53 euoluit, quem in Iesum quadrare suspicabatur quidem, sed ob varias tamen difficultates et nodos nondum clare satis et perspicue intellexit. Nolimus ergo putare, casu eum et fortuito in euoluendo cod. sacro in locum hunc delapsum esse. Παρεκαλ. Φιλ. quem indubie pro legis perito, Rabbino, γραμματει habuit.

v. 32. 33. Περιοχη vel *argumentum*, vel i. q. περιοδος, *locus*, פרשה. Cic. ad Attic. 13, 25. *Die Passage aber, welche er las, war diese.* Locus Ies. 53 prorsus ex LXX expressus est, si a minutioribus nonnullis transpositionibus etc. recesseris. Illius autem versionis a textu Hebr. discrepantia non h. l. sed ad explicationem των LXX copiosius explicanda. Siquidem in text. Hebr. est: מעצר וממשפט לקח ereptus est angustiis et iudicio: sed LXX legisse videntur potius: בעצרו משפטו לקח i. e. per angustias illas, quibus compressus fuit, iudicium (i. e. poena eius, κρισις pro κατακρισις) absolutum eique ademtum et sublatum est (ηρθη). Apud Bowyerum suadetur signum interrog. ponere post αυτου demum, q. d. "quis effabitur eius vitam, quum eius vita et memoria e terra sublata sit"? Alii: "quis eius aetatis nequitiam verbis describet"?

v. 34. Hoc sibi voluisse videtur eunuchus: "Verane sunt, obsecro, quae Hierosolymis

λέγει τοῦτο; περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περὶ ἑτέρου τινός;
Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξά- 35
μενος ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης εὐηγγελίσατο αὐτῷ
τὸν Ἰησοῦν. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδὸν, ἦλ- 36
θον ἐπί τι ὕδωρ, καί φησιν ὁ εὐνοῦχος· ἰδοὺ ὕδωρ·
τί κωλύει με βαπτισθῆναι; — Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος· 37
εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. Ἀποκρι-
θεὶς δὲ εἶπε· πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν
Ἰησοῦν.

VARIAE LECTIONES.

v. 37. Integer hic verſus deeſt in ABCG et 24 aliis ap. Wetſt. Griesb. et Birch. 7 ap. Matth. Verſ. Syrr. Arab. Copt. Sahid. Aeth. Slavon. ap. Alter. Theophylact. Oecumen. etc. Manifeſtum eſt additamentum, liturgiam aliquam eccleſiaſticam redolens, et dogmaticen ſapiens, vt indicetur conditio, ſine qua nemo ad baptismum poſſet admitti. Sed quam male illud dogma, licet noſtris temporibus veriſſimum, ad Apoſtolorum tempora adhibeatur vid. Perill. Eichhornii Commentat. Vom Einſegnen der Apoſtel.

ſolymis audiui, Ieſu aſſeclas hunc locum ad ſectae ſuae magiſtrum adhibere? num vere ad eum adhiberi poteſt"?

v. 35. Ἀρξάμενος κ. τ. γρ. τ. longo ſermone argumenta pro Meſſiana Ieſu dignitate deduxit, vt Petrus c. 2. 3; Stephanus c. 7, Paullus c. 13, ita tamen, vt non vlterius ἄνωθεν repeteret hiſtoriam Iudaeorum, ſed a tempore ſcripti huius oraculi Ieſ. *Er gieng von dieſer Stelle aus, legte ſie zum Grunde, und nahm Veranlaſſung daraus her, von Jeſu dem Meſſias, als von welchem die Stelle zu verſtehen ſey, zu reden.*

v. 36. De hoc fonte, quo baptizatus fuerit eunuchus, quique hodienum monſtratur, vid. Pocock. Reiſ. Tom. 2, §. 58; Michael. ad h. l. Τι κωλ. — βαπτισθ. Ergo et illud iam eunuchus Hieroſolymis audiuerit neceſſe eſt, Ieſum baptismo ciues ſuos inaugurari iuſſiſſe, ſicuti forſan et de Ioannis baptismo audiuerat.

v. 39.

38 Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα, καὶ
κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ, ὅ τε Φίλιππος
καὶ ὁ εὐνοῦχος, καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν. Ὅτε δὲ ἀνέ-
39 βησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν
Φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος,
ἐπο-

Rel. in Alg. Biblioth. III, p. 408, init. cf. ad 2, 41. Proſcribamus ergo e textu verſum integrum praeeunte S. V. Griesbachio, conſentientibusque omnibus fere intt, ex illa lege, quam in Prolegom. ad Tom. I, edit. Griesb. p. LXII, 8 legimus. — Rectiſſime monet S. V. Zieglerus in Comm. Über Zweck, Quell. u. Interpolationen der Ap. Geſch. in Gabl. n. th. Journ. 1801, St. 2, p. 153, in nullo N. T. libro plura additamenta inueniri, verboſioresque lectionum varietates, quam in Actis Ap. ſiquidem deſcribentes exempla librarii in locis viuebant, in quibus res in libro narratae ipſae acciderant. Et quia plura aut vere acciderant, aut accidiſſe tradebantur, quam a Luca conſignantur litteris, multi multa, quae aliunde cognouerant, de ſuo addebant attexebantque. Cf. c. 9, 5. 6; 10, 6. 21; 15, 18. 34; 18, 21 etc. etc.

v. 39. Inter πνευμα et Κυριου inſeruntur haec: ἁγιον επεπεσεν επι τον ευνουχον, αγγελος δε. Sed ex emendatione manifeſto, vt αγγελος Κυριου, non πνευμα Κυριου melius quadraret verſui 26 et iis, quae narrantur Bel et Drac. v. 36.

v. 39. Πνευμα Κυριου ἡρπασε τον Φιλ. i. e. "Noluit Philipp. indulgere precibus eunuchi, vt in Aethiopiam ſecum tenderet, licet ad ſummos ibi honores adſcendere potuiſſet, ſed ad alias Palaeſtinae vrbes properare ſatius duxit, vt in terra ſancta prima omnium ſpargerentur ſalutaris doctrinae ſemina." Iſtiusmodi autem cogitationes in euangelii incrementum obortas πνευματι Κυριου tribui, modo ad v. 29 ſcripſimus. Cf. Excurſ. Ita et itinera, quae ſuſceperunt Elias Ezechiel etc. diuini πνευματος conſilio ſuſcepta, ipſique πνευματι abrepti fuiſſe leguntur 1 Reg. 15, 12; 2 Reg. 2, 16; Ezech. 3, 12. 14; 8, 3. In libro Bel et Draco monſtroſius adhuc idea illa depingitur. Επορευετο γαρ, adeoque, Philippum non amplius videbat, vtpote intentus itineri et meditationi rei,

ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων. Φίλιππος 40
δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, καὶ διερχόμενος εὐηγγελί-
ζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς
Καισάρειαν.

Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς Cap.
τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου, προσελθὼν τῷ ἀρχιερεῖ IX, 1
ᾐτήσατο

rei, quae summo gaudio eum affecerat. — Caeterum Aethiopem hunc post reditum in patriam et alios ad rel. christ. adduxisse, tradit Euseb. II, 1; Iren. III, 12.

v. 40. Ἀζωτον, vrbem 15 milliaribus Gaza distantem, ad mare sitam, Reland. Palaest. p. 608. Ευρεθη εις Αζ. praegnans dictio, pro perrexit εις Αζ. και εκει ευρεθη, i. e. *fuit, versatus est.* Ita נמצא Esth. 1, 5. Τας πολ. πασ. in illo tractu sitas, Ioppen, Lyddam etc. Καισαρειαν, nobilissimam vrbem, ad mare sitam, sedem procuratoris Romani, vbi habitasse videtur Philippus c. 21, 8, si modo ibi de eodem sermo est.

Cap. IX, 1 noli nimis seiungere a prioribus: pergit enim eadem narratio, ciuitas christiana quo pacto ex alia parte incrementis adaucta, ex alia autem afflictionibus vexata sit; cf. ad 8, 3, quibus haec, quae sequuntur, iungi poterunt. Sensus: "Dum haec geruntur, sine intermissione saeviit illata christiano coetui a Saulo tempestas, grauioresque iam calamitates allatura videbatur, quum mirabile dictu! signo coelitus dato subito conticesceret." —

Accidit ergo res grauissima, quaeque immensa Christianismo incrementa attulit. Saulus infestissimus eius aduersarius in acerrimum eiusdem vindicem transmutatur: res mira et tantum non incredibilis habita, ad quam narratione repetendam et Saulus ipse, postea Paulus, identidem recurrit, tum in hoc nostro libro, tum in epistolis. Multa de memorabili hoc facto scripta prostant, seorsim promulgata, et nouissime a S. V. Ammon Erlang 1793. Perill. Eichhorn Biblioth. B. VI, St. 1; Ven. Schulz etc. quibuscum in grauissimis saltem momentis consentiens ipse explicationem in commentario perducam, aliaque in

2 ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγὰς, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερου-
3 σαλήμ. Ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι ἐγένετο αὐτὸν ἐγγί-
ζειν τῇ Δαμασκῷ, καὶ ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς

in Excursu adiiciam. — Εμπνεειν τινος, alias πνεειν τι in omnibus fere linguis animum indicat hoc illoue affectu etc. plenissimum, sibique non temperantem. Supernacua est coniectura ap. Bowy. εμπλεως. Ετι, *noch immer*, additum, ad nectendam narrationem capiti 8, 3. Απειλ. και φονου per hendiad. explicari possunt.

v. 2. Δαμασκος, nobilissima Syriae vrbs in confiniis Palaestinae (cf. ad 7, 43) et ob id immensa Iudaeorum, non vnam sed plures ibi synagogas frequentantium multitudine referta Ios. B. I. 2, 20, 7; 7, 8, 7. Huc potissimum tendit, via per Samariam et Galilaeam ducente, quia ibi laetius iam, quam versus meridiem, effloruerat Christianismus. Istos ergo Palaestinae tractus perpurgare animus fuit, sed quia Christianos e Palaestina Damascum, vtpote vrbem proximam, confugituros facile suspicabatur, et ibi eos conquirere statuit. Hunc in finem sibi expetit επιστολας (*Creditive, Vollmacht*) a Synedrio, quia per se talia audere nequibat. Sed ne vel sic quidem trucidare poterat Christianos, vt qui non procuratoris Rom. sed synedrii tantummodo auctoritate ageret, sed non nisi vinculis constringere atque ad caussam dicendam Hierosolymam ducere et synedrio tradere, cf. Prolegomena. Ὁδος. Tam vita, quam doctrina, quae viuendi rationem tradit, cum via comparatur: ergo et *christ. religio.* Cf. Schleusn. Lex. voce ὁδ. no. 9. Ita et c. 19, 9. 23; 22, 4; 24, 14. Lucian. in Hermotim. p. 577, ἁπασης ὁδου πεπειραμενος εν φιλοσοφιᾳ. Articulus autem της ὁδου pro ταυτης ὁδ. (c. 22, 4) demonstratiue positus est, vid. Glass. Gramm. sacra, Tract. 2, Can. 1, p. 169. Alii vertunt: *in itinere*, pro: κατα την ὁδον, quod non ferendum.

v. 3. Φως de fulgure intelligo, praesentioris numinis, vt multa alia phaenomena, symbolo. Ex. 19, 16;

φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν 4
ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με
διώκεις; Εἶπε δέ· τίς εἶ, Κύριε; ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· 5
ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις. Ἀλλὰ ἀνάστηθι 6
καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι τί

σε

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Pro αλλα αναστηθι textus vulgaris multo verbosius ita legit in v. 5 et 6. σκληρον σοι προς κεντρα λακτιζειν. 6. Τρεμων δε και θαμβων ειπε· Κυριε, τι με θελεις ποιησαι; και ὁ Κυριος προς αυτον· Αναστηθι etc. Sed sunt eiusmodi additamenta otiosa et inutilia (Cf. Var. Lect. ad 8, 37). magnam partem ex c. 22, 10; 26, 14 innecta, inueniunturque adeo in Verss. Vulg. Arab. polygl. Aeth. Armen. probantibus inter alios et Wolfio, Boltenio etc. Sed pro omni ista farragine breuiorem lectionem αλλα αναστ. exprimunt A B C E et 53 alii ap. Wetst. Griesb. et Birch. 10 ap. Matth. Syr. Copt. Arab. Erp. Sahid. Slavon. Chrysost. probantibus Grotio, Beza, Erasmo etc. etc.

16; Apoc. 4, 5; Virg. Aen. 8, 524; Ouid. Fast. 3, 367. Cf. ad c. 2. c. 4, 31 et alibi. Tonitrua autem et fulgura in valle illa, quae Damascum ducebat, grauissima fuisse dicuntur.

v. 4. Πεσων, tam ictu fulminis, quam terrore percussus. Φωνην tonitru, in quo tamen mens eius male et iniuste factorum sibi conscia, atque in itinere grauiora adhuc animo versans verba increpantia audire sibi visa est.

v. 5. Multae cogitationes animo vehementissime perculso voluuntur seque inuicem excipiunt. Id autem ex sublimiore istius aeui dicendi genere per colloquium exprimitur, vid. statim postea, Gen. 3, et sexcenties alias. Εγω ειμι etc. vehementior ergo phantasia non solum increpantia verba exaudiit, sed videre etiam eundem Iesum ipsum, cuius regnum deuastaturus erat, quasi ante oculos stantem, sibi visa est. Κυριε vulgaris allocutio, qua ignotum compellamus.

v. 6. Omnis consilii, quid faciendum sit, expertem se Saulus cernit. In eodem loco, vbi humi prostratus iacuit, rem deliberare nequibat. Conuenientissimum ergo

7 σαι δεῖ ποιεῖν. Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ
εἱστήκεισαν ἐνεοὶ, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ
8 θεωροῦντες. Ἠγέρθη δὲ ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς·
ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐδένα ἔβλεπε,
χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν,
καὶ

ergo duxit, vrbem Damascum intrare, ibique, quid facto opus esset, circumspicere. Et haec eius cogitationes, quas secum volutabat, sistuntur vt consilia, per φωνην illam, quam iam a Iesu ipso audire sibi videbatur, ipsi suppeditata.

v. 7. Ενναιοι, *obstupefacti*, Suidas αφωνοι, εξεστηκοτες, Act. 22, 9 εκφοβοι, sc. tam ob naturae terrorem ipsum, quam quod Saulum humi prostratum cernebant. Της φωνης, tonitru: al. vocem articulatam intelligunt. Μηδενα θεωρουντες, siquidem illi rudiores forsan, serui, lictores, non eadem praua conscientia agitari poterant, quam Saulus doctior acriorique phantasia commotus. Nam etiamsi et hi mala inferre statuerant christianis hominibus, non nisi ministerium suum adhibebant Saulo domino. (Similia narrantur Dan. 10, 7. Et profana numina non omnibus apparent, sed tantummodo deliciis suis, veluti Iliad. α, 198, cf. Elsner ad h. l.)— Non ergo vere oculis, sed phantasia tantummodo vidisse Iesum Saulus existimabitur, quod iam Vitringa aliique veteriores intt. praetulerunt. Caeterum adest discrimen quoddam inter hanc narrationem et c. 22, 9, vbi contraria narrari *videntur*, quod conciliare sibi ad eum locum allaborabimus: neque enim huc sed isthuc pertinet ea disquisitio.

v. 8. Ουδενα εβλεπε, vel quia praeteriit phantasma ipseque sibi quasi redditus erat, vel, quod praeferendum, quia fulminis fulgore acies oculorum praestricta et occaecata erat: iamque ουδενα non solum ad Ιησουν, quem in phantasia viderat, spectat, sed ad praesentes socios omnes, quorum neminem videbat: vidit omnino ουδεν, quod, et legunt nonnulli, sed ex correctione, vt videtur. Δε idcirco.

v. 9.

καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγεν 9
οὐδὲ ἔπιεν.

Ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ, ὀνόματι Ἀνα- 10
νίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν ὁράματι·
Ἀνανία. ὁ δὲ εἶπεν· ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε. Ὁ δὲ Κύριος 11
πρὸς αὐτόν· ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν
καλουμένην εὐθεῖαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦ-
λον

v. 9. Τρεις ἡμερας. Tantopere aciem oculorum affecerat fulgur. Erat occaecatio et amaurosis ex luce nimia subito exorta. vid. Dissertatio Coruini de amaurosi, praeside *Ploucquet* Tubingae habita, 1789. Caeterum per illud triduum meditationibus super tam memorabili re, quam sibi accidisse compertus erat, occupatus fuisse (προσευχεσθαι v. 11) videtur, vnde (non autem ob morbi gravitatem) a cibo potuque abstinuit, ad fouendam meditationem, ex more illorum hominum, veluti c. 10, 10. 30; Matth. 4, 2. etc.

v. 10. Ananias hic, Iudaeus antea ευσεβης, omniumque bonorum laude insignis (c. 22, 12), iam autem ad Christi castra transgressus (μαθητης), haud dubie Hierosolymis, quum festi celebrandi caussa ibi adfuisset, aut alibi, de Saulo hoc, grauissimo Christianismi persecutore multa audiuerat; iamque fama de eis, quae formidatissimo huic hosti prope vrbem acciderant, per vrbem percrebescens et ad Ananiam peruenerat, qua re inductus ille, moderante div. prouidentia ea accidisse, tentandamque esse viam aliquam, qua, huic phaenomeno insistendo, ad christianas partes traduci idem possit, licet anxius et fluctuans existimavit. Iam quae mente is secum perpendit, in somniis eadem apparent, quae vt colloquium (ad v. 5) exprimuntur. Κυριος Iesum designat. Caeterum, quae de hoc Anania, vlterius non cognito, incerta et fabulosa narrat traditio, merito reticemus.

v. 11. Ῥυμην ευθειαν viam rectam, *auf die sogenannte grade Strasse.* Ιουδας notissimus istius vrbis Damasci vici, incola fuisse videtur, vnde nil additur. Sauli tamen

12 λον ὀνόματι, Ταρσέα, ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται, καὶ
εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι Ἀνανίαν εἰσελθόντα
13 καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα, ὅπως ἀναβλέψῃ. Ἀπε-
κρίθη δὲ Ἀνανίας· Κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ
τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις
14 σου ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ
τῶν

men nomini additur Ταρσεα, vt indicetur idem ille, qui tantis malis coetum christ. afflixerat. Προσευχεται, meditatur, ad v. 9 et c. 2, 14. Sensus: non iam est amplius grauis ille aduersarius, iam anceps est et fluctuans, vtram partem sequatur: adeo eum perculit phaenomenon: restat nil nisi vt caussa extrinsecus ei allata dubia propulset et ad Christianismum eum adducat. Quid quod

v. 12 oraculo monitus est per somnium etc. te esse eundem illum, qui valetudinem restituere et per hoc beneficium (ad 8, 6) ad Christum adducere ipsum possit. — Proxime fidem est, Ananiam hunc, dum adhuc Iudaeorum sacris addictus esset, notissimum fuisse Saulo (c. 22, 12), eidemque et compertum fuisse, Ananiam hunc ex fuga Christianorum (c. 8, 1 - 4) Damascum petiisse. Neminem ergo sciebat, qui dubitantem se et fluctuantem confirmare conuenientius posset. Huic igitur se confidere statuit, resque perpetua cogitatione animo perpensae et in somniis eidem apparent, quae et h. l. sub colloquio sistuntur. Volunt quidem nonnulli, Ananiam Saulo antea incognitum fuisse, adeoque h. l. dictum esse ανδρα ονοματι Ανανιαν, quum alias debuisset esse σε. Sed cogitemus, h. l. in somnio narrari aliud somnium, cuius voces quis ad aurificis stateram appendere vellet? Continuata autem Κυριου in somno loquentis haec esse verba, citra dubium videtur, licet nonnulli aliam narrationis partem inde ordiri existiment.

v. 13. Απο πολλων sc. ανθρωπων, non, vt quidam supplent, ημερων iam dudum. Ἁγιοι Ιησου nomen honorificum christianorum ad imitat. Hebr. חסידי יהוה.

v. 14. Και ωδε. "Sed nec Hierosolymis solum, sed et in hac vrbe etc." Sensus: Res

τῶν ἀρχιερέων, δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους
τὸ ὄνομά σου. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος· πο- 15
ρεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος, τοῦ βαστά-
σαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν
τε Ἰσραήλ· ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ, ὅσα δεῖ 16

αὐτὸν

Res est difficillima et periculi plena, tum neque dignus esse videtur ille christ. nominis aduersarius, cuius caussa tantum operae suscipiatur.

v. 15. Remouentur dubia: animusque additur. Σκευος εκλογης i. e. σκ. εκλεκτον. Ex notissima metaphora doctrina comparatur aedificio et oeconomiae, 1 Tim. 3, 15: atque, quum in aedificio adesse debeant σκευη, supellex, et in doctrina eadem adsint necesse est; quibus indigitantur doctores, quorum ope doctrina seruatur, sicuti adhibenda supellectile conseruatur oeconomia. Ita ap. Hebr. כלי. Sohar Exod. fol. 87, col. 356 ad verba Ruth II, 9. "Iusti vocantur vasa seu instrumenta Domini." Polyb. in excerpt. de virtutt. et vitiis p. 1402: Δαμοκλῆς — ὑπηρετικον ην σκευος — πολλας εχων αφορμας εις πραγματων οικονομιαν. Βαστάσαι. Inhaeret tropo: res oeconomicae vasibus huc illuc circumferuntur: per Saulum autem tanquam vas circumferenda et offerenda erat vbique gentium doctrina christ. Sunt, qui pessime ad στιγματα illa Gal. 6, 17 h. l. respiciant, quibus cuti inusserit notas nominis I. C. adeoque idem vbicunque locorum circumtulerit, Ies. 44, 5.

v. 16. Sensus videtur eo redire: "namque vere eum in remotissimas gentes mittam et coram principum tribunali apparere iubebo." Quia vero multis ibidem calamitatibus eum affectum iri praeuideri poterat, sensum eum ita exprimit: "ostendam illi, quanta mala iam exhaurienda sint ipsi sibi, qui antea aliis calamitates inflixerat. Tu ergo, Anania, non est, quod eum adire reformides." Forte eiusmodi cogitationes iam ante somnium animo volutauerat Ananias, doctrinam Sauli et dexteritatem licet vel maximam non tamen omnes aduersariorum iniurias ab eo propulsaturam esse.

17 αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν. Ἀπῆλθε δὲ
Ἀνανίας καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ ἐπιθεὶς ἐπ'
αὐτὸν τὰς χεῖρας εἶπε· Σαοὺλ ἀδελφὲ, ὁ Κύριος
ἀπέσταλκέ με, Ἰησοῦς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ, ᾗ
ἤρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς καὶ πλησθῇς πνεύματος
18 ἁγίου. Καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν
αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, ἀνέβλεψέ τε καὶ ἀναστὰς ἐβα-
19 πτίσθη, καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν, ἐγένετο δὲ
— ὁ Σαῦλος: μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν ἡμέ-
ρας

VARIAE LECTIONES.

v. 19. Ὁ Σαυλος. Hoc nomen, quod text. vulg. addit, deeſt in ABCE, 5 aliis ap. Wetſt. Griesb. et Birch, pluribusque vtriusque familiae verſionibus. Ex lectionariis, quae nouam hinc ſectionem incipiebant, inuectum videtur. Proſcribantur eadem et v. 26.

v. 17. Εισηλθ. οικ. ſc. Ιουδα illius, v. 11. Επιθεις: duplici h. l. de cauſſa, tum ad ſanandos oculos tum ad impertiendum πνευμα; vid. ad Hebr. 6, 2. Αδελφε "tu primum nunc dulciſſimo hoc fratris nomine mihi compellate etc." Caeterum plura his locutum eſſe Ananiam et res poſtulat, et Cap. 22, 14 ſq. narratur.

v. 18. Λεπιδες ſquamae. Ad ſenſum deſcribitur viſus reſtitutio, quaſi deciderint humores in oculis arefacti; ita et Tob. 11, 13. Ita αχλυς απ' οφθαλμων αἱρεται apud Hom. ſaepiſſime, e. gr. Il. ε, 127. Caeterum oculorum haec ſanatio, licet naturali modo contingere potuerit, (vid. Eichhorn über die Bekehr. P. zum Chriſtenth. Biblioth. B. 6, St. 1, p. 16, et Excurſus), indubie tamen h. l. ab auctore ita narratur, vt a legentibus miraculoſe exiſtimetur eſſe inſequuta. Inſulſe autem nonnulli de animi caecitate i. e. prauitate cogitant, quae, intercedente Anania, ſublata ſit.

v. 19. 20. Ενισχυσε h. l. neutraliter ſeu reciproce accipe, התחזק Gen. 48, 2; cf. 1 Macc. 7, 25 etc. Arrian. III, 24. Non ergo eſt, quod cum quibusdam legatur ενισχυθη. Abſtinuerat per triduum a cibo, quo verius de re meditari poſſet, de qua anceps adhuc

ρας τινάς, καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε 20
τὸν ~Χριστὸν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἐξί- 21
σταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες καὶ ἔλεγον· οὐχ οὗτός
ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἰερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμέ-
νους τὸ ὄνομα τοῦτο; καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει, ἵνα
δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς ἀρχιερεῖς; Σαῦ- 22
λος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰου-
δαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων,
ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.

~ Ἰησοῦν Ὡς

VARIAE LECTIONES.

v. 20. χριστον. Ita lect. vulg. "Doctrinam de *Messia* promulgauit." Sed pro eo legendum ιησουν: "demonstrauit, *Iesum* esse illum Messiam." Habent ergo lectionem ιησουν ABCE, 8 alii ap. Wetst. Griesb. et Birch. 2 ap. Matth. Syrr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Slavon. probantibus Grotio, Clerico, Millio, Bengelio, Moro, Griesbachio etc. Sed χριστον propugnat Wolfius, contendens, id inprimis fuisse probandum, quod Christus seu Messias fuerit filius Dei, neque merus homo. Sed nemo facile eidem adstipulabitur, siquidem id a paucis negabatur.

adhuc haerebat et ambiguus. Iam autem per Ananiam vere persuasus, diuinitus eam sibi accidisse, non opus ducebat, abstinere vlterius ad fouendam meditationem a nutrimentis. Εγενετο δε, expunge illud ὁ Σαυλος, vid. Var. lect. verbaque prioribus arctius iunge. De eodem tempore loquitur et Paulus Gal. 1, 16. Τον Ιησουν, Iesum hunc, neminemque alium esse filium Dei i. e. Messiam.

v. 21. Πορθειν *infestare*, dicitur tum de *hostibus*, tum de *feris* (vt λυμαινεσθαι c. 8, 3).

v. 22. Ενεδυναμουτο sc. firmissima de Messiana Iesu auctoritate persuasione. Atque cum hac persuasione creuit et παρρησια: nam quo magis attonitos eos videbat, eo fortius insistere eis docendo refutando, argumentisque rem suam comprobando conabatur, atque ita tandem prorsus συνεχυνε,

23 Ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναὶ, συνεβουλεύ-
24 σαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν (ἐγνώσθη δὲ τῷ
Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν) παρετήρουν τε τὰς πύλας
25 ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι. Λαβόν-
τες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς καθῆκαν διὰ τοῦ τεί-
χους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι.

Παρα-

confundebat obstupefaciebatque eos, non comprehendentes, tam hostilem rei christ. aduersarium iam strenuum eiusdem vindicem redditum esse. Συμβιβάζων. Innuit vox *coniungere*, veluti animos, id. qu. *reconciliare*, h. l. subaudi: argumenta, estque *argumenta argumentis iungere aliudque ex alio deducere*, i. e. *docere*, argumentisque commonstrare. Hesych. συμβίβασις, πεισις, διδαχή, cf. ad Col. 2, 2. — Hactenus memorabilis historia conuersionis Pauli, de qua plurium intt. sententias vid. in Excursu.

Quum paulisper (ἡμέρας τινάς) Damasci adhuc commoratus esset Saulus, extemplo in Arabiam, i. e. eos Arabiae tractus, qui Damasco finitimi adiacentes Aretae ethnarchae patebant, perrexit, cuius itineris P. Gal. 1, 17 sqq. mentionem aliquam, at Lucas h. l. nullam, facit. Quamdiu ibi versatus sit ignoramus, forsan paucissimis tantummodo diebus mensibusue. Nam mox reuersus est Damascum, perque triennium fere (Gal. 1, 18) ibidem commoratus; diutiusque forsan ibi degisset, ni insidiis petitus fugam capessere satius duxisset, quo facto nunc demum Hierosolymam petiit (v. 26. Gal. 1, 18).

Ἡμέραι ἱκαναὶ indicant tum illud temporis spatium, quod in Arabia confecerat, tum illud, per quod reuersus inde Damasci degerat, ergo triennium, Gal. 1, 18. Non ergo pugnat ἱκαναὶ ἡμ. cum ἡμ. τινὰς v. 19. Indicatur potius inde, lacunam hic aliquam in historia Paullina adesse. Alii tamen alio modo illud ἱκαναὶ cum τινὰς conciliare frustra annisi sunt. Cf. Ziegler über Quellen etc. der Ap. Gesch. ap. Gabl. n. th. J. 1801, 2. p. 150.

v. 24. 25. Facilius construentur singula, si parenthetice legantur ea, quae vncis inclusimus, quod et ap.

Παραγενόμενος δὲ ὁ Σαῦλος εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπει- 26
ρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς, καὶ πάντες ἐφο-
βοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες, ὅτι ἐστὶ μαθητής.
Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν ἤγαγε πρὸς τοὺς 27
Ἀποστόλους. Καὶ διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ἐν τῇ ὁδῷ
εἶδε τὸν Κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν
Δαμασκῷ ἐπαῤῥησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ.

Καὶ

ap. Bowyerum fuadetur. Πυλας fc. vrbis, non domus. Iuffu id et auctoritate ethnarchae Aretae factum effe, qui, rogantibus indubie Iudaeis, cuftodiam ad vrbis portas collocauerit, difcimus ex 2 Cor. 11, 32. 33, vbi huius rei mentionem facit Apoftolus. Poft παρετηρουν ergo fubaudiendum erit vel στρατιωται, vel Ιουδαιοι, quia eos lubentiffime operam fuam contuliffe probabile eft, aut quia Aretas forte ne milites quidem miferat, fed Iudaeis Damafcenis tantummodo id muneris iniunxerat. Τειχους per feneftram (θυριδα) domus alicuius, proxime ad murum vrbis adiacentis 2 Cor. 11, 33; Iof. 2, 15.

v. 26. Nunc demum, non ftatim poft conuerfionem, Hierofolymam tendit (*primum* iter Hierofolymitanum), veritus forfan, ne, fi illico rediiffet, illecebris Synedrii ad Iudaifmum reduceretur, aut grauioribus affligeretur perfecutionibus. Iam autem poft triennium recentem rei memoriam dilapfam effe fperabat. Cf. Gal. 1, 16. 17.

v. 27. Sed mutata eft rerum facies: nam quum antea ne cum Chriftianis quidem hominibus Saulo vlla intercedere poffet familiaris confuetudo, iam Apoftolos ipfos adeo adire et cum eis conuerfari contigit, idque ope ac minifterio Barnabae eiusdem, qui iam 1, 23 et 4, 36 memoratus erat, vbi vide, quique forfan iam antea Saulum illum cognouerat. Επιλαβομενος αυτου vel: *hofpitio eum excipiens*, vel omnino: *opem ei ferens, protegens, fich feiner annehmend*, vel ex pleonafmo additum eft, *er nahm ihn und introducirte ihn bey d. Apofteln:* primum placet. Και διηγησατο fc. Saulus, non Barnabas, quod maiori interftinctione indicaui. Ὁτι ελαλ.

28 Καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος
ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ παῤῥησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι
29 τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς
30 Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν. Ἐπι-
γνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν,
31 καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς Ταρσόν. — Αἱ μὲν οὖν
ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας
καὶ Σαμαρείας εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πο-
ρευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει
τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπληθύνοντο.

Ἐγένετο

ελαλ. forte: ὅ, τι, quod ap. Bowyerum ſuadetur. Παρρησιαζειν, infr. 13, 6; 14, 3 etc. cum παρρησια λαλειν επι τῳ ονομ. (4, 18).

v. 28. 29. Εισπορ. και εκπορ. innuit familiariſſimam conſuetudinem. Ελαλ. και συνεζητου (6, 9) ſynonym. h. l. Ἑλληνιστ. Iudaeos, qui extra Palaeſtinam degebant, tumque Hieroſolymis aderant, vid. ad 6, 1. Cum eis plurimum rei habiturus erat, quia graecae linguae peritus, et ad gentes conuertendas iter erat ſuſcepturus: adeoque in illis potiſſimum redarguendis dialecticen exercet. Legunt quidem nonnulli Ἑλληνας, ſed manifeſto ex permutatione c. 11, 20.

v. 30. Καισαρειαν, vt ibi nauem praeſtolari poſſet, quae eum in patriam Tarſum reduceret; eſt ergo εξαπεστειλαν non *miſerunt*, ſed *dimiſerunt a ſe* (*ſie lieſſen ihn nun von ſich, überlieſſen ihn ſich ſelbſt, um ſich nach ſeinem Vaterlande hinzuſchaffen*). Ταρσος, ſeu Ταρσοι, Xen. Exped. Cyr. I, celeberrima Ciliciae vrbe, ad mare ſita, patria Sauli, 11, 25; 22, 3. In remotiore hoc terrarum angulo a perſecutionibus tutiorem feliciora inter ſuos tempora exſpectare eum potuiſſe exiſtimabant. Et h. l. breuior eſt rei narratio, copioſior c. 22, 17, vbi intercedente viſione aliqua diuinitus immiſſa ad celerrimum Hieroſolymis abitum parandum excitatur.

v. 31 continere mihi videtur totius narrationis, inde a cap. 8, 3 (vbi vid.) deductae concluſionem, ſenſu hoc:

Ἐγένετο δὲ Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας Λύδδαν. 32

Εὗρε

hoc: "iamque quum grauissimus christ. nominis aduersarius non vlterius esset timendus, pax afflictis antea ecclesiis reddita est et quies." Οικοδομουμεναι adeoque firmiorem indies reddere poterant suum statum et stabiliorem. De hac re, non de aedificatione interna, intellectus morumque emendatione h. l. sermonem esse, recte monuit Morus. At πορ. εν φ. Κυρ. ad vitam integram scelerisque puram spectare videtur, licet et illud de cultu externo intelligat idem Morus, quem palam exercuerint, nemine prohibente, quod tamen non placet. Παρακλησις animorum erectio et confirmatio, quae πν. αγ. tribuitur, vnde et παρακλητος audit. *Sie bekamen durchs πνευμα immer mehr Muth und Zutrauen zu sich selbst und zu ihrer guten Sache.* — Aliter explicat Ven. Bolten, qui participia pro infinitiuis ex Syriasmo posita, et nouas ecclesias indicatas esse putat, quae indies surrexerint: "Iam, nullo vetante, nouas ecclesias condere et perficere in christiana τελειοτητι licuit." Nescio, quare ita existimet, quum vulgaris sensus sit accommodatissimus. Dignius cognitu erit, adesse et aliam lectionem in singulari: η μεν ουν εκκλησια κ. ο. τ. Ι. κ. Γ. κ. Σ. ειχεν ε. οικοδομουμενη κ. πορευομενη τ. φ. τ. Κ. -- επληθυνετο, qua tamen lectione et ipsa, si vera esset, intelligendae forent collectiue omnes ecclesiae per Iud. Gal. et Sam. dispersae, et vnum tanquam efficientes corpus. Cf. ad c. 13, 1. Sensus ergo non immutatur.

---

v. 32 sqq. Alia infit sectio. Itinera Petri, cuius historia inde a c. 5 conticuerat, per Palaestinam ad promulgandum Christianismum. Quae adhuc in rei christ. incrementum egerat Petrus c. 2-5, acciderant in vrbe Hieros. ipsa. Iam relicta vrbe et prouincias inuisit, ecclesiasque non tam condit, quam conditas (fortasse a Philippo diacono) confirmat, asseclas nouo coetui adducit, tandemque in vrbem reuertitur. Perducuntur haec vsque ad c. 11, 18, et hoc ordine procedunt: 1) narrantur quae *Lyddae*, 9, 32-35. 2) quae *Ioppae*, v. 36-fin. peregerat, tandemque 3) quo pacto *Caesareae* Cornelium centurionem

33 Εὗρε δὲ ἐκεῖ ἄνθρωπόν τινα, Αἰνέαν ὀνόματι, ἐξ ἐτῶν
ὀκτὼ κατακείμενον ἐπὶ κραββάτῳ, ὃς ἦν παραλελυ-
34 μένος. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Πέτρος· Αἰνέα, ἰᾶταί σε
Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ἀνάστηθι καὶ στρῶσον σεαυτῷ· καὶ
35 εὐθέως ἀνέστη. Καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ κατοι-
κοῦντες Λύδδαν καὶ τὸν Σαρωνᾶν, οἵτινες ἐπέστρεψαν
ἐπὶ τὸν Κύριον.

Ἐν

rionem Roman. ad Christum conuerterit c. 10. 4) vt *Hierosolymam* redux memorabilissimum hoc factum aliis exposuerit. c. 11, 1-18. — Quae Lyddae et Ioppae ei acciderant, breuissimis afferuntur, at multo copiosius, quae Caesareae peregerat, quia Iudaeis, adeoque et auctori eius documenti, vnde haec reddidit Lucas, mira res videbatur, omniumque fidem excedens, et gentiles ad Messiae beneficia admitti posse.

Caeterum optime ea h. l. innectit Lucas, tum quia de eadem re agunt, cuius mentionem fecerat v. 31, incrementis puta rei christianae, tum quia circa idem forte tempus acciderant.

Petrus Lyddae. Δια παντων sc. τοπων, μερων. Versatur iter Petri, quatenus h. l. nobis narratur, inprimis circa illas regiones, in quibus Philippus diaconus Christ. rel. semina sparsisse legitur c. 8. Λυδδα, vicus in tribu Ephr. 15 milliar. ab vrbe distans, nec procul a mari sita. Ios. Ant. 20, 5, κωμη, πολεως το μεγεθος ουκ αποδεουσα: vocabatur et Diospolis.

v. 33-35. Αινεας nomen Graecum, vnde Hellenistam eum fuisse, vlterius non cognitum, probabile est. Ιαται σε Ιησους ὁ Χριστ. Non ego, sed Iesus, qui vere Messias est, valetudinem tibi restituit, id. qu. c. 3, 6 εν ονοματι etc. Στρωσον sc. lectum, quem tibi antea strauerant alii. Signum recuperatae valetudinis. Σαρων erat fertilissima regio campestris et pascuosa circa Lyddam et Ioppem vsque ad Caesaream patens, Ies. 33, 9; 1 Paral. 5, 16; 27, 29. Cf. Hieronym. in Ies. l. c. Lightfoot, Bochart., Reland. Palaest. p. 370. Οἵτινες επεστρεψαν vel plusquamperfect. qui antea a Philippo diac. conuersi erant, vel subaudi και ante επεστρ.: iidem-

Ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια ὀνόματι Ταβιθά, 36
ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἦν πλή-
ρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν, ὧν ἐποίει.
Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν 37
αὐτὴν ἀποθανεῖν· λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν
ὑπερῴῳ. Ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδης τῇ Ἰόππῃ, οἱ 38
μαθηταὶ ἀκούσαντες ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ,
ἀπέστειλαν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦν-
τες

iidemque, his argumentis inducti et conciliati conuerterunt ſe.

v. 36 - fin. *Petrus Ioppae.* Ιοππη, celeberrima Palaeſtinae vrbs, ad mare ſita, hodie Iaffa dicta. Μαθητρια Chriſti fidem amplexa, vt μαθητης ſaepiſſime chriſtianum hominem indicat. Ταβιθα — δορκας. Vox צבי indicat 1) decus 2) capream ſylueſtrem, Gafellam, quae ob pulchritudinem laudari vulgo ſolebat, vnde in prouerbium abiiſſe: "eſt tam pulchra, quam Gaſella", auctor eſt Shaw in Zuſätze etc. p. 174. Iam eſſe debuiſſet הצבי ſeu aramaice צביא, ἡ δορκας. Sed quum apud Aram. Syr. et promiſcue adhibeantur צ et ת, emergit formula חביא et חביתא. Erat autem iſtiusmodi nomen tunc temporis admodum receptum, vid. Lightfoot Hor. Hebr. c. 18 et Wetſten. ad h. l. ſicuti omnino nomina ab amabilibus placidisque animalibus deſumta attribuere mulieribus conſueuerant. Ita et Rahel denotat ouem, Egla vitulum etc. Αγαθων εργων i. e. liberalitatis, beneficentiae, Matth. 26, 10; 1 Tim. 5, 10. Explicatur per additum ελεημοσ. vnde inſulſiſſime nonnulli explicant de texturis eius ſcite et cum dexteritate factis.

v. 37. Λουσαντες. De lavandorum et vnguentis condiendorum, verbo polligendorum mortuorum more ſolito vid. ad h. l. exemplorum farraginem ap. Wetſt.

v. 38. Δυο ανδρας deſunt in nonnullis. Μη οκνησαι modeſtiam exprimit vt Matth. 8, 8.

v. 39.

39 τες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν. Ἀναστὰς δὲ
Πέτρος συνῆλθεν αὐτοῖς, ὃν παραγενόμενον ἀνή-
γαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶ-
σαι αἱ χῆραι κλαίουσαι καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶ-
νας καὶ ἱμάτια, ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ
40 Δορκάς. Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος,
θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο· καὶ ἐπιστρέψας πρὸς
τὸ σῶμα εἶπε· Ταβιθὰ, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε
τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον
41 ἀνεκάθισε. Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα ἀνέστησεν αὐτήν,
φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας παρέστησεν
42 αὐτὴν ζῶσαν. Γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς
Ἰόππης, καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον.
Ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν Ἰόππῃ
παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ.

Ἀνὴρ

v. 39. Χῆραι κλαιουσαι, quas tot beneficiis affecerat mortua. Χιτων. και ἱματ. cuiusmodi operibus incumbere mulierum omnium erat: illa autem in egenorum vsum occupata fuisse videtur.

v. 40. Εκβαλων. Non vehementius, sed leniter prensata manu, vt et Matth. 9, 24 explicandum: *er bat sie, sich einen Augenblick zu entfernen.* Haud dubie, vt eo impensiores numini preces adhibere posset, si nullo praesentium lugentiumque strepitu esset interpellatus. Postea

v. 41 eosdem reuocauit, maxime χηρας, quae, vtpote egenae, eius in vitam reditum enixissime optauerant.

v. 42. Βυρσευς seu βυρσοδεψης coriarius: vel casu accidit, quod opificii nomen additum sit, vel ad distinguendum hunc Simonem a Simone Petro ipso, c. 10, 5. 6. Caeterum opificium illud despicatissimum apud Iudaeos erat. Ketuboth fol. 77, 1.

Vtrumque factum tum illud v. 32-35, tum hoc v. 36 - fin. indubie ita narratum a Luca sistitur, vt miro et

Cap. X, 1 Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ, ὀνόματι Κορνήλιος, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς,
2 εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντός.

Εἶδεν

et insolito rerum euentu accidisse lectoribus persuaderetur. Dignissimum tamen magistro suo, qui similia miraculose effecerat, et h. l., vt c. 3, se gerit Petrus, tum quod miraculis suis beneficia in miseros confert, tum quod vi et auctoritate eiusdem, et cum precibus impensissime summo numini adhibitis ea perpetrat. Plura de his vid. in Excursu.

Cap. X, 1. *Petrus Caesareae.* Res narratur, inter grauissimas memorabilissimasque, quae vnquam acciderant, habita a Iudaeis, qui, sicuti omnia insigniora Iouae beneficia, ita et munera Messiae, e Iudaeorum gente enati, ad nullam aliam gentem, nisi ad Iudaeos pertinere vllo modo posse persuasissimum sibi habebant. Iam autem ecce et gentilis, Cornelius Romanus, ad Christianismum admittitur. Res profecto miranda ex istius aeui opinionibus, omnemque fidem excedens, Rom. 11, 33. Atqui vere acciderat, negarique haudquaquam potuit. Hinc accidit, factum tam memorabile non nude narrari, breuibusque absolvi, sed per magnas ambages circumduci: siquidem res narrabatur, tanto apparatu dignissima. — Καισαρεια ad 8, 40. Ibi plurimi Romani degebant, quia vrbs erat sedes procuratoris Rom. Ἑκατονταρχης centurio, officium militare non admodum insigne. Σπειρα cohors, decima pars legionis, 450–600 militibus constans. Nominibus solebant distingui, cf. 27, 1, et haec audiebat Italica, quia forte collecta erat ex militibus ex Italia oriundis. Ita et legiones ipsae nominibus suis appellabantur, vt *fulminatrix*, *Italica*, Tac. Hist. I, 59. Cf. Schwarz. Diatrib. de cohorte Italica et Augusta. Altorf. 1720 et omnino scriptt. antiqu. Rom.

v. 2. Ευσεβης και φοβ. τ. Θ. 1) quemlibet pium sanctumque numinis cultorem ex quacunque tandem gente indicat. 2) Si a scriptt. Iud. dicitur,

3 Εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς, ὡσεὶ ὥραν ἐννάτην τῆς ἡμέρας, ἄγγελον τοῦ Θεοῦ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν καὶ

dicitur, Iudaicos Iouae cultores eo indicari par est. 3) Si opponitur Israelitis, indicantur proselyti portae, qui, licet sine circumcisione, ad cultum Iouae Israelitarum accesserant, vt c. 13, 16, vbi plur. vide. Hoc loco prima signific. valet. Παντι τω οικω. Noli splendidam multorum Romanorum ministrorum aulam h. l. intelligere, fere vt Phil. 1, 13, sed priuati hominis familiam pluribus paucioribusue hominibus constantem. Τω λαω, Iudaeis, quorum nationem adamauit. Δεομ. τ. Θ. *assiduus in precibus meditationibusque* (v. 4. 30) innuit, aeque ac Φοβ. τ. Θεον pium numinis cultorem.

Ex his et similibus indiciis appellationibusque volunt multi intt., Cornelium fuisse proselytum, e gentilibus Romanorum religionibus ad Iudaeorum sacra sine circumcisione transgressum, quod et placuit *Herdero*, S. V. *Paulus* in progr. de consilio Act. Ap. etc. Verum si ita res se habuissent, non tam arripuisset, opinor, perculissetque Apostolos, et Cornelium quoque in christ. societatem receptum fuisse: neque dixisse putandus esset Petrus ea, quae dixit v. 28; neque τα εθνη etc. v. 45; 11, 3. 18 essent diserte nominata. Paganum ergo fuisse Cornelium statuimus; cf. Mori prael. ed. Dinndorf. p. 261, sed pium et rectum numinis veri cultorem, adeoque et Iudaeorum nationi, quae veriorem numini fidem adhibebat, fauentem (vt et ille Centurio Luc. 7, 4. 5), forsitanque iam id agentem, vt relictis patriis religionibus ad sacra Iouae accederet, adeoque assiduis precibus meditationibusque in hanc rem occupatum etc. Tam grauem autem rem meditanti, accedente singulari visione, in mentem venit, non ad prisca et antiquiora Iudaeorum sacra accedere, et catholicae et orthodoxae ecclesiae se adiungere, sed amplecti protinus Iudaeorum sacra, a Iesu purgata et a discipulis eius Galilaeis tradita. Ita factum est, vt non Iudaicae religionis, sed christianae cultor existeret. Quod qua ratione acciderit, narratur

v. 3. Siquidem audierat indubie de noua illa secta, deque acerrimo eiusdem vindice, Petro, qui circa id tempus in Caesareae vicinia tot

καὶ εἰπόντα αὐτῷ· Κορνήλιε. Ὁ δὲ ἀτενίσας 4
αὐτῷ καὶ ἔμφοβος γενόμενος εἶπε· τί ἐστι, Κύριε;
εἶπε δὲ αὐτῷ· αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημο-
σύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Καὶ

tot σημεια ediderat, et nouissime se Ioppae praestiterat tam beneficum. Itaque quum in eo esset vt Iudaeorum signa sequeretur, et ad transitum illum se praepararet ieiuniis, religioseque seruatis publicarum precationum horis, anceps diu ac fluctuans, num antiquiora Iudaeorum an recentiora nouae societatis christ. placita amplecteretur, in ecstasin (11, 5) incidit, et ex coelitus misso sibi nuntio ea ipsa admoneri sibi videbatur, ad quae iam antea procliuiorem animum reddiderat sobria rei meditatio, scil. vt ad nouam protinus sectam accederet, ad quem transitum operam et ministerium Petri in vicinia degentis adhibere in promtu esse. Videtur ergo omne hoc colloquium (cf. c. 9, 5) cum angelo nil indicare, nisi animum ob propositum, ad Christianismum accedendi Petrumque accersendi laetissimum. vid. EICHHORN *Über die Engelersch. in d. Ap. Gesch.* Biblioth. B. III, St. 3. p. 391 sqq. Plura vid. in Excursu. Φανερως nil indicat, nisi ecstasin fuisse fortissimam viuidissimamque. Ἐνάτῃ circa tempus sacrificii vespertini (ad c. 3, 1).

v. 4. Κυριε, ad 9, 5. Μνημοσυνον omne id, quod alicuius rei memoriam conseruat. In specie ita vocantur ap. LXX Leuitarum *sacrificia*, oblata Deo, ne obliuiscatur hominis sacrificia offerentis. Hebr. אזכרה Leuit. 2, 16 etc. Εις μνημοσ. לאזכרה *loco, instar* sacrificii. Sacrificiis autem preces et aliis in locis conferuntur, e. gr. Apocal. 5, 8. Iam quia fumus sacrificiorum et suffitus *adscendit* in coelum, et preces, sacrificiis comparatae, *adscendisse* in coelum dicuntur, vt et Apocal. 8, 3. 4. Targum. Esth. 5, 1. "Illa nocte *ascendit* recordatio Abrahami, Is. et Iacobi coram patre coelesti." Ενωπιον τ. Θεου, לפני יהוה praegnanter dictum pro "ascenderunt in coelum et venerunt ante Deum." *Deine Gebete sind gleichsam als wie ein Opferrauch zum Throne Gottes gestiegen.* Sens. "Preces tuae gratae Deo et acceptae

5 Καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετά-
6 πεμψαι Σίμωνα, ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος· οὗτος
ξενίζεται παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ, ᾧ ἐστιν οἰκία
7 παρὰ θάλασσαν. Ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ
λαλῶν τῷ Κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν
αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούν-
8 των αὐτῷ, καὶ ἐξηγησάμενος αὐτοῖς ἅπαντα
ἀπέστει-

VARIAE LECTIONES.

v. 6. In fine verficuli post θαλασσαν adduntur in textu vulgaris ουτος λαλησει σοι τι σε δει ποιειν, damnanda tamen et profcribenda, fiquidem defunt in ABCE et multis aliis ap. Wetft. Griesb. et Birch., in 9 aliis ap. Matth. in Verff. Syrr. Ambb. Copt. Armen. Slavon. ap. Alterum. Facile apparet, ex c. 9, 6; 10, 32: feu 22, 10 inuecta ea effe. Tum eft huius additamenti lectio ipfa tam varia tamque parum fibi conftans, vt vel inde reiiciendum fit, cf. Griesb. Prolegom. p. LX.

acceptae fuerunt." Cf. v. 31. Omnia ex anthromorphismo dicta effe apparet. Addunt nonnulli intt., alludi h. l. ad Iudaeorum opinionem, has preces hominum tanquam fuffitum portari per angelum coram Deo, Apocal. 8, 4; Tobiae 12, 12. Elleh Schemoth Rabb. fect. 21 "— angelus, qui precibus praeficitur, portat omnes preces, — — et imponit eas capiti Dei." Iis ergo videtur angelus Cornelio apparens id dixiffe: "ego portaui preces tuas coram Deo." Sed et prior illa fimplicior interpretandi ratio locum habet, mihique praeferenda videtur. "Gewifs, dachte er, mufs der Kampf, den du bey deinen Betractungen und Meditationen (προςευχαι. ad I, 14) mit dir felbft kämpfteft, ob du nicht lieber, ftatt zum Judenth. überzugehen, zum Chriftenthume gleich übergehen wolleft, Gott wohlgefällig gewefen feyn. Die Vorfehung giebt dir dazu den deutlichften Wink, indem grade *der* Mann in der Nähe ift, der etc. Auf, lafs ihn fogleich holen etc."

v. 5 - 8. *Οικια παρα θαλασσ.* Coriariorum enim domicilia notiffimis ex rationibus prope aquam, tum extra vrbem

ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἰόππην. Τῇ δὲ ἐπαύ- 9
ριον ὁδοιπορούντων ἐκείνων καὶ τῇ πόλει ἐγγιζόν-
των, ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα, προσεύξασθαι,
περὶ ὥραν ἕκτην· ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ 10
ἤθελε γεύσασθαι. Παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων
ἐπέ-

bem eſſe ſolebant. Ευσεβη non: *ad Iudaeorum religiones transgreſſum*, ſed: *pium probumque*, vt v. 2. Προσκαρτερειν τινι, *apparere, miniſterio praeſto eſſe alicui.* Demoſth. in Neaer. Ὡς δ. απηλθ. ὁ αγγελ. i. e. quum finita ecſtaſi ad ſe ipſum rediiſſet.

v. 9. Iam in ecſtaſin perſimilem illi, quam habuerat Cornelius, incidit et Petrus ipſe; quod h. l. diſerte additur v. 10, eodemque cauſſarum nexu ex rerum natura accidit, ſiquidem vterque ieiuniis (v. 10. 30) precibusque et meditationibus (v. 9; 11, 5; 10, 2. 4. 30) erat feſſus. Nolimus tamen praeſentioris numinis vim in his non agnoſcere, qua rem ita moderante accidit, vt circa idem tempus, faventibus omnibus temporum locorumque opportunitatibus, vtriusque animus ad iſtiusmodi viſiones exaltaretur. vid. Perill. Eichhorn *Über das Geſicht des Apoſt. Petr.* in Biblioth. B. 3, St. 3, p. 420 ſqq; cf. Excurſus. Δωμα (Matth. 24, 17) eſt υπερωον illud, de quo vid. ad 1, 13. Ὡρα ἑκτη, vbi מנחה גדלה offerebatur, cf. ad 3, 1.

v. 10. Προσπεινος, *valde* eſuriens: προς intendit rem. Indubie ieiunauerat antea. Γευσασθαι de prandio, quod circa eas horas ſumebatur, ſpeciatim dicitur. Euſtath. ad Odyſſ. β. το αριστον εστι το κοινως λεγομενον γευμα. Heſych. πειρασαι, ἅψασθαι. Παρασκευαζειν et hoc in primis de apparatu ad prandium vſurpatur. Athenaeus Lib. VII, cap. 1. Εκστασις a voce εξισταν (ad c. 8, 9) ille animi ſtatus, quo a corpore quaſi deiectus eſt (2 Cor. 12, 1-3), rerumque circumiectarum nil percipit, ſed profunda cogitatione merſus, proprio quodam conatu nititur et ſuo, et in ſublimioribus contemplandis verſatur. Eiusmodi autem εκστασις ſiſtebatur vt vis proxime a numine illata, quae numinis vis επιπιπτει (10, 44 alibi), *ingruit.* Quae ergo ſequuntur, nonniſi imagina-

11 ἐπέπεσεν ἐπ᾽ αὐτὸν ἔκστασις, καὶ θεωρεῖ τὸν
οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον — ἐπ᾽ αὐτὸν:
σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς
12 δεδεμένον καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ
ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς καὶ τὰ θη-
ρία καὶ τὰ ἑρπετὰ καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ,
13 καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτὸν· ἀναστὰς, Πέτρε,
14 θῦσον καὶ φάγε. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε· μηδαμῶς,
Κύριε· ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρ-
τον.

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Επ᾽ αυτον: desunt in ABGE, 8 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 2 ap. Matth, multisque versionibus. Lectio inconstans, siquidem legitur etiam επ᾽ αυτῳ, et vel inde damnanda.

ginationi Petri obuersata fuisse apparet, non autem vere accidisse.

v. 11. 13. Σκευος non solum *vas fictile* innuit, sed *quoduis vtensile*, h. l. *linteum magnum*. Αρχαι extremitates: ita Exod. 28, 23; Herod. 4, 60, neque est, quod coniecturam ap. Bowyer. admittamus: ακροις. Παντα populariter, vt aiunt, accipiendum: cuiusuis generis, tam munda quam immunda. Videre autem indubie sibi visus est et eiusmodi animalia, quae in Palaestina non degebant.

v. 14. Κοινον et ακαθαρτον synonym. denotat cibum Iudaeis vesci vetitum. Prohibuerat scil. lex Mosaica, vt notissimum est, cultores suos ab animalibus quibusdam aliisque cibis comedendis (Leuit. c. 10; 11 etc.), quia in istis terrarum tractibus valetudini insidiosi essent, lepramque excitarent. Ea quia immundos reddebat homines, cibi ipsi, eam procreantes, dicebantur immundi, ακαθαρτοι. Iidem autem cibi contemtim etiam nominabantur κοινοι, quia eis vescebantur omnes populi promiscue, non itidem populus Deo sanctus. Abstinebant tamen ab ipsis non Iudaei solum, sed et christiani ex Iudaeis conuersi, *immemores* praecepti Christi Matth. 15, 10. 18; Marc. 7, 14 - 23.

τον. Καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτόν· ἃ 15
ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο 16
ἐπὶ τρίς, καὶ πάλιν ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν
οὐρανόν.

Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διεπόρει ὁ Πέτρος, τί ἂν εἴη 17
τὸ ὅραμα ὃ εἶδε, καὶ ἰδοὺ οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλ-
μένοι ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου, διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν
Σίμωνος

14 - 23. Neque enim placet cum Michaele ita explicare locum, quasi Petrus innuat, se auersari cibos incognitos sibi, neque vnquam gustu exploratos.

v. 15. Κοινου i. e. h. l. κοινον νομιζε vid. Glass. Grammat. sacr. Tr. 3, Can. 15, et Casaubon. ad Theophr. Char. VIII. Hesych. μη ακαθαρτον λεγε. Eo, quod ipse ego Ioua de coelo haec animalia tibi comedenda demitto, satis declaratum volo, et tibi, licet populo sanctiori adscripto, iisdem vesci licere.

v. 16. Επι τρις pro τρις simplic. Ita Polyb. 3, 28; Theocrit. 17, 71.

v. 17. Διεπορει εν ἑαυτῳ. *Secum* dubitabat. Alii post ἑαυτῳ subaudiunt γενομενος, vt c. 12, 11. "Quum ex ecstasi ad se ipsum rediisset dubitassetque", quod durissimum est, nisi diserte addideris inter ἑαυτῳ et διεπορει vocem εγενετο, vt est in Cod. Cantabrig. Potuit sane Petrus verbotenus intelligere praecepta visionis, atque existimare, sibi et omnibus, qui ad christ. societ. transiissent, iam non religiosius seruandum esse ciborum discrimen, atque comedere ipsis licere etiam cum gentilibus. Sed potuit et aliam significationem habere symbolicam illud ὁραμα, illam puta: "nullam gentem, quae sub sole est, κοινην, impuram, indignamque fauore et beneuolentia diu. iudicato, sed omnes ευσεβεις gratos Deoque acceptos; adeoque neque commercium cum hominibus gentilibus fugito, eosue a christiano coetu excludito." (Nimium tamen agunt, qui singulas imaginis partes contra omnes interpretandi regulas ad proprietatem reuocantes linteum illud ecclesiam designare credunt, acutiusque quaerunt, quaenam natio hoc illoue animan-

tium

18 Σίμωνος ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα· καὶ φωνή-
σαντες ἐπυνθάνοντο, εἰ Σίμων ὁ ἐπικαλούμενος
19 Πέτρος ἐνθάδε ξενίζεται. Τοῦ δὲ Πέτρου διενθυ-
μουμένου περὶ τοῦ ὁράματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ πνεῦμα·
20 ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσί σε· ἀλλὰ ἀναστὰς κατά-
βηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος,
21 διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς. Καταβὰς δὲ Πέ-
τρος πρὸς τοὺς ἄνδρας — τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ
τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτόν: εἶπεν· ἰδοὺ ἐγώ εἰμι,
22 ὃν ζητεῖτε· τίς ἡ αἰτία δι' ἣν πάρεστε; Οἱ δὲ
εἶπον· Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ
φοβού-

VARIAE LECTIONES.

v. 21. Τους απεσταλμενους απο του Κορνηλιου προς αυτον. Ita textus vulgar. quem et Bengel. expressit. Sed desunt ea in ABCDE, 56 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch, 6 ap. Matth. Verss. Syrr. Arabb. Copt. Aeth. Armen. Vulg. It. Est quoque lectio et ipsa varia et inconstans, adeoque damnanda.

tium genere sit indicata). At Petrus nescius et dubius, quem sensum visioni attribuat, subito soluta dubia videt. Διερωτησαντες, quum percunctando inuenissent (*ausgefragt hatten*) domum Simonis, sc. coriarii.

v. 19. En iam, cogitabat Petrus, hos viros non casu et fortuito aduenientes; sed ad dubia tua soluenda visionisque vim et sensum interpretandum praesentes. Iam id, quod cogitabat, dixisse ei dicitur πνευμα, quod vel indicat Petri ipsius animum et πνευμα, vel, quod ob εγω απεσταλκα v. 20 praeferendum, illud πνευμα et principium, quod in qualibet re ad rempubl. christ. augendam valente praesens adest, vid. ad c. 8, 29, et in Excursu.

v. 20. Μηδεν διακρ. nulla tibi iam sit religio, cum gentilibus familiariorem consuetudinem iniisse.

v. 22. Ὁλου emphatice pronuncia. Εχρηματισθη oraculo admonitus est, vid. ad Hebr. 8, 5.

v. 24.

φοβούμενος τὸν Θεὸν, μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου
τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέ-
λου ἁγίου, μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐ-
τοῦ, καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ. Εἰσκαλε- 23
σάμενος οὖν αὐτοὺς ἐξένισε. Τῇ δὲ ἐπαύριον +
ὁ Πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς, καί τινες τῶν
ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ Ἰόππης συνῆλθον αὐτῷ. Καὶ 24
τῇ ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς τὴν Καισάρειαν· ὁ δὲ
Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτοὺς, συγκαλεσάμενος
τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους.
Ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον, συναντήσας 25
αὐτῷ ὁ Κορνήλιος πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνη-
σεν· Ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε λέγων· ἀνά- 26
στηθι· κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. Καὶ συνομι- 27
λῶν αὐτῷ εἰσῆλθε καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας

\+ ἀναστὰς πολλοὺς

VARIAE LECTIONES.

v. 23. Post επαυριον addendum vulgari textui est αναστας, quod est in ACDE, 13 aliis ap. Wetst. Gr. et Birch. 3 ap. Matth. Syrr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Vulg. It. Chrysost. Theophylact. admittente in textum S. V. Griesbachio.

v. 24. Τῃ επαυριον. Quarto igitur post visionem Cornelii die Caesaream aduenit Petrus. Siquidem eadem die versus vesperam (hora nona visionem habuerat Cornel. v. 3.) missi nuncii altero die tempore meridiano (v. 9) Ioppen adueniunt, hospitioque excepti postridie demum (v. 23) regrediuntur cum Petro, et insequenti die (v. 24) Caesaream intrant. Αναγκαιοι φιλοι sunt *amici familiarissimi*, in quo sensu probando nimius h. l. est Kypkius. Conuocauerat eos, quia rem grauissimam iudicauit, celebrioremque reddere voluit.

v. 25. Πεσων - προσεκυνησεν, ad honorem summum, qualem numini adhibere solemus, ei adhibendum, vid.

 ad

28 πολλούς, ἔφη τε πρὸς αὐτούς· ὑμεῖς ἐπίστασθε,
ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ
προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε
μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον·
29 διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθείς· πυν-
30 θάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με; Καὶ
ὁ Κορνήλιος ἔφη· ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύ-
της τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐννάτην
ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ
ἔστη

ad Phil. 2, 10. Nam licet et regibus aliisque nobilioribus hominibus eundem incurvandorum genuum honorem praestare solebant populi orientales (השתחוה). Romani tamen etc. nonnisi numinibus id honoris tribuebant. Cf. c. 14, 11 seqq.

v. 28. Αλλοφυλοι, oppos. ὁμοφυλ., vocabantur Philistaei, Ios. Ant. 9, 5, 3, deinde omnes extra Iudaeorum religionem degentes, Ios. Ant. 9, 6, 6. Cum his, vt hominibus κοινοις et ακαθαρτοις, familiaritatem aliquam habere αθεμιτον apud Iudaeos habebatur, non quidem ex lege Mos. sed ex decretis sapientum, quae pari in honore habebantur. Hoc autem satis compertum erat caeteris nationibus, adeoque et Romanis, qui ob id ipsum irridebant hanc Iudaeorum fastuosam superbiam; ergo bene dicere potuit: ὑμεις επιστασθε. Και, sed. Hic ergo illucescit Petro sensus phaenomeni, quod in ecstasi viderat, iamque non amplius διαπορει (v. 17) διενθυμειται (v. 19), sed omnia dubia dissipantur.

v. 29. Τινι λογῳ non Hebr. solum, sed et bene graece ita dicitur, vt ap. Polyb. Antepone autem επι, vid. Schöttg. ad Lamb. Bos. p. 349.

v. 30. Μεχρι ταυτ. τ. ὡρ. "vsque ad istud temporis momentum, quo in ecstasin abreptus div. nuntium videbam, horam nonam", quod statim sequitur, et h. l. per prolepsin dictum est. Alii male volunt: "vsque ad eam horam, qua Petrus aduenerat." Itaque per 4 integros dies meditatum se de

ἔστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, καί φησι· 31
Κορνήλιε εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχὴ καὶ αἱ ἐλεη-
μοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Πέμ- 32
ψαν οὖν εἰς Ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι Σίμωνα,
ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος· οὗτος ξενίζεται ἐν οἰκίᾳ
Σίμωνος βυρσέως παρὰ θάλασσαν, ὃς παραγενό-
μενος λαλήσει σοι. Ἐξαυτῆς οὖν ἔπεμψα πρός 33
σε· σύ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος· νῦν οὖν
πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρεσμεν, ἀκοῦσαι
πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα εἶπεν· ἐπ' ἀλη- 34
θείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπο-

λήπτης

de ſuo ad Iudaiſmum tranſitu, et a cibi potuue (non omnis, ſed largioris) vſu abſtinuiſſe profitetur. Cf. ſupra ad v. 3, init. Καὶ ἰδοὺ etc. iam repetit narrationem rerum antecedentium. Iſtiusmodi repetitiones vetuſtiſſimi aeui ſcriptoribus familiariſſimae ſunt, occurruntque ſaepe in Geneſi, v. c. c. 24, 2-15 coll. 37-47, in Homero ſexcenties, ſed et apud ſeriores ſcriptores Hebr. 2 Reg. 1, 3. 4 coll. 6, et in noſtro libro h. l. et c. 11, 4-14; c. 22, 6 etc.

v. 31. Εἰσηκούσθη - ἐμνήσθησαν. En hic rectiſſimam explicationem verborum v. 4.

v. 32. Ὃς παραγ. λαλ. σοι forſan et h. l. tollenda ſunt, cf. var. lect. ad v. 6.

v. 33. Καλῶς ἐποίησας ſolita formula gratias agendi. Cf. Wetſt. ad h. l. Πάντες ἡμ. Centurionis igitur exemplum in amplectenda rel. chriſt. ſequi ſtatuerant affines et amici omnes.

v. 34. Iam et hanc ſcenam ſolenniorem ex more ſuo oratione illuſtrat Petrus, non quidem exhortante, vt c. 2 et 3, ſed laudante et confirmante. Eſt autem et in hac oratione, vt in Petrinis fere omnibus, aſperum et incultius dicendi genus, multis Hebraiſmis etc. inhorrens, ſed vel ob id ipſum

35 λήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβού-
μενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην δεκτὸς
36 αὐτῷ ἐστι. Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς
Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χρι-
37 στοῦ, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος. Ὑμεῖς οἴδατε τὸ
γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμε-
νον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, μετὰ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐκή-
ρυξεν

et aliunde clare testificans, ex imo animi sensu orationem esse depromtam, vnde et effectu faustissimo haudquaquam caruit. Eo autem redit argumentum et ita se excipit: 1) Nunc demum vere persuadeor, de quo antea ambigebam, gentiles quoque ad Christianismum posse admitti v. 34. 35. 2) ad Christianismum inquam, cuius commendandi caussa insignes rerum euentus coram nobis testibus produxit numen, v. 36 - 42, 3) quique omnibus eum cum fide amplectentibus anteactorum peccatorum veniam spondet. v. 43. — Επ' αληϑ. καταλαμβ. Ergo nunc demum visione ea v. 11 - 16, et eis, quae insequuta sunt, maxime quae narrat Cornelius v. 30 - 33, inductus persuadetur Petrus. Namque etsi iam Matth. 28, 19; Marc. 16, 15. 16 eadem a Iesu ipso audiuerat, oblitterauerat tamen Iudaici particularismi superbia tam salubrium praeceptorum memoriam: Cf. ad 2, 39. Προσωποληπτης personarum discrimen respiciens, vox hellenist. de qua vid. Pott. ad Iac. 2, 1. Cf. Deut. 10, 17. Δεκτος dignus beneuolentia diu. ergo et transitu ad beneficia Messiae.

v. 36. 37. Iam insigniora capita doctrinae christ. quae potissimum in persuasione de historicis euentibus constitisse nouimus, hinc percenset breuissime; quod idem et in omnibus aliis orationibus persuasoriis factum inuenimus. Τον λογον. Misere se torquent intt. quibusnam vocibus hunc accusatiuum adstruant. Subaudiunt alii κατα τ. λογ. et vel prioribus iungunt versum, vel sequentibus: "quod ad illum λογον attinet, ὀν απεστ. —, scite vos ipsi (v. 37)" etc. Quod si Grotius dictum putat pro ὀν λογον, alii pro ὀν legere suadent ὡς

ρυξεν Ἰωάννης· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς 38
ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει,
ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς
καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ Θεὸς
ἦν

ως. Kypkius autem κυριος adiectiue sumit, parum inde tolli difficultatem in aprico est. Vtut construxeris verba, manebit anacoluthon, in dictione Petrina non insolitum; nisi eam explicationem nobiscum praetuleris, quam tamen interstinctione indicare dubitauimus, qua τα: ουτ. ε. π. Κυρ. vncis includuntur, interpunctio ante v. 37 deletur, et τον λογον iungitur cum υμεις οιδατε, post οιδατε autem ponitur comma vel colon, vt το γεν. ρημα etc. per appositionem ad τον λογον dicatur. Αποστελλειν λογον שלך דבר praegnanter dictum condere doctrinam, hominesque αποστελλειν, qui eam diuinitus sibi creditam hominibus promulgent. Ειρηνη h. l. pacem inter Iudaeos et gentiles (Eph. 2) indicare videtur. Ουτος - Κυριος vel ad edocendum Cornelium adduntur, vel, quod praefero, est doxologiae genus, quales non ad D. patrem solum, sed et ad Iesum referuntur, Rom. 9, 5; 1 Io. 5, 20. Cf. Beytr. zur Beförd. d. theol. Wiss. u. n. test. Exeg. B. 2, p. 73.

Kypk. κυριος ad λογος refert haec doctrina est omnium potissima, durissime, si cum τον λογον iunxeris. Ῥημα appos. ad λογος. λογος erat doctrina ευαγγελισθεισα, ρημα sunt facta ipsa, quae ista doctrina comprehendebantur. Γαλιλ. non sine caussa addit, sed vt ostendat Cornelio, etiam Galilaeos, quos ob stoliditatem risui haberi scire poterat, dignos habitos esse, ex quorum patria exiret salutaris doctrina. Μετα το βαπτ. Ιωαν. Is enim erat terminus, a quo ordiebatur christ. rei historia, 1, 22; infantia Iesu praetermittitur. Cf. EICHHORN, über die drey erst. Evangel. Biblioth. B. 7, St. 5, p. 776.

v. 38. Χριειν perinde ac βαπτιζειν (ad 1, 5) indicat largiter aliquid alicui tribuere (Io. 3, 34), inhaerente simul honoris notione, quo afficimus aliquem, siquidem honoris caussa oleo inaugurabantur reges, vngebantur hospites etc. Vel est: publice eum declarauit diu. legatum, impertito ei πνευματι. Δυναμει, vt effectu πνευματος;

39 ἦν μετ' αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες πάν-
των, ὧν ἐποίησεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ
ἐν Ἱερουσαλήμ· ὃν καὶ ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ
40 ξύλου. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ,
41 καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι, οὐ παντὶ τῷ
λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ
τοῦ Θεοῦ, ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίο-
μεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν·
Καὶ

ματος; requisita prophetarum, Luc. 1, 17. Ies. 61, 1. Ὃς διηλθ. *qui quidem* (dem zu folge) circumiit. Id sibi vult: "tam largiter πνευμα impertiuit Iesu Deus, vt posset circumire etc. Καταδυναστευειν vel *imperare alicui omnino*, neglecta vi praepositionis κατα, vt in verbis similibus Matth. 20, 25, vel, retenta ea, *seuerum in aliquem imperium exercere*, Exod. 1, 13; 6, 7. Hesych. βιαζειν. Cf. Wessel. ad Diodor. 13, 73. Posterius praef. *oppressos maleque vexatos*. Διαβολου, id. e. morbis grauissimis, insania, rabie etc. quales morbi daemonibus malis hominem insidentibus, et eorum principi diabolo adscribebantur. Quam tamen paruum momentum in dogmatice hic locus pariat, notum est. Cf. e. gr. Döderl. Inst. Dogm. I, 2. Exc. 1. Alii tamen male aliter explicant veluti Krebsius, Loesnerus de iis, qui sub crudelissimae seruitutis (peccati, legis Mosaicae) imperio ingemiscunt. — Quoad constructionem versiculi monendum, accusatiuum Ιησουν pendere ab οιδατε v. 37, et per appos. dictum esse et hoc; illud autem: Ιησουν, ὡς εχρ. αυτον, durissimam esse constructionem Hebr., sed vel idcirco non mutandam, vt mutant quidam, veluti Kypkius, qui το: ὡς abundare credit etc.

v. 40. Εδωκεν αυτον, vt Hebr. נָתַן, ita instituit, vt et post resurrectionem suis appareret ab eisque agnosceretur, 1 Cor. 15, 5-8; 1 Ioh. 1, 1.

v. 41. Προκεχειροτονημ. antea designatis et quasi suffragio electis. Nil aliud innuit, quam: iam dudum voluit diu. prouidentia, vt *nos* essemus resurrectionis I. C. testes. Ratio autem cur Iesus non omni populo appa-

Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ, καὶ δια- 42
μαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ
Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. Τούτῳ πάντες 43
οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν
διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς
αὐτόν — —.

Ἔτι

apparuerit, h. l. non est enucleanda; falsa autem et indignissima illa, quam affert Lactant. IV, 20, 1. Cf. Winkleri Philologemata Lactant. sacra. p. 406. Συνεφ. και συνεπιομ. Luc. 24, 41; Io. 21, 12. Μετα το αναστ. iung. vel c. συνεφ. κ. συνεπ. vel, quod tamen durius est, cum εμφανη γεν. v. 40, vt sequentia parenthetice legantur.

v. 42. Ὅτι αυτος εστι etc. i. e. eum esse verum Messiam, cuius fata incipiunt inde a baptismate Ioannis, finiuntur autem iudicio illo, quod in μεγαλῃ illa ἡμερᾳ in ζωντας και νεκρους exercebit. Eodem recurrit et oratio Pauli c. 17, 31. Pars ergo h. l. pro toto, pro omni Mess. I. C. dignitate posita esse videtur: de specialiori enim illo iudicio exponit quidem Iesus Matth. 25, 31 sqq. et, si manis, etiam Io. 5, 25 sqq. etc. sed nusquam id dogma prae aliis doctrina tradere Apostolis iniungit. Nam Matth. 28, 19; Marc. 16, 15 de omni euangelio sermo est.

v. 43. Τουτῳ μαρτυρουσι i. e. 1) hunc testimonio suo et effatis suis laudant, approbant, 2) adeoque cum hoc eiusque placitis consentiunt. Posteriori sensu h. l. accipio. Ita fere μαρτυρειν c. dat. saepius obuenit Luc. 4, 22; 11, 48; Io. 3, 26 et ap. profanos quoque. Παντες προφηται sc. V. T. vt c. 3, 24. Populariter autem est sumendum, nec nimis ad mathematicam certitudinem reuocandum. Παντα πιστ. εις αυτον, *omnes* (emphatice: ex quacunque tandem gente originem ducant), doctrinam eius nomine et factis profitentes. Αφ. αμ. λαβ. peccatorum *anteactorum* veniam consecuturos Deoque gratos fore et acceptos. Δια του ον. αυτου pro simplic. δι' αυτου, per internam doctrinae eius vim et indolem, non autem per sacrificia externasque caerimonias.

Eate-

44 Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούον-

Eatenus autem cum Christi hac doctrina, per fidem *conuenientemque fidei vitam* consequi nos peccatorum veniam, *conspirant* prophetae, quod saepenumero iidem, sacrificia Levitarum non sufficere, imo, obedientiam Deo gratiorem esse profitentur. Ita facillime fluit locus, quem sponte sua variis laqueis impediuerunt intt., inuenientes non in omnibus prophetis, sed in nonnullis tantummodo loca, in quibus et ipsis non diserte haec eadem afferuntur, sed non nisi similia, vt Ier. 31, 34. Debemus autem hanc explicationem S. V. ECKERMANNO theolog. Beytr. Th. 2, p. 159 sqq. qui locos V. T., in quibus cum Christi doctrina conspirat, affert hosce; Ps. 40, 7-9; 50, 8-15; Ies. 1, 16. 17; Ezech. 18, 21. 22: quibus tamen adiungi possunt multa alia, veluti 1 Sam. 15, 22 etc. — Quod si tamen *consentiendi* notionem verbo μαρτυρεῖν inesse dubitans, solam testificandi, laudandi vim in eodem inueneris, conuenientissime *aut* eo respicies, quod saepissime de futuro Messia loquuntur omnes fere prophetae, atque, quotiescunque aurea ista saecula carminibus celebrant, meliorem quoque cultum, qui gratiores Deo homines redditurus sit et acceptiores commendatum iri praesagiunt, *aut* ad exprimendam simplicem illam sententiam: "omnes prophetae de futuro hoc Messia vaticinati sunt" dicta haec a Petro existimabis, quam quidem nudam sententiam extulerat idem c. 3, 24, hic autem ornatiorem profert, eo quod specialius aliquod Messiae meritum diserte affert.

v. 44. Latius expositurus erat Petrus hoc de *omnibus* gentibus ad civ. christ. admittendis argumentum, vt fatetur 11, 15, sed interpellatur, idque euentu gratissimo. Praesentius adest numen, et insigniore forsan naturae phaenomeno praesentiam arguit, vt 4, 31: Πν. ἁγ. illabitur omnium praesentium animis, sacroque enthusiasmo correpti patria lingua Romana canunt numinis et Messiae maiestatem. Percelluntur Iudaei qui aderant omnes, percellitur et Petrus ipse: siquidem perfusi erant gentiles ra-

ἀκούοντας τὸν λόγον. Καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτ- 45
τομῆς πιστοὶ, ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ
ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκκέχυ-
ται· ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις καὶ 46
μεγαλυνόντων τὸν Θεόν. Τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος·
μήτι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις τοῦ μὴ βαπτι- 47
σθῆναι

πν. ἁγιῳ, non per επιθεσιν των χειρων, vt 8, 17, sed praesentioris numinis vi et afflatu ipso. Supersedere ergo poterat a fusiore, quam susceperat, demonstratione, etiam gentibus aditum ad Messiam patere: siquidem patefactus iam erat a Deo ipso, qui signo hoc euidentissime declarauit, se eos admisisse ad Mess. regnum. Cf. Michael. ad h. l. Επεπεσε vt supr. v. 10. Virg. Aen. 3, 89 animis *illabere* nostris. Matth. 3, 16; Marc. 1, 10 etc. est καταβαινειν. Παντας ακ. supr. v. 24. 27.

v. 45. 46. Οἱ εκ περιτομ. πιστ. christ. ex Iudaeis Ioppensibus, quos secum duxerat Petrus, supra v. 23. Εκκεχυται largam donorum copiam designat, vt supra 2, 17. 33. Inauditum id prorsus hominibus Iudaeis, siquidem, obseruante ad h. l. Lightfootio, credebant ii, in ethnicorum neminem, ne eum quidem, qui inter medios Iudaeos degeret, incidere posse רוח יהוה. Γλωσσαις lingua sublimiore et enthusiasmi plena; idque indubie patria Romana, adeoque γλωσσαις ἑτεραις. Signum id erat, quo correptos se et perfusos πν. ἁγ. testificabantur, cf. 19, 6. Μεγαλυνοντων ad 5, 13; cf. 2, 11. Cantabant autem ista μεγαλεια Θεου, quibus non Iudaeorum solum genti, sed vniuerso terrarum orbi beneficum se praestiterit, procreando tam salutaris doctrinae praecone, qualis fuerat Iesus etc.

Res ipsa non quidem eadem erat maiestate insignis, quam phaenomenon illud c. 2, sed eandem tamen in praesentes Romanos vim habebat. Similia sed breuius narrantur 8, 17; 19, 6, de quibus vid. disputat. b. Nösseltii de Sp. S. primis christ. tradito, laudata supra ad 8, 14. Cf. Excurs. 2.

v. 47. 48. Talia expertus Petrus omnia dubia profligata videt persuadeturque firmis-

αθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλα-
48 βον καθὼς καὶ ἡμεῖς; προσέταξέ τε αὐτοὺς
βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Τότε ἠρώ-
τησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς.

Cap. XI, 1 Ἤκουσαν δὲ οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν

firmissime. Κωλυσιν υδωρ sc. τουτοις, "nemo iam poterit aquae ad baptismum accipiendum vsu eis interdicere." Ita prorsus Ouid. Metam. 6, 349 prohibere aquas, i. e. aquae vsum ad sitim sedandam abnegare. *Kann ihnen nun noch wohl jemand das Wasser, d. i. die Taufe versagen?* Lutherus, vertens, *das Wasser wehren*, eo sensu videtur accepisse, neminem posse aquam sistere, quin vim baptismalem et in ethnicos exerceat: ita κωλυσαι θεον, c. 11, 17. Res eodem redit. Οἰτιν. το πν. αγ. quod maius quid et fortius erat, quam merus baptismus, vid. ad 8, 16 et Excurs. 3. "Atqui iam vim internam et effectum, quo tendit christianismus, in eis excitatum videmus: quid iam denegamus eis externum ad suscipiendum christianismum symbolum"? — Nolimus ergo Θεον ipsum κωλυσαι (11, 17) aut θεομαχοι ευρεθηναι (5, 39). Κυριου, Iesu, Messiae.

Cap. XI non seiungendum erit a prioribus, siquidem effectum enarrat, quem in animis Apostolorum etc. produxerit factum, quod capere prorsus nequibat coeco cuidam particularismo adhaerens Iudaeorum mens. Quid quod eo insaniae procedunt, vt rixentur adeo cum Petro, eique initum cum paganis consortium exprobrent; id quod indubie mente praeuidens Petrus tam cunctanter rem aggressus erat. Salubris indubie Petro, antea eadem opinionum vanitate ducto erat istiusmodi castigatio: iam ergo ad apologiam dicendam se sistit, tandemque melior caussa obtinet, omnesque contenti abeunt.

v. 1. Ηκουσαν, plusquamperf. iam tum rumor ad eorum aures manauerat, quum Petr. adhuc ibi versaretur. ἡμερας

τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς 2
Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτο-
μῆς· λέγοντες· ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν 3
ἔχοντας εἰσῆλθες καὶ συνέφαγες αὐτοῖς. Ἀρξά- 4
μενος δὲ ὁ Πέτρος ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς λέ-
γων· Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος, 5
καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός
τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιε-
μένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ· εἰς 6
ἣν ἀτενίσας κατενόουν, καὶ εἶδον τὰ τετράποδα τῆς
γῆς καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ καὶ τὰ πετεινὰ
τοῦ οὐρανοῦ. Ἤκουσα δὲ φωνῆς λεγούσης μοι· 7
ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. Εἶπον δέ· 8
μηδαμῶς, Κύριε, ὅτι πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον οὐδέ-
ποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Ἀπεκρίθη δέ 9
μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἃ ὁ Θεὸς
ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ 10
τρὶς, καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρα-
νόν.

ἡμερας τινας (10, 48), vel alia loca inuiseret.

v. 2. Και ὀτε etc. *Als er nun* etc. Διεκρινοντο *disceptabant.* Iudae v. 9; Ezech. 10, 35; Hesych. εμαχοντο. Οἱ εκ περιτ. Apostoli ipsi aliique e Iudaeis conuersi.

v. 3. Cf. ad 10, 28. Ὀτι ex graecismo abundat. *Ey! ey! du hast mit unbeschnittenen* etc. Alii ὀτι interrogative sumunt, vt Marc. 11, 28. qu. d. τι γεγονε, ὀτι, *wie kömmt es, dass* etc.

v. 4. Εκτιθεσθαι narrare, narrandoque explicare (siquidem sola rei narratio sufficiebat ad caussam suam orandam); ita 18, 26; 28, 23; Hebr. גלה, Iob. 36, 15. Καθεξης a capite ad calcem. Iam v. 5 sqq. repetitur omnis res, vid. ad 10, 30. Explicationem autem horum versiculorum vid. ad 10, 10 sqq.

v. 11.

11 κνόν. Καὶ ἰδοὺ ἐξαυτῆς τρεῖς ἄνδρες ἐπέστησαν ἐπὶ
τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ ἤμην, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Καισα-
12 ρείας πρός με. Εἶπε δέ μοι τὸ πνεῦμα, συνελ-
θεῖν αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενον· ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ
καὶ οἱ ἓξ ἀδελφοὶ οὗτοι, καὶ εἰσήλθομεν εἰς τὸν
13 οἶκον τοῦ ἀνδρὸς, ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν, πῶς εἶδε τὸν
ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ σταθέντα καὶ εἰπόντα
αὐτῷ· ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι
14 Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον, ὃς λαλήσει
ῥήματα πρός σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ
15 οἶκός σου. Ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν ἐπέ-
πεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ
ἐφ'

v. 11. Εξαυτης (ὡρας), eo ipſo momento, quo diſſipata erat ecſtaſis, praeſentes aderant Romani, ita rem moderante numine, vt illorum aduentus congrueret, viſionisque ſenſum illuſtraret.

v. 12. Οἱ ἑξ αδελφ. ουτοι. Dictum eſt δεικτικως. Duxerat autem ſecum nonnullos ex Ioppenſibus Iudaeis conuerſos, 10, 23, vt rei inſolitae teſtes eſſent; iamque, quum indubie iam Caeſareae audiſſet, quam male Apoſtolos affecerit de inito cum ethnicis commercio fama, eosdem aut omnes ſex, aut ex eorum numero ſex Hieroſolymam ſibi comites ſumſit, qui rem non proprio impulſu, ſed ſingulari numinis vi et incitante et adiuuante ſuſceptam et peractam fuiſſe teſtarentur. En ergo, quam caute et prouide verſandum, quantisque ambagibus circumeundum Petro fuerit in re, in qua hodie ne verbum quidem quis perderet.

v. 14. Σωθησῃ. Exibis ex ſtatu tuo dubio et fluctuante, et ad feliciorem in republica chriſt. vitam gerendam traduceris. *Petrus wird dich von dem harten Kampfe befreyen, den du bisher beſtandeſt.*

v. 15. Αρξασθαι λαλειν. "Quum incepiſſem, et aliquantisper eſſem loquutus," ob c. 10, 34-44. Seu pro ſimpliciori: εν τῳ λαλειν με, vt

ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ· ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος Κυ- 16
ρίου, ὡς ἔλεγεν· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι,
ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Εἰ 17
οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ὡς καὶ
ἡμῖν, πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν,
ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν;
Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξαζον 18
τὸν Θεὸν, λέγοντες· ἄρα γε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ
Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν.

Οἱ

vt 1, 1, vbi vide. Εν αρχη in augusto illo phaenomeno, quod festo pentecostali nobis apparuit.

v. 16. Εμνησθην δε. *Und da erinnerte ich mich denn der Verheissung* etc. Ρημα h. l. promissionem denotat. Ιωαννης εβαπτ. — — πν. ἁγιου. Pollicitus ea erat Iesus c. 1, 5 coram omnibus Apostolis, ergo et coram Petro. Sed ea, quae ibi nonnisi Apostolis promiserat Iesus, quaeque festo pentecostali rata facta erant, h. l. et ad omnes ex quacunque tandem gente ad christ. coetum colligendos homines merito transfert Petrus. Quia autem diserte et a Iesu pronunciata esse haec verba Lucas profitetur, cap. 1, 5, vbi vide, frustra admirantur nonnulli intt. et inanes difficultates mouent, quod Iesu verba haec fuisse dicat Petrus, quae primo tamen prolocutus sit Ioannes baptista Matth. 3, 11; Marc. 1, 8; Luc. 3, 16; Io. 1, 26.

v. 17. Πιστευσασιν rationem innoluit; "eo quod fidem adhibent etc." Alii ad ἡμιν referunt. Τις ημην δυνατος etc. *Wer war ich, dass ich mich hätte unterwinden können* etc.

v. 18. Ταυτα etc. emphatice: *ita* rem comparatam esse, dass die Sache *so* zusammenhänge. Ἡσυχασαν vel *tacuerunt*, Luc. 14, 3, vel *in eo acquieuerunt*, *sie beruhigten sich nun und machten Petrus keine weitre Vorwürfe*. Sed non acquieuerunt solum, sed laudabant adeo numen ob id ipsum, quod indignationem eorum primum mouerat.

19 Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ, διῆλθον ἕως Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον, εἰ

Μετανοια transmutatio animi, qua a gentilium superstitionibus alienus atque ad amplexandam salutarem Iesu doctrinam procliuis redditur: ergo μεταν. εδωκ. Θεος εις ζωην, traduxit ad christ. doctrinam, sperandamque inde felicitatem. Ita μετανοειν supr. 2, 38; 3, 19.

---

v. 19. Hactenus de Petro. Iam alia excipiunt. Continuantur, quae de incrementis per dispersos post Stephani necem homines christianos nouo coetui allatis c. 8 - 9, 31 erant exposita. Atque quum c. 8, quo pacto vltra fines *meridionales* Palaestinae exierit Iesu doctrina, narratum esset, iam et versus *septentrionem* et *occidentem* eandem esse propagatam additur, in Phoenicen, Cyprum, Cyrenaicam, Syriam. Diutissime autem immoratur narratio ecclesiae, quae Antiochiae Syr. condita erat. Erat illa vrbs in confiniis Palaestinae longe celeberrima, in qua et ipsa iam congregato Christianorum hominum coetu duae iam existebant ecclesiae christ. principes caeterarumque quasi matres 1) Hierosolymitana in Palaestina 2) Antiochena extra Palaestinam. Sicuti ex illa exierunt, qui Iudaeis Palaestinensibus Christianismum promulgabant, ita ex hac proficiscebantur eiusdem per gentes Apostoli c. 13. Iam non mirabimur, luculentius de hac ecclesia exponi quam de aliis adiacentibus. Quod si Lucam ipsum Antiochia oriundum et a Paullo Barnabaque (11, 25. 26) in christ. ciuitatem receptum fuisse volumus, clarius illucescet ratio: cf. Prolegom. not. 1.

Απο της θλιψ. *propter*, Matth. 18, 7. vel: *inde a tempore cal.* Επι Στεφανῳ varie explicatur 1) contra Stephanum 2) ob Stephanum 3) tempore St. 4) statim post Steph. (ita Lat. *sub*) vel omnino *post*, quod praefero; vid. Schleusn. Lex. no. 10. Cf. Kypk. ad h. l. Μηδενι - Ιουδαιοις. Sed non ausi sunt ethnicis istarum prouinciarum incolis euangelium (λογον) promulgare, quia

εἰ μὴ μόνον Ἰουδαίοις. Ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄν- 20
δρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι, οἵτινες εἰσελθόντες εἰς
Ἀντιόχειαν ἐλάλουν πρὸς τοὺς ~ Ἑλληνιστάς, εὐαγ-
γελιζόμενοι τὸν Κύριον Ἰησοῦν. Καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου 21
μετ' αὐτῶν, πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας ἐπέστρε-
ψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ 22
ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν,

~ Ἕλληνας

καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 20. Pro ἑλληνιστας indubie legendum ἑλληνας, quod eſt in AD, Syr. Arabb. Copt. Aeth. Vulg. Ital. Euſeb. H. E. 2, 3. Chryſoſt. Theophyl. ergo in grauiſſimis vtriusque familiae teſtibus, probb, Grotio, Beza, Witſio, Bengelio, atque in textum recipiente S. V. Griesbachio. Legendum eſſe ἑλληνας res ipſa clamat: opponuntur enim hi ἑλληνες illis ιουδαιοις, qui v. 19 memorabantur. Helleniſtae autem et ipſi Iudaicam religionem profitebantur, et etiamſi a Iudaeis natu Palaeſtinenſibus ſaepe diſtinguuntur, vs 6, 1, hic tamen non bene ſecernentur, ſiquidem illi ιουδαιοι, quorum v. 19 mentio fit, in Cypro et Antiochiae degentes, et ipſi ad Helleniſtas pertinebant.

quia ſcil. Iudaei Palaeſtinenſes ipſi Iudaici particularismi erroribus obſtringebantur, de eis autem, quae Petro acciderant, ſed poſtea forſan acciderant, nil compertum habebant.

v. 20. *Αυτων* non ad Iudaeos Palaeſtinenſes *διασπαρεντας* reuocandum, ſed ad *Ιουδαιους* poſteriores, Helleniſtas, Phoenicenſes, Cyprios etc. qui per illos Palaeſtinenſes Iudaeos ad Chriſt. conuerſi erant, atque, vtpote Helleniſtae, inter gentiles degentes, faciliores erant in tolerandis admittendisque et gentibus. Horum ergo nonnulli etiam paganis euangelium promulgare auſi ſunt, vel ſponte ſua, vel quia dubia de admittendis ad chriſt. ſociet. gentilibus per ea, quae Petro acciderant, diſſipata audierant. Videntur autem ea, quae v. 20 narrantur, non illico ſubſequuta eſſe ea, quae v. 19 perhibentur.

καὶ ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας·
23 ὃς παραγενόμενος καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ
ἐχάρη, καὶ παρεκάλει πάντας τῇ προθέσει τῆς καρ-
24 δίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ· ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς
καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως. Καὶ προσ-
25 ετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ. Ἐξῆλθε δὲ εἰς
Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας ἀναζητῆσαι Σαῦλον, καὶ εὑρὼν
αὐτὸν

v. 23. Χαριν Θεου, i. e. tot homines ad christ. rel. conversos: caussa (Eph. 2, 8) pro effectu. Προθεσει καρδ. vid. ad 2 Tim. 3, 10. Commonefaciebat eos, non novarum rerum studio amplectendum esse in paucos dies Christianismum, sed et persistendum in illo, idque προθεσει της καρδ. serio animi affectu, absque simulatione, ex firmissima persuasione, *aus Grundsätzen.*

v. 24. rationem exprimit tum, quamobrem Barnabam potissimum ad munus hoc obeundum elegerint Apostoli, tum quare ita se gesserit Antiochiae, vt v. 23 narratur. Αγαθος lenitudinem simul et mansuetudinem animi exprimere videtur, qua animos facillime sibi conciliabat et ad rel. christ. amplectendam pronos reddebat, (vid. 4, 36 υιος παρακλησ.). Και πληρ. πν. αγ. sed (και) etiamsi leniore esset animo, studio tamen et ardore rei christ. propagandae efferuescebat, cf. ad 6, 5. Sunt, qui pro πιστεως legant χαριτος.

v. 25. Haud dubie iam tum latius ad augendam apud gentes rem christianam exspatiari sibi proposuerat Barnabas. Sed habere secum in re tam graui comitem aliquem et socium cupiebat; statuit ergo assumere Saulum, (fere vt idem postea Timotheum, Act. 16, 1-3), quem iam antea tutela susceperat, 9, 27, quemque Graecae linguae peritum, acerrimumque contra Hellenistas euangelii vindicem expertus erat, 9, 29. Prodit igitur denuo in scenam Saulus, itinere in patriam suscepto aliquantisper ab ea seuocatus. Ταρσον, cf. 9, 30.

v. 26.

αὐτὸν ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν. Ἐγένετο δὲ αὐ- 26
τοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ
διδάξαι ὄχλον ἱκανόν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀν-
τιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς.

Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱε- 27
ροσολύμων προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν. Ἀναστὰς δὲ 28
εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος ἐσήμαινε διὰ τοῦ πνεύ-
ματος.

v. 26. Συναχθηναι h. l. congregari, congregatumque manere et vna verſari. Morus vult eſſe: *hoſpitio exceptos fuiſſe*, vt Matth. 25, 35, quod non placet. Χρηματιζω inter plures ſignificationes habet et hanc, actiuam vel neutram, vt ſit: *vocor, nominor*, Latin. *audire*, vid. Kypke ad h. l. et Wetſt. ad h. l. et Rom. 7, 3. Χριστιανους. Hinc ergo repetendum eſſe Chriſtianorum nomen h. l. diſcimus: antea audiebant μαθηται, πιστοι, πιστευοντες, ἁγιοι, δικαιοι, σωζομενοι etc. Nomen erat ignominioſum, quod eis indebatur ab Antiochenis; ſiquidem, obſeruante Wetſtenio, omnes, qui partibus anticaeſareis fauebant, nomen accipiebant, terminatione — *ani* exiens. H. ergo l. audit *Chriſtiani* illa ſecta, quae non Caeſari, vt credebant Antiochenſes, ſed regi Chriſto nomen dederant, et quidem Chriſto cruci affixo, vnde ludibrii cauſſa id nominis eis impoſuiſſe videtur natio ad iocos et cauillationes procliuior. Vide plura apud S. V. Pott ad 1 Petr. 4, 16, et in b. Mori Excurſ. ad h. l.

v. 27, 28. Alia res narratur, quia ſub idem tempus Antiochiae acciderat, Sauloque cauſſa fuit, vt iterato Hieroſolymam proficiſceretur. Hoc autem iter potiſſimum memoriae tradere animus Lucae erat, atque quae praecedunt v. 28, affert tantummodo, vt occaſio ſuſcepti huius itineris illuceſceret. Igitur κατηλθον, εσημανε, plusquamperf. accipias. *Nun war aber damahls unter andern ein gewiſſer Agabus angekommen, und hatte angezeigt — — v. 28. Alſo beſchloſs man — v. 29, und ſo reiſeten*

ματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου – Καίσαρος:.

Τῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 28. Καισαρος deest in ABD, 3 aliis, vno ap. Matth. Aeth. Armen. Vulg. Glossema sapit, lectioque breuior praeferenda erit.

seten Saul. u. Barn. nach Jerus. v. 30. Κατηλθον απο Ιεροσολ. Aderat ergo frequentissimum consortium inter ecclesiam Palaestinensem Hierosolymitanam et eccles. Antiochenam extra Palaest. et huc illuc ibant redibantque, v. 21. 29. Advenerant et alii religionis doctores praeter Barnabam, et quidem προφηται, i. e. doctores sacro quodam igne perfusi, nec nisi cum enthusiasmo et furore res sacras proloquentes, Cf. Kopp. Excurs. 3 ad Ephes. Αγαβος, infr. c. 21, 10 homo vlterius non cognitus, probus tamen, vt videtur, et humanus. Δια πν. sc. αγιου pro diuiniore illa vi eum inspirante. At ignem illum sacrum et emphasin, qua enunciabat vaticinia, indicari credit perillustr. Eichhorn in commentat. *Über die Weissagung des christl. Proph. Agabus* in Bibl. B. 6, St. 1, p. 22 sqq. Sensus: *magna vi et emphasi*, vnde apparebat, non suopte ingenio eum loqui, sed sublimiore igne accensum esse. Οικουμενη h. l. innuit omnem Palaestinam; Luc. 2. cf. v. 29 et Ios. Ant. 20, 5, 2. — Non semel autem, sed quater sub Claudio fames afflixerat imperium Rom. Tacit. Annal. 12, 43. Sueton. Claud. c. 19; c. 28; Dio Cass. Lib. 60. Euseb. H. Eccles. 2, 12; Oros. VIII, 6; Ios. Ant. 20, 5, 2. Eam autem famem, quae secundo loco accidit, et Palaestinam inprimis afflixit, sub procuratore Cuspio Fado, h. l. intelligendam esse, vid. Eichhorn l. c. p. 24. 27. Incidit ea in annum 45; haec autem antea praedicta probabiliter sunt ao. 44. Cf. Prolegomena. Fortasse signa istam famem futuram indicantia iam praecesserant, nec nisi illud egit Agabus vt ex imo pectoris sensu ad rem grauissimam animos attenderet, atque ad colligendam in tempore annonam subleuandosque oppressos exhortaretur.

v. 29.

Τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς εὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκα- 29
στος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν
ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς· ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστεί- 30
λαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα
καὶ Σαύλου.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ Cap.
βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς XII, 1

ἐκκλη-

v. 29. Iunge haec arctisſime prioribus, ſiquidem narratur, quamnam ad permouendos in Antiochena eccleſia chriſtianorum hominum animos vim habuerint admonitiones Agabi. Καθως ευπορειτο τις, quilibet pro facultatum ſuarum modulo, prout cuique ſuppetebat, *ſo wie jeder es, ohne genirt zu werden, thun konnte.* Eum eſſe verbi ſenſum, non autem *abundare* diuitiis, vid. Kypke. Eo ſenſu aliquoties ap. Xenoph. Ὡρισαν ſc. certam quandam pecuniae ſummam, quam pro ſua quisque facultate conferret. *Sie eröffneten eine Subſcription.* Εις διακονιαν πεμψαι breuiter pro εις το πεμψαι αυτο εις διακ. Αδελφ. εν Ἰουδ. qui diuitiis opumque abundantia Antiochenis longe inferiores fuiſſe videntur.

v. 30. Πρεσβυτερους eccleſiae Hieroſolymitanae. Ad modum Synagogarum Iud. efformatas fuiſſe primas eccleſ. chriſt., in illis autem adfuiſſe זקנים, ſeniores, notum eſt. Caeterum de πρεσβυτεροις, quod nomen de chriſtianorum eccleſiis h. l. prima vice occurrit, pluribus vid. ad 1 Tim. proleg. not. 14. Σαυλου, En *ſecundum* Pauli iter Hieroſolymitanum.

Cap. XII denuo excipiunt acta Petri, quorum narratio c. 11, 19 interpellata erat. Petrus ab Herode Agrippa in vincula coniicitur, ſupplicio tradendus, niſi diuiniore auxilio intercedente liberatus fuiſſet. Quas hactenus a Iudaeis perferendas Petrus cum caeteris Apoſtolis habuit calamitates, a ſynedrio inflictae erant illae, c. 4. 5, quod tamen iuris vitae necisque expers non niſi flagellis caedere, in vin-

2 ἐκκλησίας. Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου
3 μαχαίρᾳ. Καὶ ἰδὼν, ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰου-
δαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον (ἦσαν δὲ
ἡμέραι

cula coniicere etc. poterat, ni de supplicio inferendo procuratorem Rom. adire vellet, quod in re, quae nondum admodum extimescenda videbatur, longius erat. Iam autem, quum summa rerum potestas Iudaeorum regi Agrippae tradita esset (cf. Prolegomena), timendum erat et vitae ipsi. Est autem is palmarius huius cap. finis, vt ostendatur, quonam in periculo versata sit vita Petri. Quae de Iacobo interemto praemittuntur, non nisi exordiendi loci caussa anteposita sunt, huius fere argumenti: Herodes Agrippa, gratiam apud Iudaeos initurus, Apostolos ad internecionem vsque persequi patriamque fidem tueri statuit, quum sub procuratoribus res ista negligentius tractata esset, v. 1-3. At v. 3-19 res ipsa narratur, vt insectatus sit Petrum, invisae sectae caput et coryphaeum; quamuis irrita fuerint conamina, tandemque v. 20 - fin. funesta eius mors exponitur (narratione aliunde forsan a Luca addita), quae tanquam numinis vindicta persequuta est hominem, qui tot crimina in insontes Apostolos commiserat. — Ἡρώδης ὁ βασ. Herodes Agrippa, seu Agrippa maior, de quo pluribus vid. Prolegomena. Ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας per Hebr. dicitur pro ἐπιχειρεῖν שׁלח יד. Insigniorem legis auitae zelum affectabat rex.

v. 2. Ἰάκωβον. Iacobum maiorem, Zebedaei filium, Matth. 10, 2 etc. Apostolum, rei christ. studiosissimum, bene distinguendum a Iacobo minore, Alphaei filio, Matth. 10, 3, qui c. 15, 13 memoratur, vbi vid. Ius autem vitae necisque competiisse Herodi vid. Proleg. — Caeterum caussae rerumque opportunitates, quibus inductus manum iniecerit Iacobo, non exponuntur, quia nonnisi introducendus erat lector in ea quae sequuntur. Probabiliter nimia dicendi παρρησίᾳ peccare visus erat Iacobus. Copiosius autem exponitur res palmaria ipsa, quae iam sequitur.

v. 3. Προσέθετο ויסף facinori huic addidit et maius illud. Ἡμ. ἀζυμ. hebdomas

ἡμέραι τῶν ἀζύμων)· ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς 4
φυλακὴν, παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν
φυλάσσειν αὐτὸν, βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀνα-
γαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ. Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο 5
ἐν τῇ φυλακῇ· προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ
τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

Ὅτε δὲ ἔμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώδης, τῇ 6
νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μεταξὺ δύο
στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσὶ, φύλακές τε
πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν. Καὶ ἰδοὺ 7
ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ
οἰκή-

mas paschalis. Proinde non bene supplicio tradere et hunc illico potuit diebus sanctis et solennibus, Matth. 26, 5: sed et isto tempore simul ingens exterorum Iudaeorum in vrbe praesentium multitudo studium et zelum auitae legis admirari potuit.

v. 4. Τετραδίοις. Vox rarior, occurrens ap. Philon. in Flacc. p. 981, A. Rem explicat Vegetius de re militari Lib. 3, c. 8. quaternos milites excubias nocturnas ita peregisse, vt vigiliis in 4 partes (ergo *quatuor τετραδια* seu quaterniones requirebantur) distributis singuli deinceps ternis horis vigilarent. Horum autem quaternorum militum bini ante fores excubias agebant. Polyb. VI, 33. το φυλακειον εστιν εκ τεττάρων ανδρων. Cf. Wetsten. et Raphel. ex Polyb. ad h. l. et Walchii *dissertat. de vinculis Petri.* Αναγαγειν producere coramque populo sistere ad caussam dicendam subeundumque supplicium, vid. Krebs. qui εις εκκλησιαν seu δικην supplendum esse existimat.

v. 5. Προσευχη εκτενης eiusmodi precibus pro Apostolis magna vis attribuebatur. Hebr. 13, 18. 19.

v. 6. Μεταξυ δυο στρατ. cf. ad v. 4. alligatis vtrinque ad milites manibus.

v. 7. Iam interueniente praesentioris numinis auxilio eripitur instanti periculo.

 Audia-

οἰκήματι· πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου,
ἤγειρεν αὐτὸν λέγων· ἀνάστα ἐν τάχει. Καὶ ἐξέπε-
8 σον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν. Εἶπέ τε ὁ
ἄγγελος πρὸς αὐτόν· περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ
σανδάλιά σου· ἐποίησε δὲ οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ·
9 περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ
ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές
ἐστι τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου, ἐδόκει δὲ ὅραμα
10 βλέπειν. Διελθόντες δὲ τὴν πρώτην φυλακὴν καὶ
δευτέραν ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέ-
ρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐ-
τοῖς· καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ
εὐθέως

Audiamus explicemusque breuiter narrationem ipſam, pluraque in Excurſum conìiciamus. Επεστη ſubito et ex improuiſo aduenit, c. 4, 1. Φως ελαμψε: ſiquidem angeli ſplendidiore luce fulgentes apparere ſolent. Οικημα per euphemismum pro carcere dici, exemplis probat Kypke. Παταξας – Πετρου, ſiquidem altiſſimo ſomno obdormiuerat. Εξεπεσον, ſoluente illo angelo.

v. 9. Prorſus ignorat Petrus, quid ſibi fiat, vt accidit hominibus ex ſomno expergefactis.

v. 10. Πρωτην και δευτεραν Φυλακην binos illos milites (v. 4), qui variis locis ſeorſim excubias agebant. Πυλη σιδηρα, porta ferrea, est 1) vel *porta vrbis* Hieroſolym. vt carcer extra vrbem ſeu intra duos externos vrbis muros exſtructus fuiſſe credatur. Ita Lightfoot. Sed a vero abhorret, Petrum, vix dum liberatum, denuo intrare vrbem, in qua ſupplicium ei intendebatur, nec potius ſubitam fugam capeſſere. Ergo 2) *porta carceris* ipſius intelligatur, ex quo exeunti per varias portas transeundum erat. Penetrauerat autem Petrus per internas illas, ante quas milites excubabant, iamque venerat ad exteriorem, quae in vrbem ipſam ducebat, eam-

εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ. — Καὶ ὁ 11
Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ εἶπε· νῦν οἶδα ἀληθῶς,
ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξεί-
λετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδο-
κίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων· συνιδών τε ἦλθεν ἐπὶ 12
τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικα-
λουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι
καὶ

eamque multis pessulis clausam adeoque ferream dictam.

Res ipsa, quocunque tandem modo acciderit, siue terrae motu fulguribusque deciderint catenae apertaeque sint fores, siue adiuvante custodiae praefecto exierit Apostolus, siue denique miraculoso et insolito rerum euentu insequuta sint omnia, indubie continet insignius prouidentiae div. specimen, Apostoli vitam tuentis, atque ad largiora rei christianae incrementa afferenda conseruantis. Cf. *Eichhorn* Bibl. B. III, p. 396 et contra eum *Storr.* dissert. in aliqu. loc. N. T. P. 2. Plura vid. in Excursu.

v. 11. Γενομενος εν ἑαυτῳ, quum ad se rediisset, animumque ex stupore collegisset, oppos. eis, quae v. 9 aderant. Ita Luc. 15, 17. cf. Raphel. ex Xenoph. Male ergo reddunt nonnulli: "quum in domum suam se recepisse" (Io. 20, 10), siquidem non in suam sed in Marci domum tendebat. Προσδοκιας του λαου, qui auide praetrepidabat supplicium meum oculis haurire.

v. 12. Συνιδων τε sc. το γεγονος. Quum rei euentum accuratissime cognouisset. Ita 14, 6. Alii: Quum se collegisset, deliberataque re cognouisset, quid facto opus esset, vid. exempl. ap. Wetst. Sed prius placet, neque offendit, quod iam v. 11 dictum erat, rei euentum ab eo perspectum fuisse. Istiusmodi enim repetitiones neminem arripient. Neque ergo est, quod cum Hammondo et h. l. et 14, 6 legendum suspicemur επειδων. Ιωαννου - Μαρκου. De hoc, qui et v. 25 et 15, 37. 39 occurrit, vid. ad 2 Tim. 4, 11. Eius mater, Maria, soror fuit matris Iesu. In eius domo congregabatur christiani coetus magna pars, atque,

13 καὶ προσευχόμενοι. Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν
θύραν τοῦ πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι,
14 ὀνόματι Ῥόδη. Καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέ-
τρου ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα, εἰσδρα-
μοῦσα δὲ ἀπήγγειλεν ἑστάναι τὸν Πέτρον πρὸ τοῦ
15 πυλῶνος. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον· μαίνῃ. ἡ δὲ
διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. Οἱ δὲ ἔλεγον· ὁ ἄγγελος
16 αὐτοῦ ἐστιν. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων. ἀνοί-

ξαντες

atque, quum exitum caussae Petri trepide exspectarent, assiduis precibus meditationibusque, et nocturnis adeo incumbebant.

v. 13. Θυραν, quae ob metum Iudaeorum clausa erat. Πυλων, vestibulum, conclave, seu area externae portae adiacens. Παιδισκη, i. e. serua, aetate vel iuuenis vel prouectior. Pollux 3, 76. παιδισκην την θεραπαινιδα Λυσιας ωνομασε, ει και αμφιβολον εστι τουνομα, ποτερον ἡλικιας η τυχης. Ὑπακουειν est verbum, quod de ianitoribus proprie adhibetur. Videntur timuisse, ne hostis aliquis christ. nom. ad turbandum dissipandumque coetum aduenisset. Ῥοδη *Röschen*. Vulgare est, puellis attribuere nomina ab herbis floribusue desumta. Ita Susanna a lilio, Hadessa a myrtho. Cantic. 2, 1.

v. 14. En ergo quanto pro re christ. conseruanda studio affecti fuerint primi asseclae cuiusuis aetatis, sexus, conditionis etc.

v. 15. Μαινῃ vel indicative vel interrogat. sumitur, sensu eodem. Αγγελος αυτου εστι angelus eius tutelaris. Eiusmodi angelum seu genium (δαιμονα) singulis hominibus adesse rebusque prospicere, non apud Graecos Romanosque etc. solum existimabatur, sed, vt et hodienum apud complures gentes, ap. Iudaeos quoque. Cf. Wetst. ex libris Iudaicis ad h. l. Grotius ad Matth. 18, 10; Wolf. cur. in h. l. Apud patres quoque eadem sententia, e philosophia Platonica originem forsan ducens, interdum recurrit. Interpretantur tamen alii: "est angelus qui eius speciem induit," et peius alii

cum

ξαντες δὲ εἶδον αὐτὸν καὶ ἐξέστησαν. Κατασείσας 17
δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾶν, διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς
ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς. Εἶπε δέ·
ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. Καὶ
ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον. Γενομένης δὲ 18
ἡμέρας ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις,
τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας 19
αὐτὸν καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι.

Καὶ

cum Hammondo: "nuncius est e carcere ab eo ad nos missus."

v. 17. Κατασεισ. τῃ χειρι, qui est gestus signum dantis, silentium imponentis, et inprimis orationem orsuri, 13, 16; 22, 1. h. l. ea de caussa fit, vt tranquilli maneant, ne nimio tumultu homines excitent remque prodant. Διηγησατο, breuissime indubie, nam fugam moliebatur. Ταυτα, me vobis apparuisse. Εξελθων festinanter, sicuti haec omnia citissime peracta videntur. Ἑτερον τοπον. Non diserte nominatur ille, qua re indicat hoc documentum, licet eiusdem auctori locus iste bene cognitus fuerit, noluisse Petrum, in vulgus emanare, quo tetenderit, quo tutius effugere posset manus Herodis eum conquirentis. Antiochiam autem eum petiisse prope fidem est; conspirat id cum Gal. 2, 11, atque temporum ordine. Siquidem in isto ad Gal. loco de secundo itinere Hierosolymitano loqui Paullum, Act. 11, 30; 12, 25, non de tertio, Act. 15, in Prolegomenis fusius disputatum est. Merito autem reiicimus pontificiorum placita, sine idoneis rationibus statuentium, Romam perrexisse Apostolum, ibique episcopatum suscepisse etc. vid. Whitby.

v. 18. Τι - εγενετο phrasis Xenophonti aliisque graecis adhibita. Cf. Wolf ad h. l. et Io. 21, 21.

v. 19. Απαχθηναι vox propria de eis, qui ad supplicium abducuntur, Ael. V. Hist. 1, 30. ap. Ioseph. etc.

Sed

Καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισά-
20 ρειαν διέτριβεν. Ἦν δὲ — ὁ Ἡρώδης: θυμομαχῶν
Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις· ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς
αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος
τοῦ βασιλέως ᾐτοῦντο εἰρήνην, διὰ τὸ τρέφεσθαι

αὐτῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 20. Ὁ Ἡρώδης abest ab ABD, 4 aliis, Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. ideoque, testibus vtriusque familiae concinentibus, proscribendum. Melius vtique procedit oratio, si abest. Quod si enim exprimere diserte Herodis nomen animus erat, in initio potissimum sectionis post κατελθων ponendum illud erat, non autem h. l.

Sed iam poenas ob tantam crudelitatem luit Herodes et quidem Caesareae. Ita se excipit narratio. 1) Profectus est Caesaream v. 19. 2) et quidem ad intentandam Tyriis, Sidoniisque perniciem v. 20. 3) Quumque forte solemnes in honorem Caesaris ludi Caesareae celebrarentur, interfuit contra patrios mores et Herodes, et gentilem potius quam Iudaeum se gessit, v. 21. 22, sed et 4) ob tot tantaque crimina foediori morbo implicitus animam efflauit v. 23. 24.

Εις την Καισαρ. vel cum κατελθ. vel cum διετριβεν (εις dictum pro εν, vt 8, 40 etc.) iungendum.

v. 20 rationem affert, qua inductus Caesaream petiuerit ad intentandam quippe Tyriis etc. internecionem. Quae commiserint illi, quibusue rebus regis iram prouocauerint, non additur; forsan in mercatura cum Iudaeis Herodis imperio subiectis nimium lucrum captauerant, siquidem vix intentante minas Herode, mitigare regem sibique reconciliare enixissime student, quoniam impedito cum Palaestina commercio, commeatusque transuectione tum quaestuosissimam mercaturam cessaturam, tum famem ipsam forsan ditioni suae adfuturam metuebant Phoenices. Δε h. l. *siquidem, nemlich.* Θυμομαχων ην, animum indicat iratissimum, semperque bella minantem, licet vires deficiant.

Polyb.

αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Τακτῇ δὲ 21
ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν καὶ
καθίσας

Polyb. Excerpt. de legat. 69. Cf. Raphel. in not. Polyb., id. qu. οργιζεσθαι, μνησικακειν. Ita Dionyſ. Halic. Ant. V, p. 286. Infenſiore erga eos animo fuit, intentans eis ni bellum, deficientibus viribus, Romanisque forſan id nolentibus, at famem tamen et perniciem, omni cum regno ſuo commercio eos excludens. Ὁμοθυμαδον παρησ. πρ. αυτ. ſc. legati vtriusque ciuitatis, ex quolibet ordine. Πειθειν eſt et placare, conciliare ſibi aliquem, pecuniaque corrumpere, Matth. 28, 14; 2 Macc. 4, 45; Gal. 1, 10 et ibi Kopp. Βλαστον nomen Romanum, et alibi occurrens, vid. Wetſt. Iudaeorum autem reges, quo magis Romanorum gratiam aucuparent, et Romanos in famulitio habebant. Επι κοιτωνος cubiculo praefectus, *Kammerherr*, (κοιτωνιτης, κατευνχστης) ſolita Graecorum periphraſis per επι, vt Romanorum per a, Hebr. על. Ita Arrian. Epict. 3, 22. Plut. in Othone ὁ επι των επιστολων; επι γαζης, Act. 8, 27. Δια το τρεφεσθαι – βασιλικης ſc. γης regno Herodis. Anguſtior erat ingentium illarum vrbium ditio, quam vt annonam tum incolis alendis tum quaeſtuoſiſſimae mercaturae exercendae ſufficientem ſuppeditare potuiſſet. Cf. Seruius ad Aeneid. 1, 39; Grotius ad Ieſ. 23, 16; et Raphel. ex Xen. ad h. l. Accedit, quod iſto tempore fames illa affligebat, c. 28.

v. 21. Iam Herodes M. in honorem Auguſti quinquennales ludos inſtituerat, non quidem in ſancta Hieroſolymorum vrbe habendos, ſed Caeſareae: adeo ab auitis moribus ad ineundam apud Romanos gratiam deflexerat. Ioſ. Ant. 16, 5, 1; 19, 7. 8; B. I. 1, 21, 8. Hos ludos celebrauit et Herodes Agrippa, quum eſſet Caeſareae, gentilesque mores profeſſus eſt, licet vehementiorem propugnandae legis auitae zelum affectauerat antea v. 1 - 3. Tertio imperii anno et ſecundo ludorum die haec, quae ſequuntur, accidiſſe auctor eſt Ioſeph. Ant. lib. 19, fin. qui omnia haec copioſius exponit. Εσθητα βασιλικην. Ioſeph. l. c. στολην ενδυσαμενος εξ αργυρου πεποιημενην
πασαν

καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς.
22 Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει· Θεοῦ φωνὴ καὶ οὐκ ἀνθρώπου.
23 Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου,
ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ γενόμενος
σκω-

πασαν – πρωταις των ἡλιακων ακτινων επιβολαις ὁ αργυρος καταυγασθεις θαυμασιως απεστιλβε, μαρμαιρων τι φοβερον και τοις εις αυτον ατενιζουσι φρικωδες. Βημα non tribunal, ſed ſuggeſtus, locus editus in theatro, vnde et ſpectare ludos, et, ſi vellet, coram concione loqui, ius dicere (c. 19, 29) etc. poſſet. Ἐδημηγορει tum ad Tyrios et Sidonios, v. 20, eorum enim res pecunia nondum confecta fuiſſe videtur, tum ad alios quoque Iudaeos, qui ſolenni hac occaſione vtebantur, adire regem Iudorum ſpectandorum cauſſa praeſentem, atque, ſi quid petendum habebant, cum eo communicare. Moris inſuper erat apud Graecos, quas res in publicam omnium notitiam venire cupiebant, easdem in theatro ſolemnibus ludorum diebus peragere.

v. 22. Δημος tum Tyriorum etc. qui ingentem legationem Caeſaream miſiſſe videntur, tum Caeſareenſium ipſorum. Θεου φωνη etc. Declamationi ergo excolendae ſtuduiſſe videtur, perinde ac Nero, vt audientium applauſu delectari poſſet: nec defuit illi, vt nulli principum, aſſentatorum turba; cf. Tacit. Ann. 14, 15; 16, 22. 25. Ioſephus l. c. ob veſtis ſplendorem maxime perhibet applauſiſſe adulatores; ſed vtrumque accidiſſe ſimul poteſt; — — Θεον προσαγορευοντες, ευμενης τε ειη, επιλεγοντες, ει και μεχρι νυν ὡς ανθρωπον εφοβηθημεν, αλλα τουνθευθεν κρειττονα σε θνητης φυσεως ὁμολογουμεν.

v. 23. Sed ecce hic div. honore inſignitus rex ſubito morbo correptus, et tandem vermibus corroſus animam efflat. Σκωληκοβρωτος, vermibus corroſus (ετι ζων addunt nonnulli), ſc. quoad inteſtina. Morbus forſan fuit idem, qui a Graecis foediori nomine φθειριασις appellatur: quo et Antiochus ſuccubuit, 2 Macc. 9, 9; Pherecydes, Ael. V. Hiſt. 4, 28; 5, 2; Maximinus, Lactant. mort. perſec. c. 33. Multa de hoc genere morbi ſcripta ſunt, vid. Richard. Mead

σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν. Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ 24
ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. Βαρνάβας δὲ καὶ Σαῦλος 25
ὑπέ-

Mead in tractat. de morbis biblicis, Lipſ. 1777. Caeterum et hic ſubitus morbus angelo miniſtrante eum inualiſſe ſiſtitur: Siquidem morbi et mors ipſa numinis miniſtri ſunt, 1 Reg. 19, 25, vnde αγγελος ολοθρευτης, Exod. 12, 23; 1 Cor. 10, 10. Ex hac Iudaeorum opinione ergo et hic morbus ab angelo inflictus traditur. Cf. Perill. EICHHORN comment. ſaepe laudata *Über die Engelerſch. in der Ap. Geſch.* Bibl. B. III, p. 401 ſq. et quae obuertit STORR. *diſſertat. exeget. in Libror. N. T. hiſtor. aliquot loca.* Ioſepho, qui ornatius hanc rem tradit, teſte ſub bubonis ſpecie apparuit iſte angelus: ανακυψας μετ' ολιγον τον βουβωνα της ἑαυτου κεφαλης ὑπερκαθεζομενον ειδεν επι σχοινιου τινος, αγγελον τουτον ευθυς ενοησεν κακων ειναι. Tum ex intimis praecordiis indoluiſſe Herodem vehementiſſimisque torminibus cruciatum fuiſſe idem refert. Διακαρδιον εσχεν οδυνην· αθρουν γαρ αυτω της κοιλιας προσεφυσεν αλγημα, μετα σφοδροτητος αρξαμενον. Ea omnia autem poenae inſtar ex iſtius aeui opinionibus perpeſſus eſſe h. l. legitur rex, ανθ' ὧν ουκ εδωκε δοξαν Θεῳ, quod explicat Ioſephus, ita habens: ουκ επεπληξε τουτοις (adulatoribus) ὁ βασιλευς, ουδε την κολακιαν ασεβουσαν απετρεψατο. Peccat ergo et blaſphemiae reus eſt non ſolum ille, qui talia verba ασεβη profert, qualia protulerant aſſentatores, ſed et is, qui ea accipit, nec βλασφημιαν inhibet. Ex theocratia Iudaeorum iſtae opiniones deducendae. Male vertunt alii: "quia noluerat agnoſcere potentiam Dei in ſeruando Petro conſpicuam."

Finis hic imponitur documento illi, quod de Petri vinculis rebusque inſequutis expoſuerat, ſicuti omnino hinc conticeſcit narratio Lucae, ex documento illo, quod Acta Petri inſcriptum erat, expreſſa. Nam, quae de Petro c. 15 denuo occurrunt, aliunde nouiſſe videtur Lucas. Ea, autem, quae v. 24 et 25 ſequuntur nectenda ſunt Capiti 11 et omni ei narrationi, quae de perſecutione chriſt. hom. deque incrementis euangelii exponit. Maioribus indies acceſſionibus aucta et locupletata eſt res chriſtiana, et in illis quoque rerum anguſtiis,

ὑπέστρεψαν ἐξ Ἱερουσαλὴμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.

ſtiis, quas intulerat magna illa fames. Πληθυνετο λογος. vel frugis inſtar, cui comparatur λογος chriſtianus: vel λογος επληθ. praegnanter dictum pro: "hominum λογω obtemperantium numerus επλ." Πληρωσ. την διακον. 11, 29. 30. Υπεστρεψαν. plusquamperf. Iam ante Herodis obitum, et ante abitum Petri Hieroſolymis v. 17. Nam ſi Antiochiam inde perrexiſſe Petrum credibile eſt (vid. ad v. 17.), Paulus prius eodem redierit neceſſe eſt, quia Gal. 2, 11 Paullus de *aduentu* Petri Antiochiam loquitur.

En ergo ſcenam Hieroſolymis et Caeſarea Antiochiam reductam. Erat illa vrbs palmaria eccleſiae extra Palaeſtinam collectae ſedes, vnde enectum euangelii praeconium multas variasque terrarum gentes deinceps peruaſit, ſtrenue promulgantibus illud Paullo et comitibus, donec et hic acerrimus rei chriſtianae vindex ſiſtitur in curſu, atque in vincula coniectus Romam ad cauſſam perorandam abducitur. c. 13 – fin. tot. libri. Hic ergo convenientiſſime pedem ſiſtet interpretatio.

* * *

Abſoluta iam fere typisque deſcripta priore hac libri noſtri particula, allatum mihi eſt opus praeſtantiſſimum: *Einleitung in die Schriften des Neuen Teſtaments, von* D. *Ioh. Leonh. Hug, Prof. d. Theol. zu Freyburg im Breisgau, 1ſter u. 2ter Theil: Tübing.* 1808 *und* 1809, cuius partem poſteriorem potiſſimum citius mihi ad manum non adfuiſſe, nec bene adeſſe potuiſſe, maxime equidem doleo; ſiquidem in ea inueniuntur quaeſtiones grauiſſimae et cum ſummo ingenii acumine enucleatae, in primis de chronologia, temporumque ordine rerum in Act. Apoſt. enumeratarum, nec non de Theophilo etc.

Sed potiſſima eorum, nec non alia, quae aliunde forſan ad lucem maiorem affundendam addi poſſunt, ad calcem poſterioris particulae, interpoſito meo iudicio, afferre licebit.

NOVUM TESTAMENTUM

GRAECE

PERPETUA ANNOTATIONE ILLUSTRATUM.

EDITIONIS KOPPIANAE

VOL. III. PARTIC. II.

COMPLECTENS

ACTA APOSTOLORUM

CAP. XIII — FIN.

CONTINUAVIT

IOANNES HENRICUS HEINRICHS.

GOTTINGAE

APUD HENRICUM DIETERICH.

MDCCCXII.

ACTA APOSTOLORVM GRAECE.

PERPETVA ANNOTATIONE ILLVSTRATA

A

IOANNE HENRICO HEINRICHS

DIOECESEOS BVRGDORFIENSIS SVPERINTENDENTE ET PASTORE BVRGDORFIAE PRIMARIO.

PARTICVLA POSTERIOR, CAP. XIII — FIN. CONTINENS.

GOTTINGAE
APVD HENRICVM DIETERICH
MDCCCXII.

Acta Apoſtolorum rectius in duas partes diſpeſci, et per ſe patet et in praefatione in priorem particulam monitum eſt. Excipit hic eam ante triennium a nobis editam particula poſterior, ſerius, quam credebamus, prodiens, ſiquidem et alia permulta, quibus diſtringimur, impediebant, et relicto loco, vnde prior particula exierat, alius locus adeundus, aliud munus ſuſcipiendum erat.

Sub-

Subiunximus excurſus nouem, ad quos in commentario paſſim prouocauimus; in commentario autem ipſo continuando easdem, vt par erat leges ſumus ſequuti, licet in argumentis ſingularum ſectionum exponendis longiores fuerimus; quae quidem ratio ad poſteriorem hanc particulam aptius videbatur quadrare, quia vna hic et continua ſerie procedit oratio, ibi modo ex hoc modo ex illo documento hauſta abrumpitur identidem et denuo attexitur.

Potuiſſemus ad calcem ſubiungere vitam Pauli, nobiliſſimi, qui hic tanquam in carmine heroico ſplendet, ducis et arteſignani, epiſtolarum potiſſimum ab eodem ad chriſtianos coetus miſſarum ratione habita, quam tamen cur ſupprimere ſatius viſum fuerit in fine commentarii indicauimus.

Non

Non possumus, quin, sicuti plurimorum virorum doctissimorum benigno de opera nostra iudicio accensi admodum laetamur, ita et iis nos exhibeamus gratissimos, qui hac illaue re dissentiunt argumentaque, quibus opiniones et hypotheses a nobis prolatas in dubium vocant, grauiora protulerunt et firmiora, sperantes, eo maiores inde ad monumenta sacra explicanda fructus redundaturos, si argumentis ex vtraque parte propositis aequa et iusta lance examinari quae sunt difficiliora poterunt et perpendi.

Caeterum quum longius a typographo distemus, quam vt singulae plagulae prelo iam excusae reddi atque a nobis recenseri potuerint, fieri vix potuit, quin, vel soler-

tissima

tiſſima cura adhibita, ſphalmata quaedam typographica remanſerint, qualia ſi forte inuenerint lectores, aequi bonique condonabunt.

Datum Burgdorfiae
Diſtrict. Cell., praefecturae Aller.
d. V. Mart. MDCCCXII.

HEINRICHS.

PRAEMO-

PRAEMONENDA.

Post calamitatem, quam inde a nefario scelere in Stephanum commisso Iesu Christi cultoribus intulerat Iudaeorum inuidia, magnam hominum afflictorum partem, relicta Palaestina, ad vicinas terras emigrasse, ibique christianae doctrinae prima dispersisse semina, supra mentionem ab auctore nostro factam vidimus (c. 11, 19). Nusquam tamen feliciore illi successu fruebantur, nusquam saltem tam frequentem hominum, qui Iesu nomina dedissent, coetum collegisse leguntur, quam Antiochiae. Erat illa vrbs inter omnes, quae in confiniis Palaestinae sitae erant, longe nobilissima, totius Syriae caput, magnaque Iudaeorum multitudine referta, vnde hanc potissimum vrbem adire, hic prima commendandae Iudaeis promiscue et gentibus paganisque doctrinae pericula facere, atque hinc ad insigniora regno Christi incrementa afferenda exire identidem, huc recurrere, res ipsa suadere videbatur. Huc se contulerat inter complures alios euangelii praecones et Barnabas, insignis ille rerum christianarum patronus et vindex, quem iam c. 1, 23; 4, 36; 9, 27 Theophilo a Luca indicatum, praecipua tamen bonitatis animi, ardorisque, quo pro doctrina salutari tuenda aliisque commendanda flagrabat, laude ab eodem cap. 11, 24 ornatum recordamur. Qui quidem quum et Saulum, de quo satis memorabiles euentus iam ante legimus (c. 9 etc.), quemque illustriorem subinde euadere, de republica christiana praeclare mereri, omnesque alios euangelii praecones longissimo post se interuallo relinquere posthac videbimus,

Antiochiam vocasset, suisque aliorumque sociorum conatibus et huius viri studia iunxisset, accidit, vt christianorum hominum coetus, qui Antiochiae coaluerat, celebrior indies exsisteret et nobilior, et primus Χριστιανων nomen (c. 11, 26.) famamque nancisceretur, ad quam tum quidem nulla dum alia ciuitas extra Palaestinam adspirauerat. Quamobrem istum Antiochensium coetum primum extra Palaestinam dignum visum fuisse videmus, qui iustae εκκλησιας nomine nuncuparetur *), ex qua tamquam e communi matre procrearentur omnes coetus alii, qui, annuente numine, per gentes deinceps essent colligendi.

Itaque

*) Existimamus igitur, nomen εκκλησια primitus non nisi ad coetum illum principem et palmarium pertinuisse, qui florebat Hierosolymae, cap. 12, 1, vbi ille κατ' ἐξοχην nominatur ἡ εκκλησια (cf. c. 15, 4. 22 etc.); deinceps autem, increscentibus indies Antiochiae Iesu Christi affectis, et in coetum et quasi corpus solidius coalescentibus; et ad hunc coetum ita fuisse translatum, vt et haec audiret ἡ εκκλησια, c. 14, 27; 18, 22 etc., ecclesia mater omnium aliarum inter gentes congregatarum. Quicunque aliis in locis coaluerant coetus, ignobiliores primo fuisse videntur, infirmioresque, adeoque potius μαθηται, αδελφοι audiunt (c. 18, 23; 15, 36), quam εκκλησιαι, quod tamen nomen, succrescentibus pluribus coetibus, *postea* et aliis inditum fuisse negari nequit, c. 15, 41; 16, 5. Illud tamen αἱ εκκλησιαι etc., quod legimus c. 9, 31, non testatur, prioribus iam temporibus et aliis praeter Hierosolymitanum coetibus id nominis adhaesisse, siquidem incerta ibi est lectio, et, ni praeferenda, at pari tamen in honore habenda lectio ἡ εκκλησια ειχεν etc., cuius testes loco suo non allegatos breuibus hic repetere licebit: ABC, 9 all. ap. Wetst. Griesb. et Birch. 1 ap. Matth. Syr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Vulg. Theophyl. ergo grauissimos vtriusque familiae testes: tum lectio αἱ εκκλησ. ex c. 16, 5 fluxisse videtur.

Itaque, quum adhuc nonnisi Hierosolymae adesset ecclesia, communis omnium aliarum, quae hucusque per Palaestinam potissimum legebantur, stirps et propago, iam binas habemus ecclesias, binasque vrbes earum altrices, alteram, vnde ad Iudaeos Palaestinenses, alteram, vnde ad Iudaeos paganosque per gentes viciniores remotioresue euectum euangelium conuinceret animos, Iesuque veriora rectioraque docenti adduceret. Vtraque ecclesia de re christiana optime promeruit: in vtraque congregatum erat sedemque suam fixerat virorum praeclarissimorum, qui caeteris euangelii ministris et praeconibus vi, grauitate et pondere superiores erant, collegium; Hierosolymae Apostolorum, praeside Petro, et post eum Iacobo, Antiochiae eorum virorum, quorum nomina cap. 13, 1 perhibentur, quorumque primus auctoritate fuit Barnabas: atque ex vtraque sede ad incrementa rebus christianis et extra vrbem afferenda praecones illustres, Hierosolymis Petrus, Philippus etc. Antiochia Barnabas, Saulus, Ioannes Marcus etc. exiere [a]).

In hac igitur vrbe versabatur et Saulus, qui hinc iam sub Paulli nomine celebratus laetiora omnia, quae de rerum christianarum incrementis perhibentur, reddit et illustriora, iamque per omnem, qui superest, librum tanquam per epicum carmen heros clarius exsplendescit. Qui quum Hierosolymis, quo ad sublenandam egenorum famem et inopiam cum Barnaba

[a]) Nunquam tamen ad eam famam celebritatemque euecta videtur ecclesia Antiochena, qua Hierosolymitana excellebat, id quod ex rerum natura ipsa accidit. Atque et Apostolorum collegium longius floruit Hierosolymae c. 21, 18, quum Antiochenorum praefectorum nulla serius exsistat mentio.

perrexerat, domum rediisset, diuiniore vi commotus vna cum Barnaba illo, a quo tanquam a patre filius susceptus erat, magna molitur, effectumque dare conatur, quae de gentibus per illum salutari doctrina imbuendis cecinerat olim diuinum oraculum (c. 9, 15). Solemniter ergo inaugurati Barnabas et Paulus iter ingrediuntur, prosequentibus ardentissimis suorum votis precibusque, multis sane periculis obiiciendi illi quidem, multis vicissitudinibus iactandi, sed et fortes atque impauidi, qui nullum casum reformidarent, omniaque, quae ingruebant, perferre statuissent constantissime. Magnorum autem profecto et mirabilium euentuum ferax fuit haec legatio, neque possumus non agnoscere praesentioris numinis indicia luculentissima, quo opitulante, superatis omnibus, quaecunque obiiciebat tum Iudaeorum inuidia tum paganorum superstitio, impedimentis, in humani generis commodum per tot tantasque gentes penetrauerat euangelium. Sed peraeque ac Apostoli, eiusdem per Palaestinam praeconium professi, Hierosolyma exeunt redeunt: ita et hi legati non continuum suscipiunt iter, sed Antiochiam, palmariam illam sedem, subinde reuisunt, requiescentes ibidem, de successu conatuum suorum rationem reddentes, atque ad noua pericula adeunda accingentes se et instaurantes. Triplex autem potissimum iter Antiochia cum sociis ingressus est Paullus: *primum*, praeeunte Barnaba susceptum, enarratur c. 13, – c. 14, 26: vnde Antiochiam reuersi, quum de quaestionibus quibusdam grauioribus Apostolorum collegium Hierosolymae consuluissent, c. 15, 1 – 33, commorati aliquamdiu Antiochiae atque tradenda I. C. doctrina firmandisque animis occupati, c. 15, 35, *alterum* iter ingreditur Paullus, quod inde a cap. 15, 40 – c. 18, 22 describitur. Post longiorem absentiam Antiochiam denuo reuisit, c. 18, 22, ibique quum aliquantum substitisset, *ter-*

tium

tium iter suscipit, c. 18, 23, vnde tamen nunquam Antiochiam rediisse legitur, quia Hierosolymam profecto c. 21, 17 fatales dies instabant, insidiae, accusationes, vincula, in quibus tandem Romam mittitur: his ad finem libri vsque expositis conticescit subito Lucae narratio, neque de eis, quae vlteriori tempore Paullo acciderant, quidquam additur.

Ita ductis eorum, quae posteriori hoc volumine continentur, primis lineis, commodissima iam et tutissima in collocandis, distribuendisque omnibus via procedemus.

Protinus quidem, iam euangelii inter gentes incrementa Theophilo expositurus Lucas quum de ecclesia Antiochena paucissima praemonuisset, exponit

I. *Primum iter, Antiochia susceptum* a Barnaba, Paullo et Ioanne Marco ministro. c. 13, 4 – c. 14, 27. Tendit autem legatio

1) per Seleuciam in Cyprum, quam insulam, inde a Salamine vsque ad Paphum peragrant legati, ibique hominem quendam doctrina et ingenio excellentem, sed Iesu Christo aduersantem consiliis artibusque suis, castigant, coercentque c. 13, 4 – 12.

2) Inde in terram continentem reuersi atque ad Pamphyliae littus adpellentes Pergam adueniunt; deinde, quum secessisset ab eis Hierosolymamque rediisset Ioannes Marcus, Barnabas et Paullus soli per varias vrbes, in quibus nil memoratu dignum accidisse legitur, Antiochiam Pisidiae tendunt, vbi in Iudaeorum synagoga publice verba faciens Paullus paganorum quidem permultis I. C. castra sequi persuadet, verum Iudaeorum odio et inuidia vna cum Barnaba infestatur grauissime, c. 13, v. 13 – 50.

3) Relicta igitur vrbe per Iconium, Lystram, Derben, aliaque Lycaoniae, Pisidiae et Pamphyliae

oppida domum redeunt, c. 13, 51 – c. 14, 27. Sic finitur primum iter, quod prospero successu circa commendandam Iesu doctrinam neutiquam caruit, in quo et varia secunda experti sunt viatores (c. 14, 11 sqq.), sed plura aduersa, id quod non solum Ioanni Marco caussa fuisse videtur, relinquere legatorum societatem, sed et legatos ipsos dubios reddidisse et ancipites, num longius ad vlteriores gentium terras penetrarent, nec ne. Legimus saltem, eosdem Antiochia Pisidiae haud sine vitae discrimine expulsos de reditu in Syriam cogitasse, atque peruenisse iam Derben vsque. Sed feliciore, quo ibi gaudebant, successu pellecti, mutata sententia, subito vrbem, vnde eiecti erant, reuisunt, donec tandem victrix sententia stetit illa, redeundum esse in Syriam, atque ecclesiae matri rationem eorum, quae peregerant, reddendam.

Quibus cunctis vsque ad c. 14, 27 narratione expositis, sequuntur

II. *Quae per illud tempus, quo Antiochiae commorabantur legati, cognitu digniora acciderunt*, c. 14, 28 – c. 15, 35.

Longius quidem Antiochiae leguntur commorati esse, c. 14, 28, occupati tam referendis eis, quae primo itinere et secunda et aduersa erant experti (14, 27), quam meditatione et euangelii doctrina (15, 35), tum ad noua alterius itineris pericula facienda animum reficientes, sed prae aliis id agentes, vt eorum, qui ex paganis Christo nomina dederant, libertatem contra eos, qui ex Iudaeis Hierosolymitanis Iesum sequuti erant, vindicarent, quum hi, satis temere et arroganter, neminem ad regni Messiani, quod conditum iri sperabant, splendorem et beatitatem adspirare posse statuerent, qui prae-

praeceptis ritibusque Mosaicis submittere se adspernaretur. De qua quidem quaestione, grauissima sane, et ad incrementa euangelii vel augenda vel impedienda summum momentum habitura, quo certius possent statuere, Hierosolymam proficiscuntur, ibique Apostolorum collegio solenniter conuocato rem grauissimam disceptarunt. Fertur sententia sapientissima, nullum praeter necessitatem iugum imponendum esse paganis, sed ne nimis offenderetur Iudaeorum pro auita religione, quae vnum Deum colendum statuebat, tuenda studium, abstinendum homini christiano esse ab epulis, quas in numinum suorum cultum instituebant pagani. Laeti vtrinque discedunt; nos autem iuuabit profecto cernere hic tam ingenuum animi candorem, quam strenuam libertatis tuendae alacritatem, et immorari primis his protestantismi vestigiis, quo profligabatur arrogantia Iudaeorum et superbia.

His igitur peractis, quum Antiochiam rediissent, ibique aliquantisper essent commorati, accingunt se ad

III. *Alterum iter Antiochia suscipiendum.* Cap. 15, 36 – c. 18, 22. Sed infeliciori hic dissidio seiungitur Paullus a Barnaba, qui quidem, Ioanne Marco consobrino in societatem assumto, in patriam Cyprum abiit, ibique vel vlteriorem augendae rei christianae operam nauauit, vel in otio consenuit. Paullus autem aliis comitibus, in quibus Timotheus eminet, selectis, quibus deinceps adiungebantur et alii (cf. ad c. 16, 10.), iter ingreditur, primo illo longe maius et periculosae aleae plenius. In hoc itinere altero

1) reuisit eos coetus, quos in priore itinere (c. 13, 13 – c. 14, 25) per Pamphyliam, Pisidiam etc. collegerat c. 15, 41 – c. 16, 5. Hinc dubius et incertus, num ad vlteriores Asiae tractus pene-

 tret,

trem, an in Europam se iiciat, posteriorem tandem sententiam sequutus versus occidentem tendit, atque per Mysiam ad Troadem vsque profectus conscendit nauem, praeterlectaque Samothrace insula, postridie Neapolim Macedoniae portum appellit, atque Philippos pergit, c. 16, 6 – 12. In huc itinere Lucas ipse, libri auctor, Paullo comes adhaeret. Iam cernitur

2) Paullus Philippis, c. 16, 12 – fin. Neque in hac vrbe conaminibus, quibus locupletare rem christianam allaborabat, successus defuit; sed neque defuerunt Iudaei odio et inuidia infesti: corripiuntur legati, in carcerem coniiciuntur, sed honorifice tamen absoluuntur. Itaque egressi ex vrbe, atque a Luca, qui ibi substitisse videtur, seiuncti in vlteriores Macedoniae tractus pergunt, peragratisque oppidis nonnullis adest

3) Paullus Thessalonicae, c. 17, 1 – 10, et Beroeae, v. 11 – 15: et quum in vtraque vrbe multa in rei christianae emolumentum patrasset, Iudaeorum insidiis et hic petitus, relictis et ibi sodalibus, nobilissimam vrbem, litterarum sedem clarissimam, adire statuit. Adest ergo

4) Paullus Athenis, c. 17, 11 – fin. Non miros quidem nos habet, risui hic haberi a philosophis, qui se in omni terrarum orbe sapientissimos habebant, hominem graecis litteris non penitus imbutum; gaudebimus tamen diuinae doctrinae praeconem prudentissimum in ancipiti hoc et difficili loco gerere se et cordatissimum, orationemque, quam ad populum Atheniensem habet, ita attemperare calluisse, vt illis verbis, quibus adhuc nonnisi Iudaeos allocutus erat, prorsus absimilis, restingueret nimiam curiositatem nouaque audiendi pruritum, neque prorsus effectu, quem producere tentabat, careret. Et Athenis

qui-

quidem ab insidiis Iudaeorum tutus mansit Apostolus. Atque quum in illis terrarum tractibus versaretur, noluit praeterire clarissimum emporium, quod in vicinia et fama et opulentia florebat. Proinde inuenitur iam

5) Paullus Corinthi, c. 18, 1-17. Ibi quum, sociis quos relinquerat Beroeae redeuntibus, per longius temporis interuallum tradendae I. C. doctrinae vacasset, variisque secunda et aduersa esset expertus, tandem aliquando in Asiam, vnde c. 16 erat egressus, redeundum sibi existimans, vtramque ecclesiam matrem reuisere statuit, et Hierosolymitanam, vt afferret pauperibus collectam in Europa, eiusque opulentioribus emporiis, Corintho, Thessalonica etc. stipem, et Antiochenam, vt, sicuti quondam cum Barnaba fecerat (c. 14, 26. 27), ita et nunc narraret ecclesiae praefectis eos successus, quibus conamina sua rebus christianis prosperauerat numen. In hoc itinere salutauit et Ephesum, vbi amicissime exceptus, Iudaeosque haudquaqnam aeque infestos atque alibi expertus, annuisset lubenter eorum votis, iam tum diutius manendi, ni grauiora consilia inceptum iter persequi suasissent, c. 18, 18 - 22.

Tali modo et alterum iter, ad quod Antiochia egressus erat, absoluitur, priore illo longe maius, euentuumque multo magis ferax, neque, vt prius illud, intra anni aut biennii spatium, sed exacto fere sexennio, vt videtur, aut septennio perfectum. Breuius tamen iam Antiochiae commoratur Apostolus, vt qui in stadio, quod tam fausto successu ingressus erat, strenue decurrendo longius detineri se aegerrime pateretur. Excipit

IV. *Tertium iter Antiochia susceptum*, vnde tamen in vrbem rediisse nusquam legitur, siquidem grauiori

 calami-

calamitate Hierosolymae oppressus Romam ducebatur, vnde num et quando in Asiam sit reuersus, noster quidem auctor silentio omittit. Continuatur igitur haec narratio vsque ad finem libri. In hoc autem itinere tertio

1) primo quidem reuisit conditas per Phrygiam Galatiamque (c. 16, 6) ecclesias, quod idem et in secundo itinere auspicando ante omnia alia curandum duxerat (c. 15, 41 – c. 16, 5). Breuissime haec narrantur, c. 18, 23.

Quibus noua admonitione firmatis munitisque, nil antiquius habet, quam redire Ephesum, vbi tam faustis auspiciis euangelii praeconium exorsus erat c. 18, 19. 20. Sed jam mutata erat rerum facies, siquidem, dum haec a Paullo per interiores Asiae tractus gerebantur, alius magister, doctus ante alios et cum primis facundus, Apollo, doctrinam de Messia Ephesi tradiderat, sed mancam adhuc et imperfectam, vnde Paullo Ephesum aduentanti multa explicanda, supplenda, corrigenda supererant. Quae antequam narrantur, praemittuntur nonnulla de nouo hoc magistro, qui in scenam prodierat, c. 18, 24 – 28, quo facilius insequentia intelligi queant. Adest ergo

2) Paullus Ephesi c. 19. Et hic quidem ante omnia id curandum habuit, vt non appropinquare solum Messiam, sed in Iesu persona vere iam apparuisse euictum daret. Prius illud, Ioannis baptistae vestigia sequutus, Ephesi promulgauerat Apollo, qui tametsi rectiora mox de Iesu, vero Messia, ab aliis edoctus eadem aliis traderet et ipse, c. 18, 28, non tamen mutasse admodum impressam a se primitus Ephesinorum animis de Messia sententiam videtur, siquidem illico abitum

tum in Achaiam moliebatur, vbi prima doctrinae salutaris semina, quae sparserat Paullus, vberiora reddidit et laetiora (1 Cor. 3, 6). Quamobrem Ephesi quidem in multis adhuc elaborandum fuit Paullo, in quibus strenuum se, vt solebat, gessit et sollertissimum: et vltra biennium ibidem versatus, multa tam in vrbe ipsa, quam in vicinia, prospere et felicissime peregit, multisque accessionibus euangelium mirum in modum locupletauit, c. 19, 1 – 20.

Atque sicuti, quum in Europa versaretur, reuisere eos, quos per Asiam Christo adduxerat, gestiebat (c. 18, 18), ita iam in Asia degens non minore desiderio inspiciendorum coetuum per Europam collectorum tenebatur. Sed dum abitum in Europam molitur, grauissima aduersus eum excitatur seditio, tanto acerbior Apostolo, quod in vrbe contigerat, in qua meliores adhuc sibique iunctissimos cognouerat hominum animos: sedatur tamen concitatae plebis furor, et Paullus saluus sospesque euadit, c. 19, 21 – fin. Re composita

3) Paullus relicta Epheso in Europam traiicit, variasque prouincias obit, quod tamen breuissima narratione perstringitur, licet permulta cognitu dignissima hic accidisse credendum est. Peractis rite omnibus in Syriam (c. 20, 3), i. e. Antiochiam, redire constituerat, vt et de tertio hoc itinere rationem redderet: verum neque directam viam, vt quondam c. 18, 18, ingreditur, quia metuebat infestas Iudaeorum machinationes, neque omnino Antiochiam peruenit, quoniam et in hoc itinere, vt in priori c. 18, 21. 22, Hierosolymam etiam adire animus erat; ibi autem insidiae, accusationes, vincula manebant cursumque

suumque impediebant *). Quamobrem longiorem per Macedoniam, Asiam etc. reditum parat, comitantibus pluribus sodalibus, quibus post longiorem absentiam Philippis denuo iungitur. Lucas. Lucu-

*) Quaeri sane hic poterit, cur Paullus, qui ex Antiochia ad promulgandum inter gentes euangelium exibat, non in eo acquieuerit, vt in istam tantummodo vrbem rediret, ibique gesti a se muneris rationes redderet, sed potius et Hierosolymam iterato tetenderit, in primis quum grauissimam ibi perniciem sibi intentum iri et ipse cerneret et ab aliis admoneretur (c. 20, 22. 23; 21, 10 sqq.)? Verum haudquaquam tam ingratum se praestitit P. et arrogantem, vt aut obliuisci ea, quibus tam beneuole ab Apostolis acceptus fuerat c. 9, 28, aut negare potuisset, maius pondus maioremque auctoritatem prae doctoribus Antiochenis fuisse Apostolis Hierosolymitanis. Proinde, tametsi in itineribus suis conficiendis primum et summum habebat illud, vt Christi doctrinam *gentibus* commendaret, nunquam tamen neglexit, quocunque poterat modo, Apostolis et omni ecclesiae Hierosolymitanae gratissimum se exhibere, colligere stipem, eamque in neoconversorum sustentationem Hierosolymam subinde afferre, c. 11, 29; 24, 17; cf. 1 Cor. 16, 1 sqq; 2 Cor. c. 8. c. 9; Rom. 15, 25 sqq. 31 etc. Accedit, quod Hierosolymae, vt videtur, degebat Paulli soror c. 23, 16, quam reuisere interdum cupiisse, nemo fraudi habebit Apostolo. Caeterum vltimum finem et metam, quum ex itineribus rediret, non Hierosolymam fuisse, sed Antiochiam, apparere videtur tum exinde, quod c. 18, 18; 20, 3 diserte dicitur iter susceptum fuisse non εις την Ιουδαιαν, sed εις την Συριαν, tum quod in priore illo reditu Hierosolymae nonnisi paucissimis mentio fiat, c. 18, 22, de Antiochia autem id saltem memoratur, ibi paullisper commoratum fuisse Apostolum. Eodem modo et in hoc reditu rem se habituram fuisse credo, dummodo Antiochiam peruenisset, neque tot tamque aduersis fatis Hierosolymae habuisset conflictandum.

Luculentior hinc redditur rerum gestarum effigies, quippe quibus auctor interfuisset ipse: ex omnibus tamen, quae in itinere hoc acciderunt, memoratu longe dignissima et ad animos commovendos aptissima facile habebitur illa oratio, qua Ephesinae ecclesiae praefectos, qui grauissimam sui memoriam apud Paullum reliquerant, Miletum conuocatos alloquitur. Iam viam persequitur Paullus, sed Antiochiam ipsam non ingredi licuit, grauissimis periculis Hierosolymae implicito. Perhibentur autem cuncta haec a c. 20, 1 - 21, 16. Aliam hinc faciem gignunt omnia, neque iam de legationibus Antiochia euntibus redeuntibus sermo erit, sed de Paulli miseriis, quas exhauriendas habuit Hierosolymae. Et hinc commodissime auspicamur aliam libri nostri sectionem, quam in altera hac parte quinto loco ponimus.

V. *Paullus Hierosolymae.* Corripitur, accusatur, in vincula coniicitur, insidiis petitur, caussam suam coram Iudaeorum Romanorumque iudicio perorat, tandemque prouocat ad Caesarem. Perducuntur haec inde a cap. 21, 17 - cap. 26 fin. quae quia longiore describuntur et copiosiore sermone, in has ferme particulas distribui poterunt.

1) Beneuole admodum a fratribus Hierosolymitanis excipitur Apostolus: neque id immerito, siquidem afferebat secum, quo indigentiores vitae inopiam subleuarent. Atque hic primo quidem, Apostolorum precibus indulgens, ritus quosdam religionis Mosaicae celebrat, vt declinaret eorum calumnias, qui patriam legem et auita sacra prorsus oppugnari ab ipso et respui clamitabant, c. 21, 17 - 26.

2) Sed inter rituum horum solemnia per tumultum corripitur a Iudaeis, qui celebrandi festi caussa

ex

ex Asia aderant, quique eorum, quae in suis quondam vrbibus perpetrauerat Christi legatus, memoriam recoluerant: indigne ferentes illi quidem, quod tum parum successerat dolus et inuidia, magistratibus quippe paganis aequioribus erga Paullum et facilioribus, iam autem Iudaeorum magistratus manibus pedibusque in suam sententiam descensuros, Paullumque eo, quod dudum meruerat, supplicio affecturos sperantes. Quamobrem manus inferunt Paullo, omnem vrbem, vt solet seditiosa plebs, tumultu complent, et maiora fuissent conati, ni opportune interuenisset Lysias, tribunus cohortis Romanae, quae Hierosolymae excubias agebat, a quo in vincula P. coniicitur, c. 21, 27 – 39.

3) Hinc, permittente Lysia, oratione apologetica se contra ingruentium impetus et calumnias defendit. Sed magno hic profecto et difficili in loco versabatur P. Accusabatur, quod relictis maiorum institutis noua via ingrederetur: id quod negari poterat nullo pacto. Euincendum ergo erat, καινην illam ὁδον, quam erat sectatus, veteriori illi religionum celebrandarum rationi longe esse antehabendam. Sed erat ea res altioris indaginis, quae paucissimis expediri prorsus nequibat, nedum coram concitata plebe expendi et enucleari. Dignus erat Deo vindice nodus: et interuenit numen, quod Iesum cruci affixum e mortuis reuocauit: interueniunt phaenomena coelestia, quae ex formidatissimo Christianismi aduersario acerrimum eiusdem formabant vindicem. Nulla ergo faciliori via in defendendo se coram multitudine incedere potuit Paullus, quam ea, qua vere ingreditur, vt eadem, quae c. 9 legitur, narratione repetita ostendat, et quasi ad oculos demonstret, altiori se

se vi ad ea, quae instituit, compulsum esse et abreptum. Et persuasisset, opinor, nonnullis veritatem eorum, quae demonstrabat, ipsamque viam nouam commendasset, ni multitudinis strepitu interpellatus, omnem in se defendendo operam perdidisset. Incassum dicta erant omnia. At chiliarchus, qui praesenti militum manu plebis impetum coercebat, de re nequibat decernere: neque enim id erat militis, neque aut de Iudaeorum religionibus quidquam compertum habebat ille, aut Hebraeorum linguam, qua P. verba fecerat, callebat. Videbatur is quidem principio sicarium quendam turbarumque concitatorem in Paullo inuenisse, quibus id temporis Iudaea ita erat infesta *), vt si quis Iudaeorum apud Romanos deferebatur, eiuscemodi crimen illico suspicarentur illi. Proinde et torqueri Paullum flagellisque caedi iubet, verum, vt audiit ciuem esse Romanum, desistit ab incepto, omnique, quo dignus erat, honore ciuem Romanum prosequitur. Adhuc ergo in caussa Paulli cognoscenda diiudicandaque nil efficitur. Habentur haec omnia inde a c. 21, 40 – c. 22, 30.

4) Sed quum metum et suspicionem, quam de Paullo conceperat, vanam Lysias cerneret et inanem, hominemque populi Rom. maiestati neutiquam grauem et perniciosum animaduerteret, parum curans eiusdem caussam, quam ad gentis religiones pertinere comperit, Iudaeorum synedrio, quod de eiusmodi caussis statuebat, rem deliberandam tradit. En ergo Paullum coram Synedrio caussam suam orantem. Neque tamen vel hic plura efficiuntur: namque hi iudices, licet caussam,

*) Praesertim sub procuratoribus Felice et Festo. vid. Ioseph. Antt. 20, 7; Bell. Iud. 2, 12.

caussam, de qua agebatur, probe intelligentes, eosdem se gerunt, quos in caussa Iesu examinanda se exhibuerant, coeco et insano tuendae legis patriae ardore flagrantes, ira et odio concitatos, qui ne ferre quidem valerent vultum hominis libere et ingenue animi integritatem testificantis, qui in loquentis os audacter inuolarent, a quibus sententia iusta et ab omni partium studio aliena exspectari nullo modo posset. Accedit, quod turbulentum iam iudicum consessum turbulentiorem reddidit Paullus ipse, qui, vt effugeret capitalem sententiam, ob *αναστασιν* se spemque a maioribus inde vsque ad praesentia tempora a natione conceptam accusari se clamitans, in discordiam abegit iudices, ita vt, reo militum manu eorum potestati erepto, atque in custodiam a Lysia coniecto, re infecta solueretur iudicium nec quidquam de caussa ipsa decerneretur. Leguntur haec c. 22, 30 – 23, 11.

5) Dum in custodia seruatur Paullus, adsunt homines flagitiosi et ad quidlibet audendum proiecti, qui, instigante citra dubium Synedrio, quod dedecus hesterni iudicii aequo animo ferre nequibat, grauissimo iuramento interposito, aduersus Paulli vitam conspirant. Verum et has insidias elusit idem prouidum numen, quod peculiari tutela legatum Iesu Christi susceperat. Refertur de his insidiis ad Lysiam chiliarchum, qui Paullum stipatum militum manu Caesaream ad Claudium Felicem, procuratorem Romanum, transmittit, vt coram tribunali Romano, aequiore et iustiore, caussa cognosceretur. Narrata haec sunt cap. 23, 12 – fin.

6) Hinc speranda iam erat recta et iusta caussae cognitio, verum Felicis ingenium leue et mobile, et ad libidinem auaritiamque explendam procliue

videtur

videtur prohibuisse, quo minus iam nunc lis aestimaretur. Qui cum videret, nil contra imperatoris aut populi Romani maiestatem machinari reum, nulla fere cura dignam rem habuit, distulit, comperendinauit, dies prorogauit, et omnino rem omnem tractauit negligentissime. Omnia familiari potius sermone miscuit, quam stato iudicii die transegit, adhibita et vxore Drusilla, natione Iudaea, siue vt de religionibus Iudaeorum suggereret illa, quae ipsum fugiebant, siue, quod mihi potius videtur, vt mulierculae curiositati satisfaceret ipse. Et tales quidem nectendo moras eo se rem adducere posse sperabat, vt Paulli socii et sodales pretio tandem sectae suae ducem et antistitem redimerent. Ita apparet, eiusmodi homine iudicia moderante, nil potuisse effici. cap. 24, 1–26.

7) Verum enimuero Felici Romam reuocato successit Porcius Festus, homo iustus et integer [5]), atque

[5]) Multo iustiorem se Festus in obeunda prouincia gessit Felice, qui omnino multas sui nominis maculas in Iudaea reliquerat, videturque Festus homo fuisse pluribus nominibus laudandus, cuius post administratam biennio prouinciam praematuram mortem doluisse videntur Iudaei Ios. B.I. 2, 13, init. Inique sane in eum agere videtur Ven. *Thiess*, qui ad c. 25 multa grauia ex arbitrio depromit aduersus eum, qui et strenuum se et sollertem (c. 25, 17, coll. c. 24, 22), et iustissimum (c. 25, 16) et comem vrbanumque (ad cap. 25, 4; ibid. v. 14 sq.) gesserat. Paullus quidem de Felice non poterat conqueri, Festum autem erga Iudaeos faciliorem timuisse videtur (c. 25, 9 sq.), sed, vbi ad Caesarem prouocauerat, nentiquam ea re offensum inuenit eundem, vt qui, narrante Iosepho, ne tunc quidem Iudaeorum ad Caesarem legationem proficisci prohiberet, quum parietem, qui regii triclinii prospectum in vrbem ac templum arcebat, exstruxissent illi, eumque dirui iussisset et Agrippa et Festus (Ios. Ant. 20, 7).

que in limine ſaltem gubernandae a ſe prouinciae gnauus et induſtrius: iamque ad finem deduci res videbatur, et deducta fuiſſet, niſi Feſtus, qui ad gentis beneuolentiam captandam aequiorem ſe Iudaeis et faciliorem praeſtitit, quam Felix, qui, vt quondam Pilatus, Iudaeos quaſi ludificatus eſſe videbatur, timorem inieciſſet Paullo, ne Hieroſolymam denuo remitteretur: quae ſi eſſent facta, aut mortem aut iniuſtiſſimam ſententiam ſibi inſtare cernebat. Quamobrem ad Caeſarem Romanum prouocat, nil contra monente Feſto, imo ad captiuum Romam abducendum omnia praeparante. Vid. c. 25, 1 — 12.

8) Ita in Iudaea quidem nil certi de cauſſa Paulli ſtatui et decerni poſſe videbatur: ſed interueniente tamen caſu aliquo ad exitum perducta illa, Paullusque capitis abſolutus in libertatem reſtitutus fuiſſet iam tum, ni prouocaſſet ad Caeſarem. Accidit enim, vt ad ſalutandum Feſtum Caeſaream adueniret Agrippa rex, Romanorum cum primis ſtudioſus, quicum et alia familiariter et humane colloquebatur procurator, et conſilium de Paulli cauſſa exploranda iniit. Iam ſerio tractari res coepta eſt, quae adhuc negligentius aeſtimata huc illuc fluctuauerat: et certi quid ac iuſti videbatur effici poſſe, ſiquidem Agrippa et peritus erat, vtpote Iudaeus natione, rerum, quae ad religiones pertinebant, et a coeca illa propugnandae patriae legis inſania, quae priores iudices Iudaicos prohibuerat, quo minus iuſtam de Paullo ſententiam ferrent, quam maxime alienus [6]). Qui quum, prae-

6) Vid. Ioſeph. l. c., vbi narratur amplam et ſpatioſam domum Hieroſolymis exſtruxiſſe, vnde ſpectari poterat, quidquid circa templum fieret. Adde, quae ſequenti capite ſub procuratore Albino eum geſſiſſe narrat idem Ioſephus, vnde luculentiſſime patet, Romano-

praesente Festo, perorantem Paullum audiisset, capitis absoluendum esse hominem decreuit, omniaque in emolumentum et honorem accusati vertissent, nisi auctoritatem Caesaris ille interposuisset. Neque tamen Paullum poenituit, longiores moras a se nexas esse: neque enim; si vel absolutus fuisset, effugere in Iudaea potuisset insidiantium manus; Romam autem, totius terrarum orbis vrbem capitalem, videre iam dudum in votis habuerat ardentissimis; c. 25, 13 – c. 26, fin. Romam ergo ducitur Apostolus, narraturque sexta id est postrema libri nostri sectione

VI. *Paulli iter Romanum.* Cap. 27 et 28. Bipartito haec poterunt distribui, siquidem perhibentur,

1) quae in itinere contigerint, c. 27 – c. 28, 16.

2) quae in vrbe ipsa, c. 28, 17 – fin.

Tardissimum sane iter et molestissimum, e quo tamen, fatis iactatus iniquissimis, quum summum vitae discrimen et tempestate, et naufragio, et militum caedem captiuorum suadentium consiliis, et viperae venenatae tactu adiisset, seruante summo numine saluus et sospes euasit, optatamque metam contigit [7].

B 2 Expo-

manorum gratiae aucupandae, quam Iudaicorum morum seruandorum eum fuisse studiosiorem. Familiorem cum hoc consuetudinem inierat Festus, cui et circa Paulli caussam multam gratiam debuisse videtur; vid. annot. ad c. 25, 27.

7) Obseruatum est ab intt., purissimam hic et rectissimam Graecitatem inueniri, maxime quoad terminos nauticos, qui hic iidem adsunt, qui in scriptoribus classicis inueniuntur, ὑποδραμειν, παραλεγεσθαι, ὑποπλειν, αἰρειν, επιδιδοναι. διαφερεσθαι, αναγειν, καταγειν etc., de quibus videndi scriptores Antiquitatis Graecae. Sed nimium tamen agere illos, qui hinc suspicari volunt, Lucam rei naualis peritissimum fuisse, facile cognoscimus.

Expoſito adhuc eorum, quae in poſteriori hac parte continentur, argumento et ordine, pauca quaedam tam circa Lucam, narrationis auctorem, quam circa Paullum, ducem omnium quae narrantur et anteſignanum, corollarii inſtar addidiſſe fraudi non habebitur.

Alio quodam colore et ab iis, quae priore libri noſtri parte comprehendebantur, diuerſo imbuta eſſe, quae iam ſequuntur, neminem facile latebit. Neque id ſecus quam par eſt: ſiquidem plures ibi rerum gerendarum heroes eminebant, hic vnus duntaxat princeps et coryphaeus: varietas ibi rerum narratarum, hic vnitas: ex variis documentis fontibusque hauſta illa, haec a Luca ipſo aut oculis, aut auditu percepta: idemtidem ibi abrupta narrationis tela, et, quum alia inſerta eſſent, poſtea repetita, hic continua ſerie aequabiliter procedens: ibi Hieroſolyma ſplendens, Apoſtolorum, quorum ibi coaluerat collegium, Petri, Iacobi, Philippi etc. conamina laudata, euectum Hieroſolyma in caeteram Palaeſtinam, adiacentesque tractus euangelium: hic Antiochia alma euangelii nutrix, indeque non in Palaeſtinam, ſed in remotiores Aſiae Europaeque tractus ſparſa doctrinae ſalutaris ſemina; alia nomina Paulli, Barnabae, Siluani, Timothei etc. nec niſi tunc Hieroſolymorum collegiique Apoſtolici repetita mentio, vbi Paullus ipſe ibidem adeſt.

Sed et ipſa haec, quae inde a Cap. 13 narratione perducuntur, quoad copiam expoſitarum rerum, mirum quantum a ſe differunt. Aliis quippe interfuit auctor ipſe, quae pleniore narratione reddit: alia audierat a Paullo eiusdemue comitibus, quae interdum leuiſſime perſtringit. Ibi multa adſunt, quibus commode carere potuiſſemus: hic plura eaque grauiſſima deſiderantur, quae ſi locupletius expoſita fuiſſent, multis rebus lucem credenda ſunt allatura fuiſſe benigniſſimam. Nil quidem morati eſſemus, ſi vel abfuiſſent ea, quae de Macedone, Paullo per ſomnium apparente,

rente,

rente, c. 16, 9. 19, aut de Λυδίᾳ πορφυροπώλιδι ibid. v. 13 sqq. aut de Eutycho c. 20, 7 sqq. perhibentur, dumne maiora et grauiora intercidissent. At qui potuit fieri aliter, quum ea, quae se absente erant gesta, nesciret Lucas, et explorare sollertius negligeret, tanquam res, quas, quia non viderat ipse, minoris momenti ducebat; nec nisi ea commentario intexenda duceret, quae ad nexum rerum et ordinem seruandum faciebant, aut ipsi, prout memoria suppetebat, narrata erant breuius copiosiusue: illa autem, quae post suum in societatem aduentum reditumue prima contingebant, vt accidere solet hominibus, grauissima viderentur cognituque dignissima, quorum nihil esset reticendum? Accedit, quod maxime ea, quae circa miracula edita, tumultus contra legatorum vitam concitatos oppressosque versantur, dignissima videbantur et Paullo, quae narraret Lucae, et huic, quae in tabulas referret. At quot quantaque quaeso his ipsis de caussis desideramus! Quantopere iuuasset legisse

1) accuratiorem de institutis principio conditisque per *Galatiam* adiacentesque terras ecclesiis expositionem, quae ad illustrandam epistolam ad Galatas fecisset vel maxime? At nunc ea perstringuntur leuissime, cap. 16, 6; 18, 23; forte et 14, 6. Quam libenter porro audiremus

2) ea, quae acciderant *Thessalonicae*, c. 17, 1-9, copiosius narrata? quorum breuitas obscurius reddit id, quod Thessalonicensibus, quos in prima epistola tantis laudibus effert Apostolus, antehabentur Beroeenses c. 17, 11. Neque multo plura leguntur de eis,

3) quae *Corinthi* gesta sunt, vbi tamen longius, quam per integrum annum et dimidium commoratus est Apostolus, neque in otio ac desidia, sine fructibus et Corinthiae ecclesiae et euangelio omnino progignendis tantum temporis interuallum consumsisse

credendus est. Quantum quaeso ad clarius intelligendas epistolas ad Corinthios momentum peperisset hic copiosior narratio!

4) Nec sane grauate tulissemus, si plura resciuissemus de eis, quae acciderint Beroeae, c. 17, 11–15, Athenis, v. 16–fin. litterarum arce, atque in itinere illo, quod Epheso per Macedoniam in Graeciam instituisse, et eadem via retro suscepisse. legitur P. c. 20, 1–6, quod licet non mediocrium, vt videtur, euentuum ferax, nimia tamen breuitate, et vix totidem verbis absoluitur, quibus subsequens eorum, quae Troade cum Eutycho acciderant, narratio.

Neque tamen negari potest, varia eorum, quibus Lucas non interfuit, pleniore oratione reddi; sunt tamen ea fere nonnisi orationes ab Apostolis habitae, vt c. 13, 16–41; 14, 15–17; 17, 22–31, aut tumultus contra eos moti c. 13, 50, 14, 19 et grauissimus ille Ephesinus c. 19, 23 sqq. quem in summis, quae legatis imminuebant, periculis habendum esse vel idcirco dixeris, quod tam copiose, etiamsi non aeque ac c. 16, 19 sqq. interfuerit Lucas, refertur. De Corintho quidem c. 18 et Epheso c. 19 plenior est narratio, haudquaquam tamen aeque locuples, atque exspectari poterat ex vrbibus, in quibus per binos ternosue annos substiterat legatio.

Id quidem nemo obuertet, de rebus, quae a Paullo per biennium gesta sint Romae, nil ferme exponi a Luca, tametsi ibi praesens adfuerat, siquidem de consulto accidisse videtur, vt, postquam breuibus tetigerat ea, quae c. 28, 30. 31 leguntur, subsisteret [s]): vt adeo

s) Vid. proleg. p. 46 sqq. et commentar. ad c. 28, 31. Ast Ven. *Hug* in Einleit. ins N. T., praestantissimo ob eruditionem et acumen subactissimum libro, Th. 2, §. 70. opinatur, haud indiguisse Theophilum pluribus, quoniam in Romae vicinia, forte, quia nomen Grae-

adeo generaliorem sententiam ex eis, quae adhuc scripsimus, haud iniuria eliciamus eam, narrationem posterioris huius partis breuiorem ibi et succinctiorem inueniri, vbi narrata sibi ab aliis reddit Lucas, at, vbi oculis res gestas intuitus est ipse, copiosiorem et locupletiorem.

Et haec quidem de Luca, rerumque posteriori hac parte expositarum narratione aut breuiore aut pleniore addidisse sufficiat. Iam obseruationibus quibusdam de Paullo adiectis, pauca haec, quibus praefamur, consignemus. Cuius quidem ingenium magnis rebus gerendis natum, ingens industria et sollertia, acerrimum rerum, quarum patrocinium susceperat, tuendarum studium, constantia ad pertinaciam vsque procedens, simul cauta ac circumspectissima prouidentia, tum animi candor et integritas, sincerissimus alio-

 rum

Graecum est, in Graecia magna degerit, procuratoris ducenarii officio functus, cui ornamenta consularia, ergo et titulum Κρατιστος indulserat Claudius (Sueton. Claud. 24). Qui quum saepissime Romam proficisceretur, officio suo itinera ei iniungente, saepiusque narrata ex vrbe ab aliis audiret, facillime rescisceere potuit, quomodo se res Paulli Romae haberet. Cf. similia in proleg. et comment. l. c. Difficile est, certi quid constituere, vbi deficientibus monumentis historicis omnia fluctuant. Apparet tamen facile, nomen Graecum non prohibere, quo minus Romae aut natus sit aut degerit Theophilus, sicuti et in Graecia magna eo tempore Romana et Graeca nomina audiebantur promiscue. Vtrum tamen Theophilus, Vir nobilis et illustris, aut Romae aut in vicinia degens, curam habuerit explorandi et sciscitandi τα κατα τον Παυλον, neque potius, vt homo diues et commodus, ea ab aliis relata audire, scriptisque tabulis comprehensa habere praetulerit, in medio relinquimus. Sperabat forte et Lucas, Paullum cognita caussa Roma egressurum, suscepturumque aliud iter, quod largam scribendo tertio volumini materiam suppeditare posset.

rum hominum amor ad magistri exemplar animo informatus quum ab aliis egregie sint illustrata [9]), non est, quod hic repetantur: inueniemus facile et in huius libri narratione idem praestantissimum ingenium elucens tum in omnibus, quae peregit, tum in eis, quae mala et aduersa perpessus esse legitur [10]). Neque tamen veremur, ne de tanti viri laude detrahere aliquid videamur, si in omnibus sanctissimum illud exemplar neutiquam eum prorsus assequutum esse dicamus [11]): neque enim eandem mansuetudinem exhibuit (c. 17, 37 sqq.; c. 23, 25; cf. 2 Thess. 1, 6 et similia alia multa), neque tam fortiter contemsisse videtur mortem, imo vitae discrimina declinare, iniustamque iudiciorum sententiam effugere allaborabat enixissime. In illo autem iudicio coram Synedrio talem se gessit, qualem, licet eadem iniuria affectus (Io. 18, 22 coll. Act. 23, 2), minime se exhibuerat Iesus, vid. ad c. 23, 10. Non ignoro quidem, defendi posse modum ac rationem, qua Paullus processerit, defensumque esse ab interpretibus aliisque longe plurimis [12]): verum quum de his admodum late in vtramque partem possit disputari, ad ea denique redire videntur omnia, quae suus quemque sensus internus docet: neque negare possum, meum mihi hanc Paulli viam neutiquam probandam exhibere. Sed et in caussa sua oranda varia immiscere videtur, quae dubium saltem iudicium et anceps reddunt. Rectissimo sane tramite et

9) Veluti a Ven. *Niemeyero*, aliisque, qui biblicos characteres, quos aiunt, vel consulto, vel data occasione, descripserunt, vid. v. c. Ven. *Hug* Einl. ins N. T. Th. 2, §. 76 sqq.

10) Videamus v. c. Cap. 24, 10 coll. 3; ibid. v. 26 etc.

11) Atqui intercedere magnam inter παθήματα I. C. et Paulli similitudinem in aprico est, dignaque est res, de qua positis iuxta se et collatis locis parallelis disseratur copiosius. Cf. Excurs. ad Coloss.

12) Veluti a b. *Berger* mor. Einl. ins N. T. Th. 2, S. 299.

et vnice vero incedit c. 22 et c. 26, ex eis, quae sibi dictu mirabilia euenerint, ad praestantiam doctrinae Iesu Messiae commonstrandam argumenta deducens, persuasissetque eandem, credo, et ex multitudine illa c. 22 pluribus, sicuti postea persuadebat Agrippae c. 26, ni importuno strepitu fuisset interpellatus. Verum quid de aliis nonnullis argumentis, quibus caussam suam defendit, statuam, nescire me fateor. Etenim si c. 24, 11 per duodecim illos dies, quos inde a reditu ex gentibus Hierosolymis versatum se testatur, non tot mala perpetrare se potuisse inferre videtur, quot ei crimini dabant, qui actores contra eum surrexerant, non meminit, quod non Hierosolymae solum, sed per omnem οικουμενην contra Iudaeorum sacra peccasse insimulabatur. Quod si nullorum malorum se conscium subinde profitetur, atque ad animum vitamque integram scelerisque puram prouocat, vera quidem proloquebatur, in quibus damnatos audire facillime solent iudices aequi et boni: verum hic parum de eis agebatur: rem, de qua eum accusabant, studiose declinare solet, et ad alia omnia auditores deflectere. Qui tandem quaeso dicere potuerat, se ob αναστασιν accusari, nisi in subtiliores Syllogismorum plagas se induendo [13])? aut quo pacto, nil se commi-

 sisse,

13) Arripuit Apostolus hanc excusationem, vt dissidiis inter Synedrii assessores motis, effugere posset capitalem sententiam, c. 23, 6, neque multum ei tribuisse eundem crediderim. Quia tamen successus felicissime responderat, longius persequutus esse deinceps argumenti vim sibique in eo proferendo placuisse ipse videtur; id quod etiamnum nobis accidit, vt res aliqua alio tempore propius fidem accedere, alio ab ea abscedere longius videatur, vid. Exc. ad Col. p. 251. Ea de caussa, vtque sibi constaret, coram Agrippa rege idem argumentum ornatius profert, c. 26, 6. 7, tametsi ratio illa, ob quam coram Synedrio ad illud confugerat, hic quidem prorsus cessaret. Minime autem ob αναστασιν accusabatur, sed ob prodita

fiſſe, quod morte dignum exiſtimandum ſit c. 25, 11? quum tamen ipſum, Rabbinorum ſcholis innutritum, haudquaquam, fugere potuerit, eiusmodi crimina in capitalibus fuiſſe habita [14]). — Sunt ergo, fatemur, varia, quae in Paulli cauſſa varie ſaltem et ambigue explicari poterunt, in qua et illud arripiet multos et miros habebit, quod in ea peragenda ipſe quidem perſaepe, ſed accuſatores iudicesque nunquam Ieſu Meſſiae, cuius cauſſa fere eadem fuerat, mentionem iniiciunt [15]). Sed haec hactenus. Audiamus iam Lucam ipſum.

dita auita ſacra. Ea tamen quum reliquiſſet, ad Ieſu Meſſiae partes tranſiit, et quidem eius Ieſu, qui e mortuis in vitam rediit, eoque ſpem fecit, et nos in vitam redituros eſſe. Et hactenus quidem ob ἀνάστασιν damnari ſe profiteri poterat: ſed quam precaria haec: quam per longiores Syllogismorum amfractus circumducenda!

14) Tr. Sanhedrin. c. 10, 5. "Vates mendax, qui vaticinatur, quod non audiuit, quodque ipſi dictum non eſt, ab hominibus morte plectitur." Ibid. c. 7, 4. "Lapidantur profanator Sabbathi, — —, qui ad apoſtaſiam impellit, magus etc." Ibid. c. 10, 1. "Strangulantur preſbyter edicto Senatus (Synedrii) obnitens."

15) An de induſtria haec reticent, ne magni illius criminis erga iuſtiſſimum commiſſi ſe ipſos arguant? An, quia pſeudoprophetis turbarumque concitatoribus, quorum collegio aggregauerant et Ieſum, Iudaea iam dudum erat infeſta, eiusmodi hominem ſupplicio affectum fuiſſe, vt rem, quae ſaepiſſime acciderat, praetermiſerant, obliuionique tradiderant ea, quae ante 30 annos euenerant? Teſtatur quidem P. c. 26, 26, nil horum regem Agrippam latere potuiſſe, quia in conſpectu omnium geſta ſit res et in ore omnium fuerit (Luc. 24, 18): verum non reputat, ea, quae, quia noſtra intereſſunt, memoriae noſtrae quidem inhaerent tenaciſſime, ab aliis, ad quos proxime non pertinent, obliuioni tradi poſſe facillime. Et de Synedrio ſi quaeras, quis pro certo affirmare auſit, eorum, qui quondam in cognoſcenda cauſſa Ieſu collegio interfuerant, vel vnum ſingulum nunc in re Paulli diiudicanda ſuperfuiſſe?

ACTA APOSTOLORVM.

PARS ALTERA

CAP. XIII — FINEM.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Ἦσαν δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκ- Cap.
κλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ τε Βαρνάβας XIII, 1
καὶ

Magnum illud et memorabile ad traducendos ad Christianismum paganos iter a Paullo susceptum Theophilo suo narraturus auctor viam sibi sternit breuissima ecclesiae Antiochensis, ex qua tamquam stirpe enascebantur omnes coetus inter gentes collecti, mentione iniecta, v. 1–3. — *Ex hominibus christianis extra Palaestinam versantibus illi, qui Antiochiae degebant, in celebriorem iam, qui iustae ecclesiae christianae nomine venire posset, coetum coaluerant* (indicare eo simul videtur auctor, in caeteris extra Palaestinam terris, ad quas iam penetrauerat doctrinae salutaris praeconium, vt c. 11, 19, nondum tam firmas eam radices egisse, vt de ecclesiis, quae quidem hoc nomine dignae essent, sermo esse possit): *namque iam prophetae et doctores inter eos surrexerant.* Cf. praemonenda, not. 1. Δε, particula transitum indicans. *Es waren also, wie wir oben (c. 11.) gesehen haben.* Κατα την ουσαν. Non otiosum est illud ουσαν, sed indicare videtur, iam collectam ibi fuisse veram ecclesiam: *in ecclesia, ibi iam existente,* seu: *siquidem ibi iam aderat.* Προφηται και διδασκαλοι. Triplex erat eorum, qui doctrinae salutaris tradendae munere fungebantur, gradus, 1) *Apostolorum,* qui a Iesu Messia ipso ad hanc prouinciam obeundam ablegabantur, quibus et Matthias (1, 26) et deinceps Paulus quoque accensebatur, Actor. 26, 17; Gal. 1, 1; Rom. 1, 1, et ibi Koppius. 2) *Prophetarum,* qui non quidem a Iesu ipso creati, sed tamen diuiniore πνευματος ἁγιου vi agitati cum furore quodam et εκστασει salutiferam doctrinam promulgabant. Neutri tamen vno degebant loco,

καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος καὶ

loco, vniue ecclesiae operam nauabant, sed huc illuc ad colligendas, confirmandasque ecclesias proficiscebantur, id quod de Apostolis est notissimum, de prophetis autem patet ex c. 11, 27 coll. 21, 10. 3) *Doctorum vulgarium*, διδασκάλων, qui certo quodam loco commorati, vni coetui instituendo vacabant, apostolisque et prophetis inferiores habebantur; vid. 1 Cor. 12, 28; Ephes. 4, 11 et ibi Kopp. quem et de prophetis copiosius exponentem vid. in Exc. 3 ad Ephes. Huiusmodi autem doctores Antiochiae adfuisse supra iam monuerat quidem, 11, 19. 20. 28. sed h. l. breuissimis repetit, vt lectorem ad ea, quae sequuntur, quasi introducat. Iam ex his *nonnullos* nomine affert, non omnes, quod vel ex c. 11, 27; 12, 25; 15, 2 liquet. Βαρναβᾶς, satis iam ex prioribus notus 1, 23; 4, 36; 9, 26; 11, 22 sq. et hinc iam maioribus in rem christ. meritis conspicuus: natione Cyprius quidem et ipse (4, 36), non tamen eis Cypriis adnumerandus, qui c. 11, 20 memorantur, ob ea, quae ibid. v. 22. sequuntur. Et quia iam de eo, sicuti et de Saulo, aliquoties iniecta erat mentio, horum quidem vterque simplici nomine sine vllo adiecto nominatur, caeteri autem minus nobiliores distinctius indicantur. Συμεων-Νιγερ, homo vlterius nobis non cognitus, nisi quod ob 11, 20 et hunc Cyrenaeum, et ipsum adeo eundem fuisse nonnulli suspicantur, qui Matth. 27, 32 Christi crucem baiulauerat; vid. Epiphan. adv. haer. 50, Sect. 4. Λουκιος ὁ Κυρηναιος (11, 20) idem forte, qui Rom. 16, 21 memoratur. Eum pro Luca euangelista falso a nonnullis haberi, vid. prolegom. not. 1. Μαναην, מנחם nomen hebr. apud Iosephum passim occurrens. Ἡρωδ. τετραρχ. Intellige Herodem Antipam; vid. proleg. p. 67. Συντροφος vna cum eo educatus. Moris erat, principum ditiorumque filiis et alios addere pueros, qui cum eis colluderent, eademque institutione fruerentur: Plutarch. de pueror. educ. c. 6. Cf. Raphel. in not. Polyb. ad h. l. Vlterius tamen neque hic nobis cognitus est. — Hactenus nomina doctorum recensuerat Lucas. Nolimus iam argutius quae-

καὶ Σαῦλος. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ 2
καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀφορί-
σατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ
ἔργον,..

quaerere, quinam ex his ad prophetas, quinam ad διδασκαλους vulgariores pertinuerint: siquidem non omnes, qui Antiochiae docebant, nominantur, sed nonnulli tantummodo. Nusquam saltem prophetarum nomine veniunt Saulus et Barnabas.

v. 2. *Qui cum inter festi solennia quondam sacra facerent, nonnullos suorum ad euangelium inter paganos promulgandum ablegare decreuerunt, et quidem prae caeteris Barnabam et Saulum.* Λειτουργειν de cultu ecclesiastico V. T., sacrificiis etc. vulgo adhibetur, h. l. de cultu hominum christianorum externo, precatione, ieiuniis, siquidem nomina prisca et in republica christiana aliquantisper valebant. Syr. vertit: *quum precarentur.* Νηστευοντων. Est νηστευειν *ieiunare*, seu *a largiore cibo abstinere:* dein metonym. *meditari, rei alicui perpendendae incumbere.* Hinc patet, cur tum in festis solemnibus celebrandis, tum in omni re grauioris momenti ponderanda peragendaque (c. 10, 30) νηστευειν, i. e. sobrie rem examinare, dicantur primi christiani, curque toties voci νηστευειν iungatur προσευχεσθαι (cf. ad 1, 14), vti statim iungitur v. 3, et similia a Petro iunguntur 1 Petr. 4, 7. Probabile est, festo quodam die omnem rem euenisse, forte ipsissimis festis pentecostalibus, in quibus celebrandis, propiore et praesentiore πνευματος αγ. vi, acrior ad ampliandam christianam ciuitatem addi poterat stimulus. Placet tamen aliis, e. gr. Moro, non ad certum aliquem diem haec adstringere, sed vniuersim sumere: q. d. "Accidit quondam, quum ex consueto more precarentur meditarenturque, vt etc." Αφοριζειν dicimur quid, si quid prae aliis in peculiarem quendam vsum a caeteris segregatum seponimus. Est ergo: *ex his omnibus seligendi sunt B. et S.* Ita Rom. 1, 1. Eodem fere sensu αναδεικνυναι dicitur Luc. 10, 1. Perperam de Nasiraeatu P. cogitant nonnulli. Ὁ προσκεκλημαι inusitatius pro προς ὁ κεκλ. nisi durius adhuc separare vocem malueris ὁ-προς pro προς ὁ. Notissimum est, Deum, quum

3 ἔργον. ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε νηστεύσαντες
καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς
ἀπέλυσαν.

4 Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος
τοῦ ἁγίου κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθέν τε
ἀπέ-

quum conſtituit, deſignat aliquid, καλειν dici. Kopp. ad Rom. 1, 1. Omne autem conſilium, quod de ablegandis ſodalibus inierat venerabilis ille doctorum conſeſſus, vt a Sp. ſancto ipſis ſuppeditatum ſiſtitur; ſiquidem, quidquid ad rei chriſtianae incrementum pertinet, a ſancto illo principio et fonte haud immerito poterat deriuari. Sunt tamen, qui diuiniore quadam reuelatione, forte per ſomnium illata, vel per ſingulum aliquem hominem chriſtianum caeteris prudentiorem, et diuiniore vi agitatum (πνευμα ειπε pro: ανθρωπος ειπε πνευματι Φερομενος) hoc numinis conſilium illis viris innotuiſſe malint; vid. e. gr. Morus ad h. l.

v. 3. Exſequuntur conſilium, quod conſeſſui placuerat. Verum in re tam graui nil praeceps, aut temerarium committunt, ſed res ſolertiſſime deliberatur, auxiliumque diuinum precibus expoſcitur. Νηστευοντες και προσευξαμενοι. vid. paullo ſupr. ad v. 2. — Nunc demum, conſilium hoc ſaluberrimum eſſe, vere perſuaſi, ad munus obeundum ſolenniter inaugurant (χειρας επιτιθενται. cf. ad 1 Tim. 5, 22.) vtrumque, inauguratosque dimittunt.

---

v. 4. *Primum iter Antiochia ſuſceptum: per Seleuciam in Cyprum, Salamina et Paphum tendunt, et magum quendam conaminibus ſuis contraria molientem coercent.* v. 1 - 12.

Εκπεμφθ. υπ. τ. πν. αγ. Inhaeret imagini v. 2 adhibitae Lucas: ſiquidem ibi πνευμα, quod regit moderaturque omnia, quae in rei chriſt. emolumentum ſuſcipiuntur, ſelegiſſe *ſibi* ſuoque quaſi ſeruitio deſtinaviſſe Barnabam et Saulum dicitur, h. l. autem eis, vt ſeruis ſuis, magnorumque propoſitorum exſequendorum quaſi inſtrumentis, vtitur, vnde eos ablegare, revocare etc. poterat. Cf. Exc. 4. — Σελευκια. Fortiſſima

ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον. Καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς [illegible] συνα-

ſima vrbe Syriae, a conditore Seleuco rege ſic appellata, ad oſtia Orontis ſita, vnde Antiochia Seleuciam proficiſcentes commodiſſime κατερχεσθαι dicuntur. Cf. Strabo Lib. 14, p. 994, B; 16, p. 1087, A; Polyb. 5, 59. Minus recte aliam *Ciliciae* vrbem eiusdem nominis indicatam volunt intt. nonnulli. Κυπρον, patriam Barnabae c. 4, 36. Magna in nobiliſſima hac inſula Iudaeorum multitudo degebat (Dio Caſſ. Epitom. 259), quibus iam ſupra 11, 19 traditum euangelium legimus.

v. 5. Σαλαμις caput inſulae, in orientali tractu ſitum, adeoque e Syria ad Cyprum appellentibus fere prima vrbs. Ιωαννην ὑπηρετην. Eundem Ioannem cognomine Marcum; cuius miniſterio vſi fuerant 12, 25. Eiusmodi ὑπηρεταις, quales et in Iudaeorum ſynagogis aderant, creberrime vſi ſunt Apoſtoli, vt hoc Ioanne, Eraſto, Tychico, Timotheo etc. Caeterum hic Ioannes Marcus num ab euangeliſta Marco diuerſus fuerit, an vnus idemque, diſſentiunt. Ego quidem primo Grotii argumentis nimium fidens ab euangeliſta ſegregandum putaui 2 Tim. 4, 11; iam tamen, mutata ſententia, eundem duco, variis argumentis innixus, quae poſtea fere eadem expoſita inueni a Ven. *Hug Einl. ins N. T.* Th. 2, §. 13. Oſtendit quidem Grotius, Marco euangeliſtae nunquam tribui nomen Ioannis a ſcriptoribus eccleſ., ſed obſeruandum, multos homines cognomine frequentius appellatos fuiſſe, quam nomine ipſo, veluti Barnabas (Act. 4, 36). Quod autem, narrantibus patribus, Petri comitem fuiſſe Marcum euangeliſtam, non Paulli ſubuertit Grotius, non refragatur: neque enim hic hoſter Ioannes Marcus perpetuus fuit Paulli comes, imo mox eum reliquit, et ad Apoſtolos Hieroſolymitanos ſe recepit, vbi et adfuerat c. 12, 12, Petroque ſe exhibuerat amiciſſimum, qui, quo tempore primam epiſtolam ſcripſit, eum ſecum habebat (circa annum 58), 1 Petr. 5, 13. Tum demum, quum in captiuitate Romana detineretur Paullus, et Petrus forte iam obierat, eundem Marcum per Timotheum ad ſe accerſit 2 Tim. 4, 11; eundemque ſecum habet Coloſſ. 4, 10; Philem. 24, elogioque illo

συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων· εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην
6 ὑπηρέτην. Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου,
εὗρόν τινα μάγον, ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνο-
7 μα Βαριησοῦς, ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ
Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. Οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρ-
νάβαν καὶ Σαῦλον ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ
Θεοῦ.

ἐστί μοι εὔχρηστος 2 Tim. 4, 11 diluit ea, quae quondam de eo dixerat Act. 15, 38. Cf. et Michaelis. Einl. §. 140.

v. 6. Παφος notissima vrbs, Veneris cultu satis celebris, in occidentali insulae parte sita, vnde Salamine Paphum tendentibus peragranda erat omnis insula, (διερχεσθαι). Μαγον, philosophum, rerum physicarum, astrologicarum, aliarumque scientiarum arcanarum peritum. Cf. ad c. 8, 9. Ψευδοπροφητης, qui doctrinas vanas et irritas in detrimentum doctrinae Messiae promulgat, falso se legatum diuinum iactabundus. Βαριησους nomen patronymicum, qualia, praefixo בר, permulta effingebantur, Bartholomaeus, Barnabas etc.

v. 7. Ην συν etc. inter eius satellites numerabatur, multumque apud eum gratia et potestate valuit. (Thiess: in commentar. *er war sein Hofphilosoph*). Ανθυπατος proconsul Romanus, insulae praeses, Paphi sedem suam habens. Antea quidem Cyprus, vt prouincia Caesarea, ex lege Romanorum *propraetoribus* regebatur, vnde dicendum fuisset αντιστρατηγος. Verum Romano populo eam prouinciam donauerat Augustus (Dio Cass. Lib. 4. p. 523), adeoque et in eam, vt in omnes, quae senatui populoque R. erant, mittebantur *proconsules*, quo titulo nullum maiorem et magnificentiorem habebant Romani, quem magistratibus extra vrbem degentibus indere possent. Συνετος h. l. indicare videtur hominem philosophorum, doctorumque placitis systematibusque bene imbutum, adeoque et Bariesu, viro docto (prophetae, licet falso prophetae, quatenus cum Messiae doctrina non conspirabant eius placita) faventem, iamque, aduentantibus nouae alicuius doctrinae praeconibus, et hosce audiendi cupidum et curiosum.

v. 8.

Θεοῦ. Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας, ὁ μάγος 8
(οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ) ζητῶν
διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. Σαῦ- 9
λος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος, πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου
καὶ

v. 8. Qui tamen quum sapientia et doctrina mirum quantum discreparent a placitis Bariesu, haud secus quam par erat accidit, vt eis se opponeret homo, ne gratiam et fauorem potentissimi viri perderet adversariisque suis conciliaret.

Ελυμας. Arab. عليم est *sciens sapiens*. Huic nomini *appellatiuo* additur terminatio —ας, vt Aquilas etc. et existit nomen *proprium* Elymas, retinens significationem sapientiae. Adhaesit illi hoc *cognomen* ad eius sapientiam indicandam, quum verum eius nomen fuisset Bariesus. Plene ergo vocabatur Bariesus Elymas, i. e. Bariesus magus. Οὕτω γαρ μεθερμ. "nam notiore hoc vocabulo persico *magus* (cf. ad c. 8, 9) commodissime redditur vocabulum arabicum inusitatius Elymas, quod cognominis loco ei adhaesit." Lucae esse glossa videtur, ad interpretandum Theophilo insolentius cognomen. Non est ergo, quod cum Scaligero a seriore manu profecta haec esse statuamus. Cf. de Elyma mago *Lakemacher* observ. philoll. part. 2, obs. 5. Διαστρεφειν (λαλειν διεστραμμενα c. 20, 30) speciatim in N. T. is dicitur, qui a vero sapientiae christianae tramite ad falsam doctrinam animos traducit. Cf. Phil. 2, 15. et similiter Luc. 23, 2. Sunt qui cum Valkenario incassum emendent αποστρεψαι: nam et διαστρ. cum genetiuo construitur Exod. 5, 4.

v. 9. Ὁ και Παυλος. Hinc ergo, misso nomine Iudaico Sauli, Romano Paulli semper appellatum videmus Apostolum. Frequentissimum erat Iudaeis, inter Graecos Romanosque versantibus, patrium nomen in terminationem peregrinis auribus blandiorem, vt hodienum fieri assolet, flectere, aut permutare prorsus in nomen aliud patrio nomini quoad sonum proxime accedens. Ita, obseruante Grotio, graeca nomina *Iason* pro *Iesus*, *Trypho* pro *Tarphon*, et prorsus diuersa adeo nomina Graeca *Menelaus* pro *Onias*, *Alexander*

10 καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν, εἶπεν· ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ Διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης

der pro *Iannaeus* etc. Romana autem *Pollio* pro *Hillel*, *Alcimus* pro *Iakim*, et h. l. *Paulus* pro *Saulus* audiuntur. Non ergo absimile est a vero, et Saulum Tarsensem, licet natione Iudaeum, at ciuitate tamen Romanum (22, 28), vtriusque gentis nomen assumsisse; et Sauli, quo inter populares, et Pauli, quo inter Romanos et gentes omnino vteretur. Quod tamen hic subita eius permutationis mentio fit, non *solum* inde explicandum opinor, quod gratificari voluerit Sergio Paullo, (vid. Schöttgen. ad h. l.), neque quod ad societatem christianorum accesserit, (cf. S. V. Ammon ad Kopp. ad Rom. 1, 1), nam et in eadem societate inde a cap. 9 Sauli nomine appellatur, sed *praeter haec* inde potissimum repetendum erit, quod iam ad gentes profecturus abdicare se prorsus voluit inuiso nomine, quod Iudaismum priscum perpetuo in mentem reuocabat, vnde et *ipse* in epistolis ad gentiles missis perpetuo nomine Pauli vtitur. Kopp. ad Rom. 1, 1. Haud equidem tamen negauerim, *Lucam* ea de caussa primo hic eo nomine eum compellasse, quia Sergii *Pauli* mentionem fecerat, vnde in mentem veniebat, et Saulum ipsum, insequentium rerum factorumque heroem et coryphaeum, Paulli nomine vocatum fuisse, adeoque hinc commodius Paulli, quam Sauli nomine laudandum esse. Verterim ergo τα: ὁ και Παυλος, *der auch, so wie der Proconsul, ebenfals Paulus hiess*. Πλησθ. πνευμ. αγ. h. l. ex rerum nexu vertendum: "prorsus perfusus zelo et studio propugnandae contra aduersarios doctrinae christianae."

v. 10. Ῥᾳδιουργια non *facilitatem* solum indicat, qua omnino aliquid perficimus, sed in specie eam facilitatem, qua ad *scelus* et *flagitium* quoduis sine negotio impellimur. Apud Xen. vox ῥᾳδιουργειν synon. τῳ απαταν. Philoni autem πανουργος, συκοφαντης, ῥᾳδιουργος gradu se excipiunt, et Polybius ῥᾳδιουργον iungit τῳ κλεπτην. Respondet fere lat. *versutia*. Optime explicatur per antepositum δολος, *dolus et nequitia*. Υἱε διαβολου. Hoc nomine salutantur a Paulo, quicunque regno Messiae aduersantur: cf.

πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς
Κυρίου τὰς εὐθείας; Καὶ νῦν ἰδοὺ χεὶρ Κυρίου ἐπὶ 11
σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος,

cf. ad 1 Tim. 1, 20. Διαστρεφειν ανθρωπον τινα dictum modo erat v. 8, vbi vide: h. l. ſenſu fere eodem dicitur διαστρεφειν ὁδον ευθειαν, quoniam is, qui hominem ea incedentem ab ea deflectere et per ambages et anfractus circumducere conatur, viam ipſam tortuoſiorem videtur reddere. Eſt ergo: "viam peruertere, ſapientiſſimis conſiliis contraria moliri," ſeu, quod alii praeferunt: "contendere, viam quae vere recta et plana eſt, eſſe falſam et perverſam." Κυριου non de Deo, vt plerique exponunt, ſed de Meſſia accipio. Iudaeum enim natione alloquitur, quem vel audito Meſſiae nomine ob commiſſum flagitium obſtupeſieri ſperat: *Wie? du trägſt kein Bedenken, dem Meſſias, der deiner Nation ſo ehrwürdig iſt, unaufhörlich entgegenzuwürken?* Eadem de cauſſa eundem et πασης δικαιοσ. εχθρον appellauerat, quia Meſſias ſub δικαιου praedicato (3, 14; 7, 52) nationi laudabatur.

v. 11. Χειρ Κυριου, eiusdem Meſſiae, cuius conſilia et decreta peruertis et turbas. Επι σε. Dicitur ειναι επι τινα, quicunque aduerſatur alicui malaque molitur inferre; ita et Iudic. 16, 12 et alibi. Αχλυς morbum oculorum indicat, qua, pellicula ſuperinducta, confuſa omnia et tanquam per nubeculam cernimus, v. Foeſii Oeconom. Hippocr. p. 22, et Ill. RICHTER *Anfangsgr. der Wundarzneykunſt*, Band 3, c. 4. Non ergo, vt Michaelis exiſtimat, de amauroſi (*Staar*) et inſanabili coecitate explicandum, ſed de temporaria caligine, illi ſimili, qua ipſe Paullus correptus erat c. 9: indicatur id additis αχρι καιρου ſc. τινος ad certum tempus vsque. Περιαγων intranſitiue, vt Matth. 4, 23; Marc. 6, 6 etc. Similiter hic agit ira excandeſcens Paullus, ac Petrus egerat aduerſus Ananiam c. 5. ſed lenior tamen ſequitur effectus. Aderat autem Ieſu legatis poteſtas, morbos non ſolum cultoribus Meſſiae auferendi,

 ſed

12 σκότος, καὶ περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς. Τότε
ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς ἐπίστευσεν, ἐκπλησ-
σόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου.
13 Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν
Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας· Ἰωάννης
δὲ

ſed et eiusdem aduerſariis infligendi. Ex ſubito tamen et improuiſo terrore, qui vel audito ſolo Meſſiae nomine eum peruadere facillime potuit, haud praeter naturam iſta coecitas exſtitiſſe exiſtimabitur: cf. Excurſ. 5. Perſimilia leguntur apud Callimach. lauacr. Pallad. v. 79 ſqq.

v. 12. Επιστευσε. Praetulit doctus ille et ſapientiae ſtudioſus την πιστιν, i. e. doctrinam et ὁδον I. C., omni doctrinae et ſapientiae Barieſu, quam adhuc laudauerat. Διδαχῃ, metonym. pro vi eius et efficacia, magniſque euentibus, quibus proferendis par illa ab eo inuenta erat. Neque enim veram et internam vim et indolem euangelii tam cito concepiſſe animo ille credendus erit. – Caeterum et Barieſus ipſe, oculorum caligine inductus, Ieſu Meſſiae nomen dediſſe credendus eſt, vt c. 9 Paulus dederat. Nolimus ſaltem maledictis inuehere in hominem caeteroquin doctum forſan et ſapientiſſimum, diſcrepantem quidem quoad placita a Pauli doctrina, ſed tamen, quum Meſſiae eam eſſe audiiſſet, lubentiſſime forſan eidem ſubſcribentem.

---

v. 13. *Hinc Pergam Pamphyliae, Antiochiamque Piſidiae pergunt Apoſtoli, vbi quae acciderint, narratur v. 13–50.* Αναχθεντες, infr. ad 16. 11. Οἱ περι τον Παυλον. Paullus cum ſociis, ex graeco more loquendi. Obſeruemus, hinc iam Paulli, licet aetate iunioris, potiorem rationem haberi, quam Barnabae. Περγη Pamphyliae vrbs non procul a littore diſtans, Dianae templo nobilis, Strabo L. 14, p. 983, C; Cic. in Verr. I, 20. Ιωαννης αποχωρησας etc. Neſcimus prorſus, quare ille diſceſſerit, num eius praeſentiam et opem ad conuertendos Palaeſtinenſes poſtulauerint Apoſtoli Hieroſolymis degentes, quod Benſono videtur: an, quod Grotius praefert, longioris itineris peri-

δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσό-
λυμα. Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης παρε- 14
γένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας, καὶ εἰσελθόντες
εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων, ἐκά-
θισαν. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν 15
προφη-

pericula perhorruerit, infirmiori forsan valetudini timens. Posterius tamen praeferendum videtur: siquidem de hoc discessu indignabundus infra P. loquitur. c. 15. 37. 38: et grauioribus iam itineris periculis obiicienda erant capita, quum non iam amplius oram legerent, sed in interiores Asiae tractus penetrarent.

v. 14. *Αντιοχειαν της Πισιδιας.* Versus septentrionem ergo tendit iter, et peragratis fere 25 milliaribus, (*διελθοντες*, vt v. 6.) quum varias vrbes in itinere sitas adiissent, de quibus tamen nulla mentio iniicitur, quoniam nil memorabile in rei christ. emolumentum ibi accidit, Antiochiam perueniunt, non quidem in Pisidia sed in Phrygia sitam, sed propter confinium tamen eo nomine interdum nuncupatam, Italici iuris coloniam, Caesareae quoque nomine appellatam, nobilitate tamen Antiochia illa Syriae longe inferiorem. *Εισελθ. ε. τ. συναγ.* Iudaeis ergo, licet gentibus euangelium praedicaturi exierant, et hic, vt vbique primo consulit P. *Εκαθισαν*: Occupabant subsellia et quidem non communis plebis, sed doctorum legis peritorumque, quo profitebantur, se dicendi docendique quid habere. Neque enim illi solum in synagogis docebant, qui munere lectoris in vna aliaue schola certa fungebantur: sed et aliis viris doctis eadem libertas erat concessa, ergo et peregrinantibus, sicuti fere hodienum iidem pro hospite, vt aiunt, e rostris sacris verba nonnunquam facere solent.

v. 15. *Μετα τ. αναγν. τ. ν.* Post *consuetam* lectionem etc. Ea enim ante alia absoluenda erat: deinceps explicabatur praelectum pensum. Cf. Vitring. Synag. Vet. p. 950 sq. 985 sq. *Αρχισυναγωγοι*, praefecti synagogae, quorum plures eidem syn. officium praestabant, Marc. 5, 22, fere vt ii, qui apud nos audiunt *Altaristen, Iuraten* etc. Non medio-

προφητῶν ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐ-
τοὺς, λέγοντες· ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἰ ἔστι λόγος ἐν
16 ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε. Ἀνα-
στὰς δὲ Παῦλος καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν·

Ἄνδρες

mediocri tamen poteſtate pollebant: cf. Vitring. Syn. Vet. Lib. 2, c. 11, et in libro ſeorſim ſcripto: Archiſynagogus. Ex officiis, quae eis incumbebant, h. l. non niſi id obſeruamus, quod deſignabant eos, quibus libertatem, publice coram coetu verba faciendi, absque periculo concedi poſſe arbitrabantur, eorumque ſermones diiudicabant. Praelecto igitur penſo, quum hoſpites illos inter eruditorum ſubſellia conſidentes vidiſſent, honoris eis adhibendi cauſſa mandant aliquem, qui interroget, num eorum alteruter in praelectum penſum commentari populumque docere velit. Ει non interrogatiue ſed conditionate accipiendum. Παρακλησις, inſtitutio cohortationi iuncta, vt in noſtris concionibus ſacris, 1 Tim. 4, 13; 1 Theſſ. 2, 3. Ει εστι λογος εν υμιν, ſi quid dicendum habetis ad explicanda haec, quae modo praelegimus.

v. 16. Κατασεισας ſupra ad 12, 17. Sequitur oratio Paulli, eo tendens, vt ex pericopa in Synagoga Antiochenſi modo praelecta Ieſum eſſe verum Meſſiam demonſtret, qui ſolus vera felicitate beare poſſit homines, dignusque ſit prae omnibus aliis, cui fides habeatur. Et quoniam coram Iudaeis verba facit, ex Iudaeorum dialectice depromta et hic ſunt omnia argumenta (prorſus aliter c. 17 et 20 ſermocinatur) ſimilia Petrinis c. 2 et 3, expeditiora tamen minusque ſalebroſa. Nec Stephanianae orationi abſimilis eſt hic ſermo, quatenus et hic repetitur antiquior gentis hiſtoria, non tamen a remotiſſimis inde Abraami temporibus, ſed a propiore Moſis aeuo. Mutuatus forſitan erat P. hanc diſſerendi methodum a Stephano ipſo, ob eloquentiam laudatiſſimo, cuius apologiae probabiliter interfuerat et ipſe, c. 7, 58. (cf. Exc. 7): id tamen ex huius orationis exordio propius fidem accedere videtur, Paraſcham ex Pentateucho illo ſabbatho praelectam continuiſſe aliquid, quod acciderat Iſraelitis in deſerto aut

Ἄνδρες Ἰσραηλῖται καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν,
ἀκούσατε. Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου ἐξελέξατο τοὺς 17
πατέ-

aut Aegypto. Huic ergo tanquam fundamento innititur orator, hinc viam ſibi munit, qua ſenſim ad Meſſiae tempora perueniat, eaque, quae monſtranda ſuſceperat, argumentis euincat. — Ita autem ferme ſe excipiunt tes propoſitae: 1) Iona noſter, ſummorum in gentem noſtram beneficiorum auctor, et Meſſiam ex Dauidis ſtirpe procreaturum ſe pollicitus eſt, v. 17–23. 2) Et aduenit hic Meſſias, Ieſus, poſtquam ad eum ſuſcipiendum animos hominum baptiſmo praeparauerat Ioannes v. 24. 25. 3) Idem immerito quidem ſupplicio affectus, ſed vi et numine Dei viuis redditus eſt v. 26–37. 4) Ieſus ergo, vtpote Meſſias, omnia, quaecunque beatos nos et tranquillos reddere poſſunt, praemia vobis offert v. 38. 39. 5) Itaque ad Ieſu caſtra tranſeatis, ne et vosmetipſos criminis in Meſſiam a gente commiſſi reddatis participes. — *Ανδρες Ισραηλ.* ad 2, 22. 36. *Φοβουμενοι τον Θεον* יראי יהוה. Hoc nomine, ſi opponitur nominibus *Ισραηλιται, γενος Αβρααμ* (v. 26.) etc., comprehenduntur proſelyti portae, quia a gentilium ſuperſtitionibus ad Iudaiſmum vel ii tranſierant, vel tranſire conſtituerant, adeoque ſynagogas, ritusque Iudaicos colebant et meditatione perſequebantur (c. 10, 2), neque iam idola, ſed verum Deum venerabantur (*εφοβουντο*). Vocantur iidem eadem de cauſſa et *ευσεβεις*, *σεβομενοι τον Θεον*, ſeu *σεβομενοι* omnino, qui cap. 17, 17 Iudaeis opponuntur (cf. et ap. Ioſ. Ant. 14, 7, 2), quibusque infra c. 13, 43 diſerte additur ſubſtantiuum *προσηλυτοι*. Iidem proſelyti expreſſi videntur c. 16, 14; 17, 4; 18, 7. Sed neutiquam inde ſequitur, ſemper et vbiuis proſelytos iſtiusmodi vocibus *σεβομενοι* (*τον Θεον*), c. 13, 50; *ευσεβεις και φοβουμενοι τον Θ.* c. 10, 2. 7; 22, 12; *ευλαβεις*, c. 2, 5; 8, 2 indicari, quum quilibet homo pius, decorum et religioſum cultum numini adhibens, eo nomine inſigniri poſſit, vt 18, 13; 19, 27; Marc. 7, 7 etc. Cf. ad 10, 2.

v. 17–23. Exordium orationis ex audita pericopae Moſaicae lectione petitum. Namque illam ſententiam, ex Dauidica ſtirpe procreatum eſſe Meſſiam, prolaturus, haud dubie a Dauidico

 aeuo

πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ
ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξή-
18 γαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς· καὶ ὡς τεσσαρακον-
ταετῆ

aeuo auſpicatus fuiſſet orator, ni lectionis peractae argumentum altius rem repetere ſuaſiſſet. Sicuti ergo in tradendo de Ieſu Meſſia euangelio inde a Ieſ. 53 exiit Philippus diaconus c. 8, 35, ita h. l. Paullus in eodem praeconio abſoluendo exit a pericopa in Synagoga praelecta, vid. ad 8, 35. Verterim: *Ja wohl hat unſer Gott, wie ihr eben vorleſen gehört habt, unſre Nation aus Egypten erlöſet, und in das verheiſſene Land geführet.* Του λαου τουτου, dictum δεικτικως, eius gentis, de qua modo praelectum eſt, et ad quam pertinetis et et vos ipſi. Εξελεξατο. Eſt εκλεγειν id. qu. αγαπαν, vti בחר pro אהב ponitur, Deut. 4, 37: *amauit, beneficiisque ornauit.* Υψωσεν, הרים, *ſecundis rebus florere iuſſit:* ita ענה *humiliauit* indicat: *malis rebusque aduerſis obiecit.* Varie explicatur, referturque *vel* ad gratiam, quam apud Aeg. regem inierat Ioſephus, *vel* ad immenſam gentis poſterorumque multiplicationem, quae in ſumma felicitate ponebatur, *vel* conuenientiſſime, vt apud Elsnerum etc. ad liberationem ex omnibus malis, quibus in Aegypto vexati erant, magnamque auctoritatem et exiſtimationem ſui ſuaeque gentis, quam Pharaonis animo iniecerat Moſes, miraculis patrandis, populoque, ſuperatis hoſtibus, captiuitati illi eripiendo, vt ex ſubſequentibus patet. Similiter adeſt verbum in Pſ. 19, 14; Ieſ. 63, 9. Παροικια *peregrinatio:* ita commoratio Iſraelitarum in Aegypto vocari ſolet. Cf. Sapient. 19, 10. Βραχιων, vt δεξια (5, 31), potentiam innuere notum eſt: ὑψηλου autem paronomaſiam cum ὑψωσε infert.

v. 18. Ετροποφορησεν (Cic. ad Attic. 13, 29). Indicat verbum (pro: εφερει τον τροπον αυτων) "mores vitamque eorum, licet idemtidem rebellium Moſique, diuino legato, obloquentium, pertulit." Hebr. 3, 9 (Rom. 9, 22); Ezech. 20, 17. Exempla Exod. 16; Num. 11 etc. Verum parum quadrare huius rei mentionem oratoris conſilio, tum et vocem ipſam ex argumentis criticis eſſe repudiandam vid. Var. Lect.

Alterius

ταετῆ χρόνον ~ ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ

~ ἐτροφοφόρησεν

VARIAE LECTIONES.

v. 18. Ετροποφορησεν. i. e. τροπον αυτων, *mores prauos vitamque peruersam tulit.* Est lectio vulgaris, quam retinet Bengelius, Wetstenius et S. V. Griesbach. in *priore* editione, quaeque, dummodo ex numero testium aestimandum esset lectionis pretium, indubie pro vera et genuina habenda foret. Cf. G. Wakefield in silua crit. Tom. I. Wolf. in cur. ad h. l. Adest tamen et alia lectio ετροφοφορησε i. e. a) vel τροφην seu σιτον in deserto eis dedit (dicendum tamen fuerat αυτοις) aut b) tulit eos vlnis, vt nutrix (τροφος) infantem gestat. Ea lectio adest in A C E 2 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 2 apud Matthaeium; apud patres complures, Athanas. Cyrill. Macar. (Hesych. εθρεψεν αυτους) in verss. Syr. Arabb. Copt. Aethiop. Slavon. Inuenitur ergo apud vtriusque stirpis testes. Tum lectio est difficilior, siquidem ex priore significatione insolentior positus est accusatiuus pro datiuo, ex vtraque autem verbum apud scriptores graecos non inuenitur, at τροποφορειν passim. v. c. ap. Cic. ad Attic. 13, 29. Est ideo difficilior lectio, quae mutabatur in faciliorem ετροποφορησεν. Tum si τροφοφορησαι, nutriuisse et educasse Israelitas in deserto, hic dicitur Ioua, concinit id melius orationis contextui, quam τροποφορησαι, qua exacerbasset potius orator auditorum animos, quos sibi conciliare voluit, si maiorum mores, ad idola semper procliues intempestiue in mentem reuocasset. Praeferenda igitur videbitur lectio ετροφοφορησε, quam et in *posterioris* editionis textu expressit Griesbach., probantibus etiam compluribus viris criticis et intt. Casaubono, Hammondo, Millio, prol. 863, Grabio proleg. c. 3. §. 8. Matthaeio (licet contra tot codicum auctoritatem nil moliri is conatur), S. V. Eckermanno *Theol. Beytr.* Th. 2. p. 163 etc. Caeterum et in Deut. 1, 31 eadem adest lectionis permutatio, vbi tamen sensus lectionem τροφοφορειν prae alia exposcere videtur.

Alterius autem lectionis verbum τροφοφορειν indicat: "vlnis aliquem gestare sicut τροφος, nutrix, mater (1 Thess. 2, 7) gestat infantem" (cf. Var. lect.), indicatque ardentissimum amorem et quasi στοργην Iouae, populum sibi dilectissimum tenerrimo amore fouentis, educantis et tanquam vlnis suscipientis. Ita Deut. 1, 31 et 2 Macc. 7, 27;

19 καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν κατεκληρο-
20 νόμησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα
(ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα) ἔδωκε κριτὰς
ἕως

VARIAE LECTIONES.

v. 19. Κατεκληρονόμησεν. Hic recedit Bengeliana noſtra recenſio a textu vulgari, qui habet κατεκληροδότησεν, *forte diſtribuit*, 1 Macc. 3, 36. Sed noſtram lectionem habent ABCDEG, 61 alii ap. Wetſt. Griesb. et Birch. 7 ap. Matth. et Alter. Chryſoſt. Theophyl. Oecumen. Et in Codd. Verſ. Alex. LXX permutatur vtraque vox, v. c. Deut. 1, 38; 3, 28; 21, 16; Ioſ. 14, 2; 19, 51; 1 Sam. 2, 8; 1 Macc. 3, 36. Eſt vtique κατεκληρονόμησεν lectio difficilior, licet eundem habeat ſenſum, quem facilior vulgaris lectio: vid. Commentar. Hinc conſenſu fere praefertur lectio noſtra ab omnibus fere recentioris aeui viris doctis, Millio, Bengelio, Griesb. Matth. Altero etc.

27; cf. Num. 11, 12; Macar. Homil. 46. Heſych. εθρεψεν.

v. 19. Ἑπτα εθνη. vid. Deut. 7, 1; Ioſ. 3, 10; 24, 11; Nehem. 9, 8. Κατακληρονομειν propr. i. q. κληρονομειν. Sic in Eccleſiaſt. dicitur κατακληρονομειν σοφιαν. Sed ponitur etiam ſaepe ſenſu hiphilico apud LXX, reſpondens Hebr. הִנְחִיל Ioſ. 19, 51 etc. pro κατακληρονομειν εποιησε. Profert ergo eundem ſenſum, quam habet vulgaris lectio κατεκληροδοτησεν: qui idem erui poterit, etiamſi non Hiphilica, ſed actiua ſignificatione verbum poſitum eſſe malueris: foret enim vel, obſeruante Matthaeio, dictum pro κατεκτησατο αυτοις, (Dativ. commodi) *er nahm es für ſie in Beſitz*, vel κατακληρονομειν, ſi genuino ſignificatui velles inſiſtere, eſſet νεμειν τον κληρον, fortem diſtribuere. Cf. S.V. SCHLEUSNER Spicileg. in Intt. gr. V. T. p. 70. 71.

v. 20. Ὡς ετεσι τετρακοσιοις και πεντε. Multum negotii faceſſunt inſerta haec. Quaerendum enim erit et, quid his expreſſum voluerit auctor, et, quomodo annorum numerus reſpondeat chronologiae V. T., cuius ordo quum nondum ad liquidum prorſus ſit perductus, ſemper fluctuabunt omnia. Equidem a ſeriore manu additum gloſſema putem, ſed tamen ante exaratos vetuſtiſſimos N. T. codices:

ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου. Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο 21
βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν
Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη τεσσαράκοντα.

Καὶ

dices: cf. S. V. Ziegler in laudata saepius commentatione: in Gabl. *theol. Journ.* 1801, 1. Sensum autem, quem huic glossae inesse voluit interpolator, eundem esse arbitror, quem vocibus indidit Millius, qui a Paullo vere profectas eas esse agnoscit. Siquidem computari is argumentatur inde a tempore promissorum Abrahamo de futura larga posteritate a numine datorum et nato Isaaco impletorum; seu inde ab eo tempore, quo sermonem auspicatus erat v. 17 orator, Θεος εξελεξατο τους πατερας. Fuere autem inde a nato Isaaco vsque ad exitum ex Aegypto circiter 400 anni atque inde ab exitu vsque ad terrae distributionem (Ios. 14, 7. 10) 45 anni. Iam emergit numerus fere 450 annorum, si rotunde, vt aiunt (ὡς), expressum eum existimare volueris. Est ergo: και μετα ταυτ. (ὡς ετ. πεντηκοντα): "et post hanc distributionem, (circiter 450 annos post promissa Abrahamo data institutam)." Sed vulgo haec verba trahuntur ad istam temporum periodum, in qua iudices imperium obtinuerant, vt post πεντηκοντα deleatur interpunctio: "per 450 annos iudicibus populum suum regnari voluit." Qui tamen annorum numerus quum male conspirare videatur chronologiae V. T., varia inde rei conciliandae tentamina illata sunt, quorum potissima in excursu exponemus.

v. 21. Videamus, vt sensim, sed celerrimo gradu ad ea tempora orationem flectat Paullus, de quibus dicturus erat. Loquutus erat de patriarchis, Mose, iudicibus, iamque de regibus loqui pergit, Saulo et Dauide, e cuius prosapia prodiit Messias. Κἀκειθεν pro κᾳπειτα: adverbia enim loci saepissime pro aduerbiis temporis adhibentur. Memini tamen, bi Lessium hunc locum adnumerare perpaucis illis N. T. locis, in quibus medendis coniecturalis critice ferri possit, emendandamque vocem esse in κᾳπειτα. Res ipsa narratur 1 Sam. c. 8 – c. 10. Εκ φυλ. Βενι. 1 Sam. 10, 20 sq. Ετη τεσσαρακοντα. Exprimere indubie vult aut orator ipse, aut, si et haec a seriore manu

addita

22 Καὶ μεταστήσας αὐτὸν ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαυὶδ εἰς βασιλέα, ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας· εὗρον Δαυὶδ τὸν τοῦ

addita esse probabile sit, glossator numerum annorum, per quos Saul Israëlitis imperauerit. Qui tamen quia in V. T. 1 Sam. non diserte numerantur, omnes et Samuelis prophetae et Sauli regis annos in vnam summam collatos hic esse recte statuimus. Et ad amussim haec quadrant cum narratione Iosephi Antt. Lib. 6, fin. Εβασιλευσε sc. Saul, Σαμουηλου ζωντος, ετη οκτω προς τοις δεκα· τελευτησαντος δε δυο και εικοσι. Ex hac eadem ergo traditione hausta esse videntur et haec textus nostri verba. Ita fere consensu explicatur locus a Wolfio, Rosenmüllero, Moro etc. licet alii plures nodos hic quaerant, quaesitosque satis ingeniose soluant.

v. 22. Μεταστησας. Est μεθιστανναι remouere, veluti *ab officio*, Dan. 2, 21; Ios. Ant. 1, 8; cf. Kypke ad h. l., vel *a vita*, per euphemismum, qualem et nos in eadem re amamus: 2 Macc. 11, 23; Hebr. 11, 5; Ios. Ant. 18, 2; et apud Polyb. notante ad h. l. Raphelio. Ὧ iunge cum μαρτυρησας, *cui laudabile hoc testimonium tribuens*, Luc. 4, 22; 9, 48. Ευρον, est anthropopathicως dictum. Καρδια, voluntas; sensus: *Einen Mann, so recht nach meinem Sinn.* Παντα θεληματα etc. Nolimus haec ad amussim exigere et ad omnia a Dauide commissa transferre, quorum satis multa male et contra leges diuinas et humanas facta sunt. Sed ea de caussa Dauides multique Israelitarum reges alii ad Iouae θελημα se composuisse dicuntur; quia in persequendis idolorum cultoribus seueriores se gesserant, νομουque et instituta Mosaica et in primis Iouae, vnius numinis tutelaris, cultum obseruauerant defenderantque sanctissime. Bensonus autem regni administrationem hic laudari ait, quam voluntati div. conuenienter instituerit Danides, minus recte, vt videtur. Cf. supr. c. 7, 46. — Caeterum frustra circumspicimus singulum aliquem V. T. locum, quem hic ad verba vsque expresserit orator: leguntur tamen similia 1 Sam. 13, 14; Ps. 40, 8; Ps. 89, 20: vterque in mentem ei venisse videtur, vt adeo et hic valeant, quae ad c. 7, 7 obseruauimus.

v. 23.

τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιή-
σει πάντα τὰ θελήματά μου. Τούτου ὁ Θεὸς 23
ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν, ἤγειρε τῷ
Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν, προκηρύξαντος Ἰωάννου 24
πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα με-
τανοίας

* ἤγαγε

VARIAE LECTIONES.

v. 23. Ηγειρε. Pro eo ηγαγε legunt ABE, 33 alii ap. Wetst. Griesb. et Birch. 7 ap. Matth. Verss. Arab. Aethiop. Vulgat. Patres Athan. Chrysost. Theophyl. August. probantibus Grotio, Millio, Griesb. Sensus eodem fere redit, et Zach. 3, 8 quoque apud LXX αγειν, tum et Hebr. 1, 6, εισαγειν hoc sensu ponitur. Sed quia insolentior vocabuli hic vsus est, praeferatur faciliori ηγειρε, quod ex v. 22 repetitum videtur. Mox pro σωτηρα Ιησουν falso legitur σωτηριαν, quod cum ηγαγε iunctum innueret: adduxit salutem (scil. per Iesum), sed vel sic eundem fere sensum teneret, ac ηγειρε σωτηρα Ιησουν.

v. 23. Κατ' επαγγελιαν: nec hoc loco singulum aliquod vaticinium in mente habet, sed de omnibus cogitat, e. gr. Ps. 89, 3. 4; Ies. 9, 7; 11, 1–5 etc. Ηγειρε non: *e mortuis reuocauit*, sed *venire iussit in mundum*, vt αναστησειν, 3, 22. De vocis ηγαγεν sensu vid. var. lect.

v. 24. Προ προσωπου per Hebr. pro simpl. προ, לִפְנֵי. Εισοδος sc. in scenam, in qua publici doctoris munere inde a 30mo aetatis anno fungebatur. Et apud Isocratem ad Nicocl. p. 41 εισοδος de iis dicitur, qui munus adeunt. Sensus: "paullo antequam munus auspicaretur." Βαπτισμ. μεταν. baptismus, qui ad religionem inaugurat, cuius basis et fundamentum est μετανοια. Copiosius explicandum est ad euangelistas Luc. 3, 3; Marc. 1, 4; Matth. 3, 2. Non incassum autem Ioannis mentionem facit, sed, magna eum apud populum auctoritate et existimatione floruisse non ignarus, his quoque, quae ex Ioannis effatis depromit, argumentis ad Christum traducere sperat auditores. Παντι τῳ λ. Ισρ. Ergo et vobis, licet Hierosolymis non versantibus.

v. 25.

25 τανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ. Ὡς δὲ ἐπλήρου
ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε· τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι;
οὐκ εἰμὶ ἐγώ, ἀλλ' ἰδοὺ ἔρχεται μετ' ἐμέ, οὗ οὐκ
26 εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι. Ἄνδρες
ἀδελφοί, υἱοὶ γένους Ἀβραάμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φο-
βούμενοι τὸν Θεόν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύ-
27 της ἀπεστάλη. Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσα-

λὴμ

v. 25. Δρομος frequentissima Paullo metaphora, quae ab eo de munere obeundo adhibetur 1 Cor. 9, 24 sq.; 2 Tim. 4, 7, diciturque pro διακονια, Act. 20, 24. Iamque, sicuti πληρωσαι την διακονιαν dicitur, supra 12, 25; Col. 4, 17, ita h. l. πληρῶσαι τον δρομον, cursum in obeundo munere constanter et strenue persequi. *Mitten auf seiner Laufbahn sagte Johannes*, Io. 1, 20 sqq.; Matth. 3, 11; Marc. 1, 7; Luc. 3, 16. Non aeque bene vertunt alii: *Cursu muneris aut vitae fere peracto*, id enim Paullo est τελειν τον δρομον, 2 Tim. 4, 7. Τινα si interrogatiue accipias, post εγω supplebis Χριστος, vt in Marc. 13, 6; Luc. 21, 8, coll. Matth. 24, 5: cf. supr. ad 5, 36. Sed potest eodem sensu et relatiue accipi τινα pro ὁντινα, vt Marc. 14, 36; 1 Cor. 15, 2 etc.

v. 26. Altius iam insurgit oratio, eo hinc tendens, vt Iudaeos extra Palaestinam degentes eidem Iesu Messiae conciliet, quem repudiauerant Palaestinenses. Omnis allocutio ad gratiam beneuolentiamque captandam spectat. Φοβουμενοι τ. Θ. proselyti portae, sup. ad v. 16. Non otiosum est additamentum: nesciebat enim P. num natione Iudaei omnes essent, nec ne. Sens. *et si qui inter vos proselyti adsunt?* Ὑμιν emphatice: "vobis prae aliis, quin prae Hierosolymitanis ipsis." Nolimus haec nimis vrgere, quia et Hierosolymis complures iam in societatem Christi venerant. Απεσταλη λογος, vt supra 10, 36. Praeter necessitatem metonym. explicat Eckermannus, pro: *ego missus sum vobis*, λογον *hunc traditurus.*

v. 27. *Palaestinenses enim Iudaei, e quorum medio prodiit Messias, ingratissimos se, eiusque beneficiis indignissimos exhibuerunt* v. 27 – 29.

λημ καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγι-

27 – 29. Similior hinc fit oratio Petrinis illis sermonibus, quos c. 2 et 3 legimus, eademque fere argumenta et hic redeunt, veluti hoc versu ea fere, quae c. 3, 18 exhibebantur a Petro. Αγνοειν id. qu. αρνειν 3, 14; non tamen vt 3, 17: neque enim h. l., vt ibi, rem leniorem reddit, sed inuehitur in absentes Hierosolymitanos. Και h. l. *etiam*. Φωνη vsurpatur et de eis, quae cum grauitate quadam enunciantur, vt 12, 22, et h. l., id. qu. λογια, oracula div. a prophetis enunciata, et litteris mandata (nam et de scriptis adhibetur vox, vt ap. Polyb. V, 33. Cf. Kypke ad h. l.) Κριναντες, pro κατακριναντες, condemnantes Iesum. Sens. "Repudiantes Iesum et pro Messia parum agnoscentes etiam illa prophetarum oracula, in quibus de Messiae malis praedictum est, vt Ies. 53; Ps. 22, rata fecerunt eo quod eum condemnarunt." Sed aliter explicant alii veluti κριναντες reddunt, diiudicantes, distinguentes, et ad se applicantes (διακριναντες) sensusque, si eandem constructionem retinueris, et ante κριναντες subaudieris: καιπερ, hic erit: "oracula prophetarum recte diiudicauerunt, (sc. de Messiae malis ea agere) et nihilo tamen minus ea impleuerunt." Sed aliter construunt alii, veluti Hammondus, Knatchbull etc. κριναντες ponunt inter αυτων et τουτον: "condemnantes hunc, ignorantes etiam voces prophetarum, impleuerunt eas." Alii, vt Abresch (paraphr. et annot. in ep. ad Hebr.) κριναντες inter και et τας Φωνας ponunt hoc sensu: "ignorantes hunc et damnantes, i. e. per ignorantiam damnantes — impleuerunt," quae quidem constructio flueret facillime, dummodo ita ab auctore scriptum foret: sed vox mitior αγνοειν non quadraret, quia non excusare sed insectari vult crimina Hierosolymitanorum. Rosenmüllerus autem duplicem ellipsin statuit, τουτον αγνοησ. και τας Φων. τ. πρ. sc. αγνοησαντες, κριναντες (sc. τουτον) επληρωσαν sc. τας Φωνας. Nec ferme declinare poterit constructio eiusmodi duritiem, nisi nobiscum το και reddere velis per *etiam*.

28 ἀναγινωσκομένας κρίναντες ἐπλήρωσαν· καὶ μηδε-
μίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες ᾐτήσαντο Πιλάτον
29 ἀναιρεθῆναι αὐτόν· ὡς δὲ ἐτέλεσαν πάντα τὰ περὶ
αὐτοῦ γεγραμμένα, καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου
30 ἔθηκαν εἰς μνημεῖον. Ὁ δὲ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ
31 νεκρῶν, ὃς ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς συνανα-
βᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλὴμ,
οἵτινές

v. 28. respondet orat. Petr. c. 3, 13. Probantur, quae modo dicta sunt. Και pro και γαρ.

v. 29. Ετελεσαν sc. Ιουδαιοι, cf. annotata ad v. 26: non ergo est, quod normam Glassii Grammat. sacr. Tract. 3, can. 23, verba actiua nonnunquam passiuam significationem assumere, cum Boltenio ad hunc l. transferamus, et impersonaliter vocem interpretemur, pro ετελησθησάν. Καθελοντες: deesse articulum, pro οι καθελοντες etc. et ad Iosephum Arimathiensem eiusque socios applicanda haec censet S. V. *Rosenmüllerus*; mihi tamen et hic vniuersa natio indicari a P. videtur, quae Messiam trucidasse iamque sepultura affecisse dicitur; ergo pro καθειλον και εθηκαν dictum. Ad ea, quae de Messia Apostoli tradebant, pertinebat etiam eius sepultura, cf. 1 Cor. 15, 4. — Caeterum facile existimari potest, quicunque cum S. V. *Eckermannio* nil nisi accommodationes veterum oraculorum in N. T. inueniunt, eosdem et ea, quae hic, v. 27 - 29 habentur: φωναι προφητων, επληρωσαν, ετελεσαν, γεγραμμενα περι αυτου, in suae sententiae fauorem explicare; veluti γεγραπται περι τινος vertunt: "scriptum est tale qnid, quod potest in aliquem adaptari," επληρωσαν autem et ετελεσαν: "ita egerunt cum Iesu, vt prophetarum effata eius rebus conuenirent, in eumque applicari possent conuenientissime etc.

v. 30. 31. respond. orat. Petr. 2, 32, nisi quod, se ipsum phaenomeni augustissimi testem et μαρτυρα non aeque ac Petrus profiteri Paullus poterat, vnde ad aliorum testimonium prouocandum erat. Συναναβασι etc. Discipulos Iesu indicat mulieresque et caeteros, qui eum ad Paschalia celebranda

οἵτινές εἰσι μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαόν. Καὶ 32
ἡμεῖς ὑμῖν εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας
ἐπαγγελίαν γενομένην, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλή-
ρωκε

da Hierosolymas proficiscentem comitati erant, Matth. 27, 55. His ergo, sicuti et illis Galilaeis, qui post eius in vitam reditum se associaverant, ωφθη επι ἡμ. πλ. cap. 1, 3; cf. 1 Cor. 15, 5–8. Οἵτινες — λαον. Illi ergo nunc occupati sunt populo Israelitarum edocendo, Iesum esse verum Messiam.

v. 32. Et illorum conaminibus, quibus in Palaestina (πρ. τ. λαον) illi Messiam praedicant, et nos nostra qualiacunque conamina extra Pal. (ὑμιν) iungimus. Την πρ. τ. πατ. επαγγελιαν γεν. ὁτι ταυτην εκπεπλ. ὁ Θ. pleonastice pro, ὁτι εκπεπλ. ὁ Θ. ἡμιν την επαγγελιαν την πρ. τ. πατ. γεν. De promissione ipsa ergo, non, vt quidam, veluti *Rosenmüllerus*, volunt, de re promissa accipio vocem επαγγελια. Intelligenda autem est nulla alia επαγγελια, quam ea, quam maiores et proaui Israelitarum nacti erant, ex posteris proditurum esse Messiam, gentium sospitatorem. Hanc ratam fecit Deus, αναστησας Ιησουν, i. e. Iesum exhibens, nasci iubens, vt c. 2, 30; 3, 26; 7, 37. Ita vocem ἀναστήσας et h. l. explicandam esse (cf. modo ad v. 23) plerique intt. consentiunt, Dathius, Michaelis, Rosenmüllerus, multique priores apud Wolf. ad h. l. Non quidem desunt, qui aliam sententiam, de Iesu in vitam reuocato vocem accipiendam esse, post multos alios hodienum tueantur, veluti Morus, eiusque commentator Dinndorf; et nuperrime V. Schott; eo potissimum inducti, quod in omni hoc loco inde a v. 30 resurrectionis I. C. mentio fiat. Sed vel ex hoc contextu alia explicatio poterit deduci. Siquidem protulerat orator probaueratque inde a v. 23 thesin, *Iesum*, neminemque alium pro sperato Messia esse habendum, id quod comprobauerit Ioua eodem in vitam restituto v. 30. 31. Recte ergo et vere se promulgare posse ait v. 32. illud euangelium, quod v. 23 praedicare eis occoeperat, Iesum a Deo in terras ad obeundum Messiae munus exhibitum esse. — Hinc iam pluribus V. T. locis bina illa comprobat: a) Iesum a Deo Messiam esse creatum

ρωσε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν ἀναστήσας Ἰησοῦν·
33 Ὡς καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ πρώτῳ γέγραπται· υἱός μου
εἶ

VARIAE LECTIONES.

v. 33. πρωτῳ ψαλμῳ. Vulgaris lectio est: ἐν τῳ ψαλμῳ τῳ δευτερῳ, quod illi capitum distinctioni, quae apud nos recepta est, conuenit. Sed nostra lectio, licet non admodum multis testibus firmetur; D., Orig. patribusque nonnullis latinis, idcirco probata a Millio, Moro, Rosenmüll., Eckermanno etc. ciuitateque donata est in edit. Basil. et a Bengelio, et Griesbachio, quia est lectio difficilior, et ob normam ap. Griesb. praef. in Vol. I, p. 62, 7. Origenes ap. Wetst. ad h. l., scriptoresque Iudaici ap. Schöttgen. ad h. l. diserte affirmant, antiquitus Psalmis non adscriptos fuisse capitum numeros. Eam autem collectionis Psalmorum partem, quae hodie Psalmos 1mum et 2dum efficit, vt vnum carmen continuum spectatam esse, cuius quasi prooemium esset Ps. nobis primus, notat Erasmus ex Augustino, Hilario, Hieronymo. Cf. Iustin. Mart. Apolog. 1, c. 51; proinde, si numerum exprimere voluit P., conuenientissime haec in initio libri scripta vocabat πρωτ. ψ. Cf. Michaelis ad h. l. Verissime tamen omnium vtraque vox, et πρωτῳ et δευτερῳ, expungenda videtur, siquidem nusquam alibi capitum numerum exprimunt allegantes V. T. apostoli, et ipsa lectionis inconstantia additamentum arguit.

v. 33. b) eundemque ex morte viuis ab eodem redditum v. 34 sqq. fere vt Petrus in oratione 2, 25-31.

v. 33. Ψαλμῳ πρωτῳ i. e. in *fronte* illius collectionis hymnorum. Cf. Var. lect. Γεγεννηκα: *genui te*, i. e. declaro, te esse genitum. vid. Glass. Grammat. sacra tract. 3, can. 15. Et quia nomen *filiorum Dei* competebat *regibus*, hic, vbi Deus ipse ait: declaro te a me *genitum*, sensus erit: declaro te esse *regem* (Messiam). Psalmistae ipsius mens et consilium, non hic sed ad interpretationem Psalmi ipsius erit explicandum (cf. ad Hebr. 1, 5): indicandaque h. l. nonnisi argumentatio, quam inde elicit orator. Vult autem ille demonstrare, Deum Iesu in terras mittendo misisse Messiam seu regem populorum sospitatorem. Iamque id demonstrat, Psalmo illo ad Iesum transferendo, dicendoque; de Iesu ait Ioua, regem te (i. e. Messiam, Christum, vnctum)

εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Ὅτι δὲ ἀνέστη- 3
σεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν
εἰς

ctum) constitui. Ad resurrectionem autem I. C. probandam hoc quidem effatum non excitat. Caeterum σημερον illud, quod tot laqueis induxit dogmaticos, hic parum curamus: ad argumentum suum probandum commode ea particula carere potuisset auctor, eamque exprimit non nisi idcirco, vt omnem locum V. T. pleniorem exhibeat.

v. 34. Ὁτι δε ανεστησεν. En hic Paullum ipsum sensus vocis αναστησας v. 32 suaeque argumentationis interpretem. Quasi dicere voluerit: "Hactenus ex Ps. 2 probaui, quod v. 23, 32 affirmaueram, Iesu mittendo Messiam in terras misisse Iovam: iam et illa, quae v. 30 sq. "affirmaui, Messiam in vitam rediisse, ex eodem V. T. probabo." Qui tamen αναστησας v. 32 de resurrectione I. C. explicant, hoc versu de altiore quadam et sublimiore resurrectione sermonem esse volunt. Ex eorum mente v. 32. 33 Paullus resuscitationem Christi omnino demonstrauit: iam longius procedendo addit: "non tali resurrectione in vitam reuocatus est, quali v. c. Lazarus etc. post quam denuo morti tradendus fuit, sed tali, post quam non amplius morietur." Indicatum id volunt additis μηκέτι μελλ. ὑποστρ. εις διαφϑ. vid. e. gr. Morus ad h. l. Sed nimis precaria haec videntur, et P. nonnisi idcirco haec addidit exornandi loci caussâ, quia in effato V. T. iam a se allegando ea prostare recordabatur. Ita autem ferme in hac probatione proponenda incedit: a) Impleturum se et rata facturum Deus professus est ea quae pollicitus Dauidi est sanctissime: v. 34; b) *atqui* pollicitus est Dauidi, ουκ ιδειν την διαφοραν, v. 35. c) *Ergo* et haec rata fecerit Deus necesse est; quam conclusionem huic enthymemati addere licebit. — Maiorem huius syllogismi propositionem format, laudatis ex Ies. 55, 3 vocibus: τα ὁσια Δαυίδ τα πιστα. Invitantur ibi a vate sacro pii Israelitae ad amandum Iovam et cum spe ac fiducia accedendum, siquidem, ait ibi Iova, אכרתה לכם ברית עולם. חסדי דוד הנאמנים, *feriam vobiscum foedus sempiternum, beneficia Dauidis certissima* (per appositionem). חסד *beneuolentiam*, misericordiamque innuere notissi-

εἰς διαφθορὰν, οὕτως εἴρηκεν· ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια

nôtiſſimum eſt. At idem et *pietatem* erga Deum indicat, vnde חסיד, pius, vertitur apud LXX ὅσιος. Sed et ibi, vbi non pietatem, ſed beneuolentiam indicat, eadem Hebr. vox a LXX redditur per ὅσιος, vnde et ὅσιος *beneuolentiae* notionem retineat neceſſe eſt. Ergo τα ὅσια apud LXX in Ieſ. 55, 3 ſunt *beneficia diuina*. vid. de voce ὅσιος Perizon. ad Aelian. V. H. 8, 1. Senſus verſionis LXX διαθήσομαι ὑμιν διαθήκην αἰωνιον, τα ὅσια Δαυιδ τα πιστα: *feriendo foedere rata faciam ea quae Dauidi benigne ſum pollicitus*, 2 Sam. 7, 12 - 16; Pſ. 89, 1 - 4 etc. Hunc ergo locum P. hic laudat, et nexus cauſſa addit ὅτι δωσω ὑμιν, qualia praemittenda erant, ſi non inde a διαθήσομαι etc. locum excitare, ſed tantummodo τα ὅσια Δαυιδ τα πιστα laudare animus fuit. Locum ipſum de Meſſiae in vitam reditu haudquaquam agere, facile perſpicitur: ſed ne accommodari quidem, niſi contorta vi, ad eundem poterit. Ita autem accommodant intt. nouiſſimi, Roſenmüll. Morus etc. Ex 2 Sam. 7, 12 - 16; Pſ. 89, 1 - 4 etc. apparet, beneficia a Ioua Dauidi promiſſa et ſanctiſſime ſeruanda (τα ὅσια Δαυιδ τα πιστα), illa fuiſſe, quod ex prole Dauidis ſurrecturus ſit aliquis, qui *in aeternum* ſit regnaturus: iam vero id euentu comprobari nequiiſſe aiunt, niſi is aut omnino morti non fuiſſet obnoxius, aut poſt mortem denuo revixiſſet. Id ergo eſſe, quod in iſtis locis Dauidi a Deo promitti Paullus tacite dictum velit, magnum illum regem, e regia ſtirpe procreandum, e mortuis reuocatum iri. His autem verbis: ὅτι δωσω ὑμιν, ſuae aetatis homines alloqui Paullum volunt, q. d. "veſtra aetate implebo ea, quae de Chriſto in mortem reuocando pollicitus ſum Dauidi." Quae argumentatio quam aſpera ſit et ſalebroſa, quantaque vis adhibenda ſit ad haec exſculpenda, cuilibet in aprico eſt, nec ſane video, cur Eckermannus, accommodationum patronus, hunc locum Ieſ. 55, 3 maxime conuenientem Apoſtoli conſilio habere poſſit. At ſi nobiscum hunc locum non niſi praevie allegatum eſſe ſtatuas, non quidem omnino, at magna tamen ex parte, difficultates remouebuntur. Iam ſenſus, των· ὅτι δωσω ὑμιν — πιστα

ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστά. Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· 35
οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Δαυὶδ 36
μὲν γὰρ, ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ,
ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ,
καὶ εἶδε διαφθοράν. Ὃν δὲ ὁ Θεὸς ἤγειρεν, οὐκ 37
εἶδε

πιστα ex Paulli mente erit hicce: exhibebo *vobis*, (i. e. vel in vestrum commodum, vel vestra aetate, vel pleonastice dictum est) beneficia Dauidi promissa: Et quaenam sunt illa? id addit iam

v. 35. Ἑτερῳ. Ps. 16, 10, de quo loco vide supra ad 2, 25 sqq. Λεγει sc. Δαυιδ: Dixit ibi Dauides et effatus est ea promissa, quae Ioua pollicitus erat. Διο autem non rationem exprimit, sed nonnisi transitum.

v. 36. 37. *Ad Dauidem ipsum autem non pertinuerunt haec promissa: nam* etc. Cf. similis argumentatio Petrina c. 2, 29 - 31. Ὑπηρετειν βουλῃ Θεου homines dicuntur, si tanquam instrumenta inseruiunt numinis consiliis, et efficiunt, quae ex oeconomia Dei peragenda sunt. Reges, duces, Moses, Iosua magistratusque etc. ea de caussa saepissime vocantur מְשָׁרְתֵי יְהוָה, διακονοι, λειτουργοι Θεου, e. gr. Rom. 13, 4. 6. Ἰδιᾳ γενεᾳ suo tempore. Rectissime Morus: *Nachdem ihn Gott zum Werkzeuge in seinem Plan gebraucht, liess er ihn sterben: er hat ausgedient; das seine verrichtet.* Alii vocem ὑπηρετ. iungunt cum τῃ ιδιᾳ γενεᾳ, "commodo aeui sui inseruiit, regendis populis, idque ex consilio Dei, τῃ τ. Θ. βουλῃ", quas voces alii cum εκοιμηθη construunt. Ὃν δε Θ. ηγ. - διαφθ. At vero Messias morte sua haudquaquam officio perfunctus erat; proinde in vitam erat reuocandus.

Hunc ergo Ps. 16 solum eum locum fuisse existimo, vnde, resuscitatum fuisse Iesum e mortuis, probare v. 34 voluerit Paulus; sicuti ex Ps. 2 demonstrauerat v. 33 eundem pro Messia a numine esse declaratum. Ita ergo procedit argumentatio; Iesum, quem pro Messia declarari ex Ps. 2 probaui, in vitam ex morte rediisse probamus: a) Quod Deus beneficia Dauidi promissa omnino rata facturum se professus est v. 34. b) quodque huic Dauidi ea promisit, τον ὁσιον Θεου non visurum esse mortem,

38 εἶδε διαφθοράν. Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες
ἀδελφοὶ, ὅτι διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν
39 καταγγέλλεται, καὶ ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνή-
θητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι, ἐν τούτῳ
πᾶς

tem, quod de Davide ſolo neutiquam eſt intelligendum v. 35-37. Ita commodiſſime ex his argumentationum laqueis ſatis perplexis expediemur: licet nonnulla ſuperſint, quae poſſint offendere. Offendet quippe, Paullum, ſi ea, qua nos ſuſpicati ſumus, argumentatione incedere voluerit, ante allegatum ex Ieſ. 55, 3 locum, quem nonniſi praeuie laudatum eſſe credimus, poſuiſſe; οὕτως εἴρηκε, quae formula verum et palmarium dictum annunciabat; et ante laudatum locum palmarium v. 35 dixiſſe non niſi obiter: διο και εν ἑτ. λ. quibus particulis ſane non exprimitur illud *atqui*, quo in formanda ſyllogiſmi propoſitione minore nos ſolemus vti. Sed in iſtiusmodi ſyllogismis exprimendis nolimus eandem terminologiam dialecticam, cui nos ſumus aſſueti, ab Apoſtolo exſpectare. Id tamen in aprico eſt, iam in allegando loco Ieſ. 55, 3 obuerſatum menti fuiſſe palmarium illum locum Pſ. 16, quod ex paronomaſia, quam τα ὁσια v. 34 cum τον ὁσιον v. 35, et δωσω v. 34, (quod ne apud LXX quidem in loco Ieſ. proſtat) cum δωσεις v. 35 infert, clariſſime apparet: et hinc defendi poſſe arbitror formulam οὕτως εἴρηκεν. Quod ſi nodum ſecare fas eſſet, corruptum locum dicerem.

v. 38. Iam ex eis, quae adhuc diſputauerat, ad amplectendum hunc Ieſum vt verum Meſſiam, qui ſumma felicitate beare poſſit, exhortatur. Cf. orat. Petr. 2, 36. 38; 3, 19; 10, 43. Αφεσις ἁμαρτιων. non vt 2, 38; 3, 19 de eis peccatis dictum videtur, quae in Ieſum commiſerat Iud. gens, (vid. ad iſt. loc.), quia Iudaeos extra Palaeſtinam hac culpa quaſi vacuos dixerat v. 26 ſq., ſed de anteactis peccatis omnino, quae antea quidem ſacrificiis expiabantur, iam autem ſanctiori piaculo a Meſſia ipſo delentur: patet id ex ſequentibus.

v. 39. Δικαιουσθαι απο τινος id. qu. ελευθερουσθαι. Cf. Sir. 26, 32; Rom. 6, 7 et 18, et ibi

πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται. Βλέπετε οὖν, μὴ 40
ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις·
Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανί- 41
σθητε,

ibi Kopp. H. l. prorſus ſynon. prioribus αφεσ. αμαρτ. Poſt καταγγελλ. autem v. 38 nonniſi comma ponatur, et poſt και v. 39 repetatur: γνωστον εστω υμιν, οτι. Alii tamen poſt verſ. 38 maiorem interpunctionem praeferentes in v. 39 ſententiam ſeorſim expreſſam inueniunt: alii retinent illud comma, ſed poſt δικαιωθηναι fortius interpungunt, ſenſu hoc: "offertur vobis venia peccatorum (v. 38) et liberatio ab omnibus, a quibus lex Moſ. non potuit vos liberare." Iam eis: εν τουτῳ – δικαιουται ſententia ſeparata exprimitur. Ita v. c. Moro viſum eſt. Porro et voces εν τουτῳ a plerisque quidem nobiscum ad δικαιουται referuntur, a nonnullis tamen ad πιστευων: "qui in eum credit." Sed quocunque tandem modo conſtruas, ſemper recurrit dogma, cuius patrocinium ſuſceperat P., quodque in ep. ad Rom. Gal. etc. ſtrenue propugnat, δικαιοσυνην et a peccatis immunitatem non per νομον Moſ. ſed per πιστιν Ieſu Meſſiae adhibendam recuperari, de qua re ad illas epiſt. fuſius eſt disputandum; vid. ibi Koppium. Reſpicitur tamen h. l. eo quoque, quod ex lege Moſ. ſacrificiis et luſtrationibus expiari quidem poterant plurima delicta, ſed neutiquam omnia, v. c. caedes, adulterium etc. in quibus luculentius exprimendis copioſi h. l. ſunt intt. nonnulli.

v. 40. 41. *Proinde videatis, ne, ſi hunc Meſſiam repudiaueritis, ob ingratiſſimum hunc animum a numine plectamini.* Effert haec P. laudando loco Habacuci 1, 5, in quo peruerſos ſaeculi mores, magno et terribili poenarum exemplo propoſito, caſtigatum iri annunciat vates, Iouam loquentem inducens. Εν ταις προφηταις pluraliter, metonym. pro: in codice prophetarum (βιβλῳ των προφ. Act. 7, 42): ita Marc. 1, 2. Ιδετε etc. Memoriter citatus eſt ex LXX locus, vnde non prorſus ad verbum reſpondet. Καταφρονηται. Ita et LXX habent, quum in textu Hebr. ſcriptum ſit ראו בגוים, videte inter gentes. Sed pro בגוים facillima permutatione LXX legiſſe videntur בגדים perfidi

σθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, — ἔργον: ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.

Ἐξιόντων

VARIAE LECTIONES.

v. 41, εργον posterius abest in DE, 36 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 5 ap. Matth. Syrr. Arr. Slav. Theoph. Oecumen. Forte ex linea praecedente a negligentiore librario sequenti lineae illatum est. — Statim postea pro ὃ, quod est in ABCDE, 39 all. ap. Wetst. Gr. et Birch. et. 6 ap. Matth., textus vulgaris habet, ᾧ.

perfidi transgressores, quod contextui aeque commode congruebat: Alii aliter conciliant, quod tamen non hic, sed in interpretatione των LXX est enucleandum. Αφανισθητε. In Hebr. est התמהו תמהו, admiramini et obstupesite, quod LXX per αφανισθητε reddiderunt. Habet id αφανιζεσθαι in passiuo easdem duas significationes, quae insunt Hebr. שמם: 1) euanescendi, 2) obstupescendi. Posterior probabiliter et hic valet, quia ita optime respond. textui Hebr. Praeferunt tamen alii priorem significationem: *aufugite*, aliique, supplentes τον προσωπον, de faciei mutatione accipiunt: *pudore suffundimini*, vt Matth. 6, 16. Caetera oraculi verba expedita sunt. Praesagit autem vates propinqua mala, mox a Chaldaeis genti inferenda, quae vt peruersitatis morum poenam a Ioua inflictum iri minatur. Accommodatissime ea ad praesentem rerum statum a Paullo adhiberi facile cernimus: licet calamitates, quae a Romanis Iudaeorum genti imminebant, in mente habuisse Paullum, quod Wetstenio videtur, parum persuadeor, nil his verbis ab Apostolo exprimi credens, nisi generaliorem illam sententiam: "Videte, ne respuendis Messiae beneficiis in grauissimas poenas incurratis."

Hic finitur sermo, qui ex Paullinis primus in nostro libro exhibetur. Vnde eam habuerit Lucas, nequimus pro certo constituere. Vtut tamen acciderit, magna, quae inter hanc orationem et Petrinas illas c. 2. 3 intercedit similitudo, facit, vt credam, multa ex suo ingenio effinxisse Lucam. Cf. Prolegom. p. 35 sq. De argumentationis huiusmodi natura et indole vid. quae ad c. 2, 36 scripsi-

Ἐξιόντων δὲ ~ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων: 42
παρεκάλουν — τὰ ἔθνη: εἰς τὸ μεταξὺ σάβ-
~ αυτων βατον

VARIAE LECTIONES.

v. 42. Mira est, ficuti omnino in Act. Ap., ita vel maxime in hoc Cap. 13. et in primis in hoc verfu lectionis varietas, quem variis modis interpolatum esse recte ftatuit Mill. § 952, omnem autem ex variis gloffematibus coiisse credit Griesbach. Ex lect. vulgari Iudaei neglexisse P. orationem videntur, at pageni acrius eadem permoti et plura audiendi cupidi fuisse. Verum admodum varie haec leguntur, de quibus omnino conf. S. V. Griesb. Atque ex omni hac varietatum farragine indubie praeferenda erit illa lectio, quae est breuiffima: εξιοντων δε αυτων παρεκαλουν εις το μεταξ. vt 1) pro copiosiore: εκ της συναγ. των Ιουδ. legatur breuius: αυτων, et 2) τα εθνη deleatur. *Primum* illud legitur in teftibus grauiffimis vtriusque familiae ABCDE, 12 aliis ap. Wetft. Griesb. et Birch. 2 app. Matth.: in verff. Syrr. Ar. Erp. Copt. Aeth. Armen. Vulg. It. et in Chryfoft. et Caffiod. recipientibus S. V. Griesb. et Matth. *Altero* autem loco τα εθνη abeft ex iisdem fere teftibus ap. Wetft. Griesb. Birch. et Matth., ex ABCDE etc. iisdemque verfionibus patribusque. Sed et ταυτα ob inconftantiam lectionis expungendum esse opinatur Griesb. Cf. Commentar. ad v. 43. Plenior

fcripfimus. Sed curemus potiffimum, quemnam effectum in auditores ea habuerit. Is narratur vv. fqq. hic fuiffe: [1) primo quidem dubii haerent et ancipites, maxime primores fynagogae, deliberandique tempus fibi pofcunt v. 42. 2) alii tamen, inferioris forte fortis], finita fynagoga applaudunt, Apoftolosque plura audiendi cupidi fectantur v. 43. 3) Poftridie, percrebefcente per omnem vrbem rumore de noui Meffiae praeconibus, omnis fere plebs ad audiendos eos confluit v. 44. 4) Iam Iudaei, feriam rem confpicati, non amplius deliberant, fed omni vi obnituntur Apoftolis v. 45. 5) Proinde miffis Iudaeis ad paganos conuertuntur Apoftoli multosque I. C. focietati iungunt v. 46-49. Quo facto ira commoti Iudaei vrbe Apoftolos eiiciunt v. 50.

v. 42. Εξιοντων δε αυτων fc. των Αποστολων; ii enim, ad

βατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα — ταῦτα:. Λυθεί-

nior et copiosior vulgaris textus lectio vel ex lectionariis innecta esse videtur, quae nouam hinc periodum auspicabantur, vel ex animo Iudaeorum genti infensiore orta, qui et hic Iudaeos taxari voluit, paganos autem laudari, vtpote ad amplexandam doctrinam salutarem propensiores, vt mox v. 46; c. 28, 26 sq. Cf. norma ap. Griesb. in praef. Vol. I, p. LXII, 6. 8.

ad interpretandam pericopam praelectam ab Archisynagogis inuitati v. 15, iam quum officio hoc perfuncti essent, nondum finita synagoga, siquidem forsan et alii docere et commentari susceperant, discessisse ex Synagoga et ante portas substitisse videntur: cf. tamen statim ad v. 43. Παρεκαλουν sc. iidem Archisynagogi, qui ad interpretandam parascham eos excitauerant v. 15. Εις (pro εν) το μεταξυ σαββατον i. e. insequenti sabbatho. Dictum ergo est μεταξυ pro μετεπειτα. Hesych. ἑξης, quod et in D legitur, sicuti in d ap. Matth. eodem sensu το επιον. Eodem sensu μεταξυ nonnunquam occurrit ap. Iosephum, Bell. Iud. 2, 11, 4; 5, 4, 2 etc. et apud alios scriptores: cf. Krebs. ex Ioseph. p. 220; Kypk. et Kopp. ad Rom. 2, 15, vbi eodem sensu particulam sumit, et Morum eiusque editorem Dinndorf. ad h. l. Ῥηματα et λαλειν sunt voces de tradenda doctrina proprie adhibitae. — Ex vulgaris lectionis sensu autem haec indicantur: quum Iudaei exiissent ex synagoga, gentiles, iam ab inuidia Iudaeorum tuti, obsecrabant Apostolos, vt tempus inter hoc et insequens sabbathum (vulgaris του μεταξυ sensus: cf. Wolf. ad h. l. et Rosenmüll., qui huic sententiae fauet, et de intermedio Sabbatho Iudaeorum cum Grotio multisque aliis explicat), missis Iudaeis, sibi paganis consecrarent, et sequenti demum sabbatho Iudaeos denuo docerent. Sed, quid paganis rei cum Synagoga Iudaeorum? quomodo ex improuiso ii hic adstant? Sunt quidem, qui εθνη explicent: Iudaeos ex gentibus conuersos. Sed id ex loquendi vsu probari nequit. — Proinde longe praeferenda est, si versum 42 omnem expungere dubitaueris, priorum lectionum explicatio, quae a plerisque intt. et critt. hodie praefertur.

v. 43.

Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν 43
Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων τῷ Παύλῳ
καὶ τῷ Βαρνάβᾳ, οἵτινες προσλαλοῦντες ἔπειθον αὐ-
τοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. τῷ τε ἐρχο- 44
μένῳ σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη

ἐχομένῳ ἀκου-

VARIAE LECTIONES.

v. 44. ερχομενῳ. Pro eo legendum est εχομενῳ σαββατῳ: *die sabbathum insequente, postridie sabbathi*, quod est in ACE et 4 aliis ap. Wetst. Gr. et Birch. receptum, sicuti et praecedens τε pro δε, a V. Griesbachio, probatumque a Grotio etc. Non tam testium multitudine id firmatur, quam quia et haec lectionis varietas cum ea, quae v. 42 notata est, cohaeret. Quippe ibi additum erat, gentiles rogasse Apostolos, vt per interuallum inter illud et insequens sabbathum et sibi doctrinam salutarem tradere velint. Suspicantur iam, id ab Apostolis factum esse, adeoque praeterlapso 7 dierum spatio, illucescenteque sabbatho insequenti omnes fere gentiles ad Apostolos confluxisse. Eadem de caussa pro τε scripserunt δε, vt noua quasi sectio exiret a v. 44, quae tamen v. 45 demum incipit. Quae permutationes quum ex eodem infenso erga Iudaeos animo ortum duxerint, merito damnandae sunt omnes. Cf. Var. Lect. ad v. 42. Genuinae vero lectionis sensum longe alium in comment. explicatum vide.

v. 43. Antea Apostoli tantummodo discessere ex Synagog. iam omnis ecclesia missa est, abeuntque omnes. *Λυειν*, vox de dimittendo coetu propria, et *λυεται εκκλησια*, *αγορα* etc. Diodor. Sic. 19, 25; Xenoph. Cyrop. 2, 3 etc. Mirum tamen est, Apostolos v. 42 antea iam discessisse, neque audiisse, si forte quis aliquid contra monendum haberet. Hinc omnem v. 42 spurium esse et damnandum probabile fit. *Σεβου. προσηλ.* ad v. 16. *Ηκολουθησαν* assectabantur (3, 11) Apostolos ex synagoga domum redeuntes. *Χαρις Θεου*, beneficia Messiae, per *Θ. χαριν* (Eph. 2, 8) hominibus tradita: metonym. *doctrina christiana*.

v. 44. *Ερχομενῳ* si vera esset lectio, significaret: sabbatho proximo, quod elapsa integra septimana sequebatur. Sed num per tantum inter-

45 ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰου-
δαῖοι τοὺς ὄχλους ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἀντέλεγον
τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις — ἀντιλέγοντες
46 καὶ: βλασφημοῦντες. Παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦ-
λος καὶ ὁ Βαρνάβας εἶπον· ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶ-
τον

VARIAE LECTIONES.

v. 46. Αντιλεγοντες και desunt in ABE, all. ap. Wetst. Griesb. et Birch. 2 ap. Matth. versionibusque, grauissimis Syr. Arab. Erp. Copt. Aeth. Arm. Vulg. prob. Griesb. Bengelius quidem ob Hebraismum, qui adest in αντελεγον αντιλεγοντες, seruandas voces esse existimat. Verum Lucas non admodum amat Hebraismos, aliterque ex Hebraismi genio collocandae fuissent voces. Praeferatur ergo lectio breuior copiosiori ex norma 1 ap. Griesb. proleg. p. LX.

interuallum quieuisse homines, qui *nouis* rebus solent percelli, putemus? nonne potius post tot dies praeterlapsos periisse rei nouitatem, hominumque ardorem deferbuisse credamus? Legatur ergo εχομενῳ (cf. Var. lect.) expliceturque *postridie eius sabbathi* id. qu. τῃ εχομενῃ ἡμερᾳ (c. 21, 26) του σαββατου, pro quo breuius posuit τῳ εχομενῳ σαββατῳ (Matth. 18, 1: τῃ επιφωσκουσῃ εις μιαν σαββατων, vbi vid. V. Paulus). Συνηχθῃ vel in synagoga, si ερχομενῳ praetuleris (adesse enim in Iudaeorum synagogis etiam paganos, non vetitum erat, licet templum ab iisdem intrari nefas haberetur, infra c. 21, 28), vel potius, quia alter sensus praeferendus videtur, in via publica, ante diuersorium Apostolorum.

v. 45. Hic demum, non v. 44, alia periodus infit. Ζηλου, ira et odio. Qui in synagogam confluxisse paganos v. 44 volunt, supplent: "quia homines non circumcisos filiis Abrahami in synagoga permixtos viderant," vid. e. gr. Rosenmüll. Rectius tamen istud odium per Apostolorum conamina omnino in Iudaeis excitatum fuisse statuemus.

v. 46. Υμιν ην αν. πρ. λ. τ. λ. τ. Θεου. Ex consilio Dei, qui in Iudaeorum potissimum fauorem exhibuit Messiam, atque ex Messiae ipsius praecepto Matth. 10, 6; Luc. 24, 27. Ουκ αξιους κρινετε i. e. *non vultis* etc. ita fere lat. *dedignari*. Στρεφομεθα etc. cum

τον ἀληθῶς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπω-
θεῖσθε αὐτὸν καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς
αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. Οὕ- 47
τω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος· τέθεικά σε εἰς
φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου
τῆς γῆς. Ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη ἔχαιρον, καὶ ἐδό- 48
ξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι
ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. διεφέρετο 49
δὲ

cum animi quadam tranquillitate prolocuti Apostoli haec videntur: *seht wir haben nun das unsrige gethan, wollt ihr nun nicht folgen, gut, so bekümmern wir uns nicht mehr um euch, sondern wenden uns zu* etc. Non tamen de omnibus Iudaeis haec intelligi volunt Apostoli; nam et postea semper Iudaeos primo adeunt, vt v. c. c. 14; c. 18, 17 sq. At Antiochenses Iudaeos missos iam faciunt.

v. 47. Oraculum prostat Ies. 49, 6, (cf. Ies. 42, 6), vbi vates remotissimarum se gentium doctorem et lumen a Ioua constitutum esse praedicat (neque enim probamus sententiam S. V. Paulus Memorabil. B. 3, p. 180, et Eckermanni *theol. Beytr.* B. 2, p. 185, qui non de vate Ies. ipso, sed de omni pio Israelitarum populo ibi sermonem esse statuunt: sed haec ad explicationem prophetae ipsius copiosius afferenda sunt). Quod si h. l. ἡμιν εντετ. κυρ. ait Paullus, non quidem in se dictum esse vaticinium, sed et in se, sicuti in omnes alios divinarum rerum praecones, transferri posse, indicat.

v. 48. 49. Ακ. τα εθνη εχαιρον. Sc. quod videbant, e Iudaeorum gente superba, aliasque nationes se longe inferiores iudicante prodiisse tandem et praecones, qui modo rationis praeceptis consentaneo, nullum coram summo numine esse gentium discrimen contendebant. Εδοξ. τ. λ. τ. K. i. e. veram rationisque praeceptis consentaneam inuenere doctrinam Apostolorum. Επιστευσαν: non omnes incolae, quod per se patet, et vel ex sq. v. 50 sequitur, sed nonnisi tot, ὁσοι ησαν τεταγμενοι εις ζωην αιωνιον. i. e. quot-

δὲ ὁ λόγος τοῦ Κυρίου δι' ὅλης τῆς χώρας.

quotquot destinati erant (ita נתן, שים, τιθεναι, 1 Thess. 5, 9) a Deo, vt crederent doctrinae salutari. Ergo post ζ. αιων. repetas πιστευσιν, seu τα: εις ζ. αιων. non cum τεταγμ. sed cum επιστευον iungas. *Welche Gott aus den heidnischen Einwohnern Antiochiens zu Mitgliedern des Christenth. ausersehen hatte.* Ex hac explicatione non nisi prouidentiam div. indicari patet, ex cuius voluntate alios ad rel. christ. transiisse, alios eandem esse adspernatos, nemo pius numinis cultor rationi aduersari contendet. Neque offendemur verbo τασσειν, verebimurue, ne id impediat nos illis laqueis, quos circa praedestinationem induxit dogmatice. Siquidem voces adsunt in N. T. quae de prouidentia eiusque placitis et decretis loquentes, fortius adhuc incedunt: ὁριζειν. προοριζειν, προγινωσκειν: cf. Rom. 9, 16. 18 sq.; 1, 26; Act. 28, 27; 1 Thess. 5, 9; 3, 3; Eph. 2, 3. Matth. 25, 38. Moed Katon fol. 9, 1. "Exiit vox: vos omnes ordinati estis ad vitam seculi futuri." Plura simil. vid. ap. Wetst. – Sed alii tamen intt. maxime eo tempore, quo cum Caluinianis agitabantur lites de praedestinatione etc. το: τεταγμενοι reciproce verterunt: quotquot se dispofuerant, ὁσοι εταξαν ἑαυτους, verbo militari, sed et ad alia metaphorice adhibito, 1 Cor. 16, 15; Act. 20, 13. Ita Xenoph. Mem. 2, 1, 11; Philo de Gigant. p. 290, ed. Mang; cf. plur. loc. ap. Krebs. ad h. l. Ita Grotius, multique alii et nuperrime Bolten. Sensus. "Qui praeparauerant se et accinxerant ad doctr. christ. accipiendam, eoque consilio conuenerant" ex oppos. του απωθεισθαι v. 46. A quibus non multum recedunt, qui vertunt, "qui probe vixerant, eamque vitae tenuerant rationem, quae suscipiendae aeternae felicitati habiles eos reddebat." Ita Epictet. c. 29. Plutarch. vit. Pomp. p. 627 τεταγμενος iung. c. σωφρων, et τακτος, homo frugi, non dissolutus oppos. est τῳ: ατακτος, 1 Thess. 5, 14. At Schöttgenius: "qui ordini diuinitus praescripto se subiecerant," *die sich passiv verhalten hatten,* quod ob εχαιρον etc. non placet. Plura interpretandi conamina videsis apud Wolfium, quae tamen non nisi eum in finem sunt allata, vt declinarentur praedestina-

Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖ- 50
κας καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς
πόλεως· καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον
καὶ τὸν Βαρνάβαν, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν
ὁρίων αὐτῶν.

Οἱ

deſtinationis ſcopuli, quos, ſi rite contempleris rem, nullos inuenies, nec quidquam cernes, quod refragetur aut ſanae rationi aut ſummi numinis beneuolentiae.

v. 50. Ex inferiore ſorte videntur eorum plerique fuiſſe, qui in omni vicinia Chriſto nomina dederant, neque tam ex Iudaeorum quam gentilium religionibus. Non melius ergo tam inuiſae rei ſucceſſum ſiſtere ſe poſſe ſibi videntur Iudaei, quam gentilium ipſorum opem implorando, primoresque Antiochenorum contra Apoſtolos irritando. Neque illos fugit, quanta vis ad irritandos animos ſit mulieribus, vnde et ex eis τας δεισιδαιμονεστατους ſibi conciliant. Σεβομενας, i. e. religioſas, zeloque ſeruandorum rituum ethnicorum feruentes, σεβεσθαι enim Θεον ſeu Θεους dici poterit et gentilis, dummodo ex ſuae religionis praeceptis cultum numini adhibere ſtudet. Ergo et hic paganorum matronae intelliguntur, et quidem ευσχημονες, i. e. *honeſtae*, (*wohlehr- und achtbare*): vid. Paulus ad Marc. 15, 43, non autem diuites, vel nobili loco natae, id enim in ſequentibus demum infertur πρωτ. της πολεως. — Sed plerique, vt multis aliis locis, ita et h. l. per σεβομενας *conuerſas* expreſſas eſſe credunt. Cf. quae ad v. 16 ſcripſimus. Equidem tamen non video, quid inducere potuiſſet Iudaeos, vt proſelytos potiſſimum in ſuas partes traherent: at gentiles feminae, eiusdem vrbis incolae, et quidem cultui numinum ſuorum religioſiſſime addictae, nec non ευσχημονες, honeſtate inſignes, multum ſane ad permouendam plebem valuere. Tum et ex additis: και τ. πρωτ. της πολ. patet, gentiles hic a Iudaeis fuiſſe incitatos. Και επηγειραν ſc. non Ιουδαιοι, ſed mulieres illae primoresque vrbis ex gentilibus: *und ſo erregten dieſe denn* etc.

51 Οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν
52 αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς ἦλθον εἰς Ἰκόνιον. Οἱ δὲ μα-
θηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ πνεύματος ἁγίου.
Cap. XIV, 1 Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς
εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ λαλῆσαι οὕ-
τως, ὥστε πιστεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων
πολὺ

v. 51. *Iam relicta vrbe, vbi tam ingratos incolarum erga se animos experti erant, domum, i. e. Antiochiam Syriae redire statuunt, redeuntque per Lycaoniam, Pisidiam, Pamphyliamque, et ita finitur primum iter, c. 13, 51 – c. 14, fin.* Primo redeuntes via ducit

a) *Iconium*, Lycaoniae oppidum haud ignobile, ad radicem montis Tauri situm, 2 Tim. 3, 11. vid. Strabo Lib. 12, p. 853; Plin. Hist. Nat. 5, 27; Cic. ad famil. 15, 4. Εκτιναξαμενοι τον κονιορτον. in symbolum, sibi nil rei amplius cum hominibus ingratissimis beneuolentiaque div. indignissimis superesse, se ne puluere quidem tam ingratae terrae polllui amplius velle. Cf. Lightfoot ad h. l. ex Rabbinis, qui pulverem terrae ethnicae inquinare contactu suo pedes sanctorum credebant. Cf. intt. ad Matth. 10, 14. Plenius h. l. additur επ' αυτους, reiecerunt puluerem in eorum terram, quod summum simul contemtum indicat.

v. 52. Οἱ δε μαθηται, scil. qui circa Antiochiam Pisidiae Christo nomina dederant. Χαρας, mansit idem gaudium, quo primitus perfusi fuisse dicuntur v. 48: non poenituit eos, transiisse ad Christi castra. Πνευμ. αγ. h. l. sine dubio de fortitudine et constantia animi in amanda promulgandaque doctrina christ. perseuerantis accipiendum. *Sie wurden nun immer mehr fürs Christenthum eingenommen und begeistert.*

Cap. XIV, 1. male incipit hocce caput, quod rectius c. 13, 51 infit. Κατα το αυτο (Ael. V. H. 14, 8), i. q. επι το αυτο, c. 3, 1. Vterque eorum, Paulus et Barnabas *simul*. Cf. Kypke. Non ferenda est aliorum explicatio, dictum esse pro κατα το ειωθος, ex consuetudine.

πολὺ πλῆθος. Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπή- 2
γειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ
τῶν ἀδελφῶν. Ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν 3
παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τῷ μαρτυροῦντι τῷ
λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, διδόντι σημεῖα καὶ τέ-
ρατα γίνεσθαι διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἐσχίσθη 4
δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν
τοῖς

VARIAE LECTIONES.

v. 3. Ante διδοντι vulg. lectio addit και, quod tamen abest in ABDE, 27 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 2 ap. Matth. Et ex lectione difficiliore abesse quoque debet, vnde expunxit Bengel. Griesbach. et Matthaei in nouissima editione.

v. 2. Απειθουντες. Vulgo crimini Iudaeis datur ἀπειθεια, c. 7, 51; 28, 26 sqq. *Iudaei, prout semper ad audienda veriora occalluerunt, et hic insurrexerunt contra Apostolos.* Κακωσαι h. l. non est: affligere, vexare, vt 7, 6. 19; 12, 1; 18, 10, sed male affectum reddere, παροργιζειν. Ita Ios. Ant. 16, 1, 2 et alibi, cf. Krebs. ad h. l.; Ps. 105, 32. Est ergo synonym. τῳ: επηγειραν; cui et constructione iungenda sunt τα: κατα των αδ. Deerat sane Iudaeis potestas affligendorum ethnicorum vrbis incolarum. Αδελφοι sunt homines christiani, non, vt quidam volunt, populares των εθνων.

v. 3. 4. Παρρησιαζομενοι επι τ. K. i. qu. 9, 27 παρρησιαζ. εν τ. ονομ. τ. Ιησ. "libere tradentes doctrinam christianam." Morus: "freti Domino"; sed et vtrumque potest iungi, vt iungitur a Rosenmüllero. Λογος της χαριτος, vt 13, 43 simpl. χαρις, doctrina christ. Μαρτυρειν τινι *idoneis argumentis demonstrare quid.* Διδοντι iung. c. μαρτυρ. eo quod edidou. Σημεια – αυτων, c. 5, 12. Ita το: Κυριου ob nexum de Iesu explico, qui miraculorum patrandorum vi et potestate legatis suis tribuenda diuinam doctrinae suae originem demonstraturum se professus erat, Marc. 16, 17. Quod si tamen de Deo explicare praetuleris, ex Hebr. 2, 4 Deo attribui id μαρτυριον inuenies. Εσχισθη. Virgil. Aen. 2, 39.

 v. 5.

5 τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς Ἀποστόλοις. Ὡς δὲ
ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς
ἄρχουσιν αὐτῶν, ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτοὺς,
6 συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας,
7 Λύστραν καὶ Δέρβην καὶ τὴν περίχωρον, κἀκεῖ
ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι.
8 Καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν
ἐκάθητο, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων,
9 ὃς οὐδέποτε περιπεπατήκει. Οὗτος ἤκουε τοῦ Παύ-
λου λαλοῦντος· ὃς ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν ὅτι
πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι, εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ·
10 ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός. Καὶ ἥλλετο
καὶ

v. 5. 6. 7. Iam et Iconio fugati Apoſtoli perueniunt b) *Lyſtram et Derben*, oppida Lycaoniae vel potius Iſauriae, Iconio verſus auſtrum ſita: vbi quae geſta ſunt, narrantur v. 5 - 20. Ὁρμη vel de *impetu animi*, i. e. *conſilio* h. l. dicitur: (pariter apud Herodian. 8, 8, 6. Heſych. βουλη; cf. Ouid. Faſt. 5, 523: ſi quid fert *impetus*, opta), vel de *tumultu vero*, quem in Apoſtolos excitauerunt. Συνιδοντες *intelligentes*, *comperta re*, vt 12, 12. Hammond. perperam ſuſpicatur legendum et hic eſſe σπευδοντες. Λυκαονιας. Proprie ad Iſauriam pertinebant illa oppida, non ad Lycaoniam: ſed quum in Lycaoniae confiniis eſſent ſita, et Lycaoniae accenſeri ſolent. Omnino in iſtis Aſiae regionibus non accuratiſſime ſecernuntur variarum prouinciarum fines, vnde et ſupra Piſidiae accenſebatur Antiochia, quae proprie Phrygiae adnumeranda fuerat. Λυστραν. Dicitur ἡ Λυστρα, vt h. l. et v. 21, et 16, 1, et τα Λυστρα vt v. 8.

v. 8 ſqq. Ibi hominem quendam pedibus infirmum ſanat Paullus. Πιστις σωθηναι eſt certa ſpes et fiducia, robur ſe et valetudinem Apoſtolorum ope nacturum. Quare non colloquatur P. cum aegroto, vid. ad v. 14.

v. 10. Και ἡλλετο. Noli nimis premere genuinum vocis

καὶ περιεπάτει. Οἱ δὲ ὄχλοι ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ 11
Παῦλος ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, Λυκαονιστὶ λέγον-
τες· οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς
ἡμᾶς· ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν Δία, τὸν δὲ 12
Παῦλον Ἑρμῆν, ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ
λόγου. Ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς 13
πόλεως

vocis ἀλλεσθαι ſenſum: neque enim credibile eſt, iſtiusmodi hominem iam ſaltare potuiſſe. Sed de induſtria poſita eſt haec vox et h. l. et c. 3, 8, quo fortius exprimeretur, quantum beneficium ei praeſtitum ſit, quoque facilius in oculos incurreret magnum diſcrimen inter priſcum ſtatum corporis aegroti et praeſentem valetudinem. Caeterum de hoc facto vid. Exc. 5.

v. 11. *Λυκαονιστι*, dialecto Lycaoniae, in qua Cappadocum lingua Grotius, Aſſyriorum autem alii volunt vſos incolas fuiſſe. *Οἱ Θεοι — κατεβησαν.* Erat illa apud remotiſſimi aeui gentes omnino, et ſeriori aetate apud incultiorem plebem vulgaris opinio, numina interdum vel ad contemplandam hominum vitam, vel ad cumulandos eos beneficiis humana forma induta apparere hominibus, Il. *ε*, 424 ſqq.; Odyſſ. *ρ*, 484; Ouid. Met. 1, 212 et ſexcenties alias. Vid. Grotius, Elsner, Alberti, Wetſt. ad h. l. cf. Geneſ. 18.

v. 12. *Δια*, ſiquidem Barnabas, aetate et forma maior, prae ſe tuliſſe quid videtur, quod maiorem reuerentiam incuteret. Paullus autem cur pro Mercurio ſit habitus, narratio ipſa addit, ſiquidem Mercurius habebatur *των λογων ἡγεμων*, Hor. Odar. 1, 10, 1; 2, 17, 29. Macrob. Saturn. 1, 8. Solebat autem Mercurius comitari Iouem in terras deſcendentem, Ouid. Faſt. 5, 495. — Haec cogitantes ſtatim ſacerdotibus mentem ſuam aperiunt, quo facto illi etc.

v. 13. *του Διος*, templi ſeu ſimulachri Iouis ante vrbem exſtructi. Ita et nos loquimur in indicandis maioris alicuius vrbis templis, monaſteriis etc. Alii ſimulachrum ſeu ſtatuam Iouis ante oppidum poſitam, ſeptoque cinctam intelligunt; male, quia iſtiusmodi ſimulachra ſuos quaeuis ſacerdotes habuiſſe vix credenda ſunt. Sed et multa hic afferun-

πόλεως αὐτῶν ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυ-
14 λῶνας ἐνέγκας σὺν τοῖς ὄχλοις ἤθελε θύειν. Ἀκού-
σαντες δὲ οἱ Ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος,
διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν, ~εἰσεπήδησαν εἰς τὸν
15 ὄχλον κράζοντες καὶ λέγοντες· ἄνδρες, τί ταῦτα
~ἐξεπήδησαν ποιεῖτε;

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Pro vulg. εισεπηδησαν leg. εξεπηδησαν, quod est in ABCDE. 7 all. ap. Wetst. Gr. et Birch. 1 ap. Matth. Syr. Arm. Vulg. It. Chrys. etc. probante Millio §. 972, et in textum recipiente Griesbachio, quod par est ex regula 3 in praef. Vol. I. ed. Griesb. p. LXVI.

feruntur, cur hoc sit additum, vel quia plures in eadem vrbe (tam parua?) aedes habuerit idem numen, vel quia indicatus sit Ζευς πολιευς, πολιουχος, vrbem custodiens, Aeschyl. Heptatheb. 166, 271; Lycophr. v. 356. Ταυρος solita Ioui victima. Στεμματα ad coronandas vel aras, statuasque Iouis, quod moris erat, vel victimas, quae corollis floribus confertis, infulis aliisque redimiculis capita circumligari et ornari solebant, Lucian. de sacrific. p. 368 στεφανωσαντες το ζωον προσαγουσι τῳ βωμῳ. Cf. aliorum exemplorum farraginem ap. Wetst. Proinde per hendiadyn dictum foret ταυρους και στεμματα pro ταυρους εστεμμενους. Επι τους πυλωνας, ante portas sc. templi, vt aiunt nonnulli, quod ad vrbem exstructum erat: alii simili fere sensu: "ante portas vrbis." Rectissime tamen intelligimus cum Rosenmüllero etc. de portis domus, in qua P. et Barnab. diuersabantur, quia numinibus praesentiorem adhuc, quam in templis, cultum adhibitum iri credebant ibi, vbi eadem praesentia viderant ipsa. Caeterum intra muros oppidi peracta haec videntur, tam ob v. 19, quam quia vix est credendum, claudum illum pedibusque infirmum ante vrbem esse latum.

v. 14. 15. Adhuc quieuerant Apostoli. Namque etsi iam longis sermonibus de diuino cultu Apostolis praestando consilia iniissent Lystrenses, nil tamen eorum intelligebatur ab Apostolis, quia Lycaonicam illi linguam non callebant (cf. Excurs.

ποιεῖτε; καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς, ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς,
ὃς ἐν ταῖς παρῳχημέναις 16
γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν·

curſ. 2), vnde et cum debili illo pedibusque infirmo non colloquitur diu P. nec fidem eius antea examinat, ſed eum intuetur tantummodo atque ex eius vultu ad pium animi ſenſum concludit v. 9. Iam vero quum magnum ſacrificiorum apparatum in ſui honorem inſtitui vidiſſent, deprecantur omnia (cf. c. 10, 26) et indignabundi populum acclamant (cf. Ov. Met. 15, 130 ſq.), ſermoneque breui ſed forti et ab eis argumentandi rationibus, quibus coram Iudaeis vtuntur, longe recedente de vero numine edocent. Διαρρηξαντες ἱματια. mos Iudaeis ſolitus, ſi blaſphemias audiebant, Matth. 26, 65. Ὁμοιοπαθης ſimili natura, affectu etc. praeditus, i. e. ὁμοιος ſimpliciter. Cf. Pott ad Iac. 5, 17. et Wetſt. ad h. l. Ευαγγελιζομενοι i. e. παρακαλουντες. Siquidem omnis Apoſtolorum doctrina dicebatur ευαγγελιον, adeoque et partes omnes, quibus illa doctrina efficiebatur, ergo et admonitiones, παρακλησεις. Τουτων ματαιων. Eſt δεικτικως dictum, innuitque vel numina et idola inania, ex oppoſ. του ζωντος, Zach. 11, 17 (ſuppl. Θεων, σεβασματων), vel omnem cultum et apparatum vanum et ſuperſtitione plenum (ſuppl. πραγματων). Prius praeferendum videtur: ſenſus eodem redit. Ὁς εποιησε — αυτοις. Indicare forſan vult P. falſa et irrita eſſe, quae de diuiſo inter Iouem, Neptunum etc. imperio, deque beneficiis ab alio numine aliis in humanum genus conferri ſolitis exputauerant gentilium religiones.

v. 16. Παρῳχ. γεν. praeteritis temporibus ſeu generationibus. Παντα εθνη populariter dictum: *vbiuis terrarum* ex oppoſ. Iudaeorum. Ὁδος, דרך, omnia vitae inſtituta tam bona quam praua indicat, in ſpecie tamen ea, quae ad cultum numini adhibendum ſpectant, c. 9, 2, alibi. Αυτων, non ergo ὁδοις Θεου: nullam eis dedit legem

17 αὐτῶν· καίτοι γε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν,
ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης
18 τὰς καρδίας ἡμῶν. Καὶ ταῦτα λέγοντες μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς.
19 Ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους καὶ λιθάσαντες

τὸν

gem aeque ſanctam ac Moſaicam, nullos in eis excitauit prophetas. Εἰασε, *permiſit.* Et hoc verbo prouidentiae opus indicatur, ſicuti fortiore παρεδωκε Rom. 1, 26.

v. 17. *Verum neque prorſus nulla vis ſuae et beneficentiae documenta inter gentiles exſtare voluit.* Καιτοι γε. Elegantior particula, cuius vſum demonſtrat Elsner. c. 17, 27; Io. 4, 2. Αμαρτυρος, de quo nullum proſtat exemplum, teſtimoniumque, Thucyd. 2, 41. Ἡμιν, nobis hominibus omnibus, paganis pariter atque Iudaeis. Ὑετους και καιρους καρποφ. per hendiad. videtur expreſſum pro imbribus (idque pro omnibus tempeſtatis viciſſitudinibus) ad alendos fructus commodis. Εμπιπλων — καρδιας ἡμων. Verba cum ſenſu faciliima, in quibus tamen quaeſitum eſt, quomodo καρδια, quae ευφροσυνῃ quidem poſſit impleri, etiam cibis ſatiari queat. Igitur καρδιαν pro ſtomacho, ventriculo (vnde de *cardiacis*, *cardialgia* loquuntur medici) ſumunt, et ευφροσυνην pro vino dictum putant (οινον ευφρονα Il. γ, 246). Ita Grotius. Sed nemo non videt, rhetorice haec et exornatius eſſe pronunciata, et τας καρδιας ἡμων nil innuere aliud, niſi *nos ipſos*. Caeterum ſententias ſimiles vid. ap. Cic. Nat. Deor. I, 2.

v. 18. Ταυτα λεγοντες ſubaudi καιπερ. Indubie enim a Lyſtrenſibus intelligebatur P. quia nobiliſſimi eorum graecam linguam callebant. Του μη, pro απο του μη. Eiusmodi genetiui vſus ſaepius adeſt in libro noſtro c. 3, 12; 27, 1.

v. 19. Subito immutatur per ſuperuenientes Antiochia etc. Iudaeos, qui nondum depoſuerant odium (c. 13, 50), rerum facies; mobilisque plebis animus, vt fieri ſolet, in contraria ſtudia abripitur.

τὸν Παῦλον ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐ-
τὸν τεθνάναι. Κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθη- 20
τῶν, ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· καὶ τῇ ἐπαύ-
ριον ἐξῆλθε σὺν τῷ Βαρνάβᾳ εἰς Δέρβην, εὐαγγε- 21
λισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην καὶ μαθητεύσαντες
ἱκανοὺς ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Λύστραν καὶ Ἰκόνιον καὶ
Ἀντιόχειαν, ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μα- 22
θητῶν, παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι
διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν

βασι-

ripitur. Nolimus ergo cauſſas tam ſubitae mutationis aliunde quaerere, quam ex odiis Iudaeorum et mobilitate plebis. Sane quae in multis codd. poſt Ιουδαιοι adduntur: και διαλεγομενων αυτων παρρησια επεισαν τους οχλους, αποστηναι απ' αυτων, λεγοντες· οτι ουδεν αληθες λεγουσιν, αλλα παντα ψευδονται originem ſuam ſatis manifeſto produnt. Πεισαντες i. e. ad partes ſuas pertrahentes, vt 12, 20. Λιθασαντες ſc. Ιουδαιοι. Τον Παυλον. Hunc potiſſimum, quia ἡγουμενος λογου ην.

v. 20. Verum neque mortuus erat, neque omni Lyſtrenſium, quorum plures Apoſtolis fauebant, auxilio deſtitutus. Proinde etc. Μαθητων, qui ex Lyſtrenſibus fidem adhibuerant, beneficio in aegrotum collato permoti.

v. 21. Μαθητευειν, Matth. 28, 19, ad coetum των μαθητων Ieſu adducere, eſt effectus του: ευαγγελιζεσθαι.

c) *Redeunt in vrbes, vnde eiecti erant*, v. 21–23. Conſtituerant quidem Apoſtoli, malis, quas vbique locorum pertulerant, permoti, Antiochiam Syriae redire. Sed proſperiore ſucceſſu, qualem experti erant Derbae, accenſi, tum et timentes, ne collaberentur, quos iam collegerant, coetus diſpergerenturque, redeunt, animos firmant, idoneosque, qui eis conſulant, praepoſitos praeficiunt. Αντιοχειαν Piſidiae.

v. 22. Και ſuppl. λεγοντες. Similis conſtructio ap. Polyb. 5, 27; Ioſ. Ant. 5, 1, 18. Βασιλ. Θ. coetus chriſtianorum. Δια πολλων θλιψεων. Sententia frequentiſſime occurrens, Matth. 10, 38; Luc. 9,

23 βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς
πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ
νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ, εἰς ὃν πεπι-
24 στεύκεισαν. Καὶ διελθόντες τὴν Πισιδίαν ἦλθον εἰς
25 Παμφυλίαν. Καὶ λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον
26 κατέβησαν εἰς Ἀττάλειαν· κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν
εἰς Ἀντιόχειαν, ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι
τοῦ

23; 14, 27 etc. Vaiikra Rabba Sect. 30, fol. 173, 4: "Si ad vitam ingredi cupis, afflictiones quoque tibi necessario sufferendae sunt." Non tamen vniuersim spectanda sunt haec, sed ratione illorum temporum habita. Hic quidem ea de caussa proferuntur, ne calamitatibus, quas Apostolos pertulisse viderant, qualesque et sibi ipsis imminere posse timebant, deterrerentur μαθηταὶ.

v. 23. Χειροτονησαντες ex Graeco loquendi vsu nil indicat nisi *eligentes*, aut per suffragia, aut sine eis, maleque ad επιθεσιν των χειρων, c. 6, 6; 13, 3 respiciunt nonnulli. Πρεσβυτερους, antistites, ex recens conuersis creatos, cf. proleg. ad 1 Tim. Προσευξαμενοι μετα νηστειων i. e. rem tanti momenti sobrie deliberantes, meditando, precibus fundendis, c. 13, 2. 3. Παρεθεντο, commendabant. Luc. 23, 46. Saep. ap. Ios. Cf. Kypke.

v. 24. His demum peractis verum reditum satis tuto moliri posse sibi videntur: ergo

d) *Antiochiam Syriae redeunt* v. 24 – 28. Alia tamen incedunt via, non breviori illa per Lycaoniam Isauriamque, sed longiori per Pisidiam Pamphyliamque, qua eadem ferme Antiochiam Pisidiae peruenerant. Περγη. Ibi ergo tum, quum primum adessent (13, 13), euangelio operam nauasse non videntur, discessu Ioannis Marci, quem indigne ferebat P., forsan impediti. Ατταλεια. Vrbs in confiniis Lyciae et Pamphyliae sita, vnde et a nonnullis Lyciae accensetur, Strabo Lib. XIV, p. 983, B.

v. 26. Αντιοχειαν Syriae, quod indicatur, additis ὁθεν ησαν παραδεδομενοι τῃ χαριτι του Θεου. Sens. "vnde egressi erant ad euangelium paganis commendandum." c. 13, 1 – 3. Sed exornatius id effert

τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἔργον, ὃ ἐπλήρωσαν. Παραγενόμενοι 27
δὲ καὶ συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν ἀνήγγειλαν, ὅσα
ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς
ἔθνεσι θύραν πίστεως.

Διέτριβον δὲ ἐκεῖ χρόνον οὐκ ὀλίγον σὺν τοῖς 28
μαθηταῖς. Καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰου- CAP.
δαίας XV, 1

fert Lucas: "inde commendati sunt fauori diuino" i. e. "benedicendo dimissi sunt," c. 13, 1. Ita et c. 15, 40. Alii, vt Morus, Rosenmüll. χαριν Θεου, vt saepe alibi, pro doctrina christiana, eamque pro munere tradendae eiusdem dictam volunt, vt sit: "vbi (ὁθεν, *von wo aus*, pro ὁπου) destinati erant et praefecti officio promulgandi euangelii." Legitur et ex coniectura Hemsterhusii ησαν, post quod interpungitur: *vnde egressi erant, commendati fauori div.* Sensus tamen idem manet.

v. 27. Εκκλησιαν magnam illam et celeberrimam, quae iustae *ecclesiae* nomine venire poterat, cf. ad 13, 1. Μετ' αυτων, Hebr. עשה עם vt c. 15, 4, pro δι' αυτων, c. 15, 12. "quid per ipsos effecerit numen, eo quod ηνοιξε θυραν πιστεως i. e. occasionem paganis fecerit fidei Iesu Messiae adhibendae." Est phrasis metaph. Paullo inprimis amata, 1 Cor. 16, 9; 2 Cor. 2, 12; Col. 4, 3, vbi vide. Hinc patet, indubie omnia haec ex ore Paulli a Luca narrari, siquidem iisdem vocibus et imaginibus vtitur, quibus delectabatur P.

---

v. 28. *Pedem ergo ibi aliquantisper sistunt, atque ad nouum idque longius iter apostolicum se accingunt. Sed dum ibi morantur, maximi momenti res accidit, quae narratur*

Cap. XV. Adueniunt Antiochiam Hierosolymis christiani homines ex Iudaeis conuersi, qui offensi in eo, quod tantus paganorum numerus Messiae Iudaeorum nomina dederat, conditionem necessariam, sine qua nemo ad Messiani regni felicitatem eniti possit, eam esse contendunt, vt circumcisioni, ritibusque legis Mosaicis quilibet et ex paganismo se subiiciat. Itaque primo

δαίας ἐδίδασκον τοὺς ἀδελφοὺς· ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι.
2 Γενομένης οὖν στάσεως καὶ ζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτοὺς, ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν

primo hoc loco illatam videmus quaestionem de errore illo, quam saepius recrudescentem idemtidem in epistolis suis exagitat P. acerrimus libertatis christianae vindex. Idem cum Barnaba et hic strenue et magna cum παρρησιᾳ se opponit arbitrariis his Hierosolymitanorum placitis. Sed quum istiusmodi contentionibus dissidiisque nil efficeretur ad rem stabiliendam, ad auctoritatem Apostolorum prouocant P. et Barnabas, conuenitque, legationem Hierosolymam mittere, quae vbi aduenit, congregantur Apostoli, de re grauissima deliberant, tandemque in Pauli Barnabaeque sententiam decernunt. Concilium Hierosolymitanum nominari potest, non tamen eo sensu, quo in historia ecclesiastica obtinet id nomen. Exstant in hoc caput commentationes plures seorsim scriptae, vid. ap. Wolf. quibus iungantur recentissimae: *Noesseltii* de vera vi et ratione decreti Hierosolymitani Halae 1794: *Nitzsch* progr. pasch. Vitemb. 1795 de sensu et consilio decreti Apostolici Act. 15.

v. 1. Τινες sc. Iudaeo christiani. Ex v. 5, interpretamenti ergo, in quibusdam additur των πεπιστευκοτων απο της αἱρεσεως του Φαρισαιων. Περιτεμνησθε – Μωυσεως. Circumcisionis ritus, vtpote basis et fundamentum caerimoniarum omnium pro omni lege caerimoniali hic ponitur, vnde et in paucis additur: και τω εθει Μωυσ. περιπατητε. Σωθηναι i. e. in πολιτειας Israel, iamque regni Messiani societatem venire, Eph. 2, 11. 12; Gal. 2, 4 etc.

v. 2. Στασις, h. l. acris contentio seditioni similis, Hebr. ריב, cui ap. LXX Prov. 17, 14 respondet. Explicatur per additum ζητησις, quod ex codd. praefert et in textum admittit Griesbach. quum vulgaris text. habeat συζητησεως; ex v. 7, vt videtur, inuectum. Τινας αλλους: adnumerare illis possemus Titum, Gal. 2, 1; dum-

αὐτῶν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς
Ἱερουσαλὴμ περὶ τοῦ ζητήματος τούτου. Οἱ μὲν 3
οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας διήρχοντο τὴν
Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστρο-
φὴν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι
τοῖς ἀδελφοῖς.

Παραγενόμενοι δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπεδέχθησαν 4
ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν
πρεσβυτέρων, ἀνήγγειλάν τε ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε
μετ' αὐτῶν, ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς 5
αἱρέ-

dummodo de tertio hoc itinere, quod Hierosolymam hic suscepisse legitur P., ibi sermo esset: at vero quum a fide illud abhorreat (cf. prolegom. p. 59: propugnat tamen eam sententiam et *Haselaar* in *dissertatione exegetica de nonnullis Act. Ap. et epist. Paul. locis ad historiam P. pertinentibus* Lugd. Bat. 1806); nescimus prorsus, quinam fuerint hi αλλοι τινες. Et sane in coetu Antiochensi, qui solus cum Hierosolymitano ecclesiae nomine veniebat, satis multi adfuisse videntur πρεσβυτεροι, διδασκαλοι, προφηται, ex quibus legatio illa constare potuit, cf. ad c. 13, 1. Προς τους Αποστολους. Ad eos itaque recurrendum erat in rebus controuersis discutiendis, sicuti in quaestionibus ad Iudaicas religiones pertinentibus ad synedrium, Deut. 17. Πρεσβυτερους (זְקֵנִים): hi Apostolorum collegio assidebant ad imitationem synedrii Hierosolymitani. Cf. Morus ad Act. 16, 4.

v. 3. Προπεμφθεντες non solum: *ablegati*, sed: *rebus ad iter suscipiendum necessariis instructi*, vid. ad Tit. 3, 13. Εκκλησιας ad 13, 15 cf. 14, 27. Εθνων, sc. Pisidiae, Lycaoniae, Phrygiae etc. Αδελφοις, sc. ex Iudaeis conuersis, qui κατ' εξοχην audiebant αδελφοι. Cf. infr. ad v. 23.

v. 4. Αποδεχεσθαι est φιλανθρωπως et officiose excipere hospitio, vt προπεμπειν officiose deducere, cui h. l. respondet: ita 18, 27, alibi.

v. 5. Expedita sunt tam vocabula, quam sensus ipse. Quae-

αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων πεπιστευκότες, λέγοντες· ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς, παραγγέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως.

6 Συνήχθησαν δὲ οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἰδεῖν

Quaeritur tamen et disputatur, num v. 5 contineat partem narrationis Lucae, an verba Pauli aliorumque, qui Hierosolymam legati erant, Apostolis ea, quae Antiochiae acciderant, narrantia. Priori sententiae fauere quidem videtur verborum constructio, dummodo ante ἐξανέστησαν maiorem interpunctionem posueris. At illud arripit, quod iam tum Pharisaeo-christiani dogma suum leguntur protulisse, quum nondum caussam, ex qua adierint Apostolos, legati narrassent, quumque Apostolorum concilium nondum esset congregatum. Aiunt quidem, versum 6 et 5 transponendos esse, aut si transponere dubites, vocem: συνήχθησαν v. 6. plusquamperfecte esse accipiendam: *es hatten sich nehmlich die Ap. versammlet.* Sed quam ambiguum illud sit et precarium nemo non videt. Maior autem illa interpunctio ante ἐξανεστ. lectionariis originem suam acceptam refert, quae nouam hinc pericopam auspicabantur. Proinde alteram praefero sententiam, ex qua et hic v. 5 narrationis Paulli etc. coram Apostolis habitae partem continet. Iam autem ante ἐξανεστ. subaudiendum erit: και ελεγον, seu και ὅτι εξανεστ. τινες, aut tale quid: *narrauerunt P. quanta fecerit Ioua, sed et illud narrauerunt, quod insurrexerint quidam* etc. Aderit ergo et hic idem subitus ex oratione indirecta in directam transitus, qui non insolitus est Lucae, vid. ad c. 1, 4; 17, 3; cf. G. Wakefield silua crit. Tom. 1. Sed id parum cogitantes explere conati sunt hunc hiatum variis inserendis; veluti οἱ δε παραγγειλαντες αυτοις αναβαινειν προς τους πρεσβυτερους εξανεστησαν, λεγοντες· τινες etc. in D additur, quae tamen quum originem suam prodant manifestissime, vtique damnanda sunt. — Ex hac ergo explicatione, ex qua omnia fluunt facillime, nunc demum, postquam Apostoli legatorum narrationem audierant,

v. 6. concilium ipsum congregatur; et nouam narrationis periodum auspicabimur

ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Πολλῆς δὲ συζητήσεως 7
γενομένης, ἀναστὰς Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτούς· ἄνδρες
ἀδελφοὶ, ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι ἀφ' ἡμέρων ἀρχαίων
ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο διὰ τοῦ στόματός μου
ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου καὶ
πιστεῦσαι. Καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν 8
αὐτοῖς,

mur non a v. 5, ſed ab hoc v. 6. Περι τ. λογου τουτ., de hac quaeſtione, ζητηματι.

v. 7. Quum varie multumque de re diſceptatum eſſet, primo roſtra adſcendit Petrus, qui abhinc illo tempore, quo Corpelium ſocietati Chriſti iunxerat, prorſus ſui diſſimilis, gentibus quoque pariter ac Iudaeis aditum ad Meſſiae beneficia patere perſuadetur, neque porro opus eſſe, ait, vt circumciſione demum rituumque aliorum obſeruatione faucrem div. conſequi allaborent, quum iam communicatione πνευματος ἁγιου favoris ſui clariſſima eis indicia dederit numen ipſum, v. 7 - 11. Caeterum Petrinae dictionis aſperitas et hic neminem fugiet. Αφ' ἡμερων αρχαιων, מימי קדם ſeu מעלם i. e. "ab antiquiſſimis inde temporibus, ſeu ab incunabulis rei chriſtianae." H. l. iunctum cum εξελεξατο, quae vox de prouidentiae diuinae actu adhibetur, eſt: *Schon längſt hat Gott mich dazu auserſehen, daſs ich der erſte ſeyn ſoll, der auch Heyden* etc. Frigeret autem oratio, ſi cum nonnullis vertere velles: "ante annos quosdam," i. e. inde a conuerſione Cornelii. Εν ἡμιν εξελεξατο pro ἡμας εξελ. ex conſtructione Hebr. בחר בּ, 1 Reg. 8, 16. Alii vel ſupplent με, *ex nobis me elegit*, vel iungunt cum ακουσαι, vt per pleonaſmum dictum ſit: "vt audiant εν ἡμιν, δια του στοματος μου," vel ad Θεος referunt, ὁ Θ. εν ἡμιν, pro ὁ Θ. ἡμων. Και πιστευσαι refer. ad δια του στομ. μου. Caeterum ad graviſſimam illam, quae ſummo cum apparatu narrabatur c. 10, hiſtoriam hic reſpici per ſe patet.

v. 8. Καρδιογνωστης, c. 1, 24. H. l. id additur ad indicandum, numen ipſum optime poſſe dignoſcere, quinam republica Chriſtiana digni ſint nec ne. Εμαρτυρησε αυτοις, h. l. non, vt alias μαρτυρειν τινι, pro *laudauit*

αὐτοῖς, δοὺς αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς
9 καὶ ἡμῖν. καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ
αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν.
10 Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ
τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες
11 ἡμῶν οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι; ἀλλὰ διὰ
τῆς

dauit eos, fed αυτοις erit dativ. commodi, et μαρτυρειν accipietur vt 14, 3: teftimonium fauoris fui eis exhibuit. Recte Morus: *er legte ihnen zum Beften einen Beweis ab, dafs er fie nicht wolle ausgefchloffen wiffen.* Proinde in paganorum fauorem lites, quae iam agitabantur, diremiffe iam ipfe Deus videri poterat. Δους - ἡμιν, c. 10, 44 - fin.

v. 9. Πιστει καθαρισας. fc. ab erroribus et flagitiis maxime, prauisque gentilium cupiditatibus, quae aditu ad Meffiae ciuitatem excludunt. Ab his olim circumcifionis ritus purgauit profelytos a paganifmo ad Iudaifmum accedentes, iam vero purgat πιστις, fides Iefu Chrifti doctrinae adhibita, eos, qui e gentibus ad eius cultum accedunt.

v. 10. Πειραζειν Θεον dicitur homo, fi eius potentiam, iuftitiam etc. in dubium vocat, aut noua eiusdem documenta cernere flagitat. Cf. S. V. Pott Exc. I ad ep. Iac. Itaque 2) per metonym. vt h. l. eft *offendere, irritare numen* (anthropopathice), *eique refiftere, obniti*, i. qu. θεομαχον γινεσθαι, 5, 39, quibus conaminibus quafi tentatur ab hominibus numen, num ea, quae contra molitur homo, propulfare poffit velitque. Επιθειναι pro ὡς επιθ. *das er, Gott, auflegen folle*, vel pro εν τῳ επιθ. *dadurch, dafs ihr aufzulegen bemüht feyd.* A quibusdam abfunt τα, τον Θεον, legiturque nude: quid tentatis imponere: ex correctione manifesta. Ζυγον. Ita νομος. quatenus ritibus caerimoniisque efficiebatur, faepiffime dicebatur a Iudaeis, עול התורה. Gal. c. 4 et 5, ob fumtus in facrificiis offerendis faciendos, itinera ad Hierofolymitanum templum fufcipienda, aliasque caerimoniarum moleftias fufcipiendas.

v. 11. Αλλα, breuiffime loquitur orator. Plenius ita: nolite ergo talia moliri: neque

τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύομεν
σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι.

Ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ ἤκουον Βαρνάβα 12
καὶ Παύλου ἐξηγουμένων, ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς σημεῖα
καὶ τέρατα εν τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῶν.

Μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτοὺς, ἀπεκρίθη Ἰάκωβος 13
λέγων· ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἀκούσατέ μου· Συμεὼν 14
ἐξηγή-

que enim τῳ νομῳ, αλλα etc. Σωθηναι eodem ſenſu, quo v. 1. Χαριτι. Eadem ſententia, quam Paullus tuetur, e. gr. Eph. 2, 8. cui hic amiciſſime concinit Petrus. Καθ' ὃν τροπ. κἀκεινοι referenda ad σωθηναι, non ad πιστευομεν, vt nonnulli referunt: ſicuti Iudaei ex νομῳ exſpectant σωτηριαν, ita nos ex χαριτι Θεου.

v. 12. Iam et Paullus, caeterique legati, quae iam in priuatis aedibus Apoſtolis narrauerant v. 4, eadem in publico hoc conuentu proferunt, vimque et efficaciam eorum, quae Petrus dixerat, exemplis ad rem commonſtrandam ex itinere ſuo prolatis, mirum quantum intendunt confirmantque. Σημεια, τερατα, vt c. 14, 3. 8 ſqq.

v. 13. Ex Petri ſententia, eis, quae a Paullo et Barnaba audiebantur, magis et locupletius confirmata, repulſam prorſus tulerant, qui de obſeruando etiamnum νομῳ Moſaico quaeſtionem iniecerant. Ne tamen omnium, qui Moſaico cultui adhaerebant religioſius, animos in ſe concitarent, dandum et his aliquid et concedendum ſapientiſſime cenſet Iacobus minor, Alphaei filius (c. 12, 17.), cognomine Iuſtus, maxima poſt Petrum in Apoſtolorum collegio auctoritate pollens (Gal. 2, 9), iamque verba faciens ſed et hic horrida Hebraismisque ſatis aſpera, v. 13-21.

v. 14. Hoc ferme ordine Iacobi incedit oratio. Monſtrauit Petrus e *gentibus* Deum ſelegiſſe dilectum ſibi populum v. 14: eademque canunt prophetarum oracula v. 15-18: quare nolimus gentes deſpicatui habere, aut Moſaici νομου iugum eis imponere v. 19, ſed id tantummodo curare, vt ab eis abſtineant, quae offendere manifeſto et exacerbare poſſint Iudaeochri-

ἐξηγήσατο, καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λα-
15 βεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν — ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ: καὶ
τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν, καθὼς
16 γέγραπται· μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω καὶ ἀνοικο-
δομήσω

VARIAE LECTIONES.

v. 14. επι τῳ ονοματι αυτου. Absunt haec e pluribus vtriusque familiae testibus, ACDE, 11 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 2 ap. Matth. Verss. Syr. Vulg. It. probante Griesb.

stianorum animos, Mosen summo etiamnum honore prosequentium v. 20. 21. Συμεων insolentior nominis forma pro vulgariori σιμων, vid. Pott. ad 2 Petr. 1, 1. Hoc autem nomine saepius, quam cognomine Πετρος, quod a Iesu demum ei inditum erat, in Apostolorum consessu compellabatur. Επεσκεψατο. Est επισκεπτειν τινα conuenire aliquem et visitare ad curam eius gerendam. 2) consulere et prospicere alicui. 7, 23; Luc. 1, 78 etc. Ad Deum adhibetur frequentissime. H. l. sine adiecto accusatiuo nonnisi *beneuolentiae* notionem, qua alicui consulimus, exprimit, et επεσκεψατο λαβειν aduerbialiter vertendum: *beneuole* ελαβε. Perinde Luc. 1, 68. Λαμβανειν h. l. *seligere*. Εξ εθνων emphatice. Επι τῳ ονοματι αυτου, si genuina sunt, ex Hebraismo sunt dicta, על שמו, "populum, qui vel ex Dei nomine compellaretur populus Dei, deliciae domini, *das Lieblingsvolk der Gottheit*," vel (ονομα pro gloria): "qui eius honorem et gloriam proferret," vel "qui eum religioso cultu prosequeretur." Primum praeferendum videtur, siquidem similia leguntur et Dan. 9, 19.

v. 15. "Atqui eis, quae ipsum se experientia edoctum profitetur Petrus, ex *gentibus* colligendum esse populum, qui Iouae habendus sit in deliciis, conspirant et V. T. effata." Proinde nonnisi eorum, quae *Petrus* dixerat, mentionem facit Iacobus. *Paullum* et *Barnabam*, licet eadem copiosius demonstrauerant, silentio praetermittit, quia auctoritate apostolica carebant.

v. 16. 17. Constat, saepissime prolatum esse a prophetis V. T. augurium, non Israe-

δομήσω τὴν σκηνὴν Δαυὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω
αὐτήν, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν 17
ἀνθρώ-

Israelitas solum verum Iovae cultum posthac adhibituros esse, sed et remotissimis inde a gentibus colligendos esse populos, qui iusto eum honore prosequerentur: veluti Ies. 2, 1-4; c. 60; Mich. 4, 1 et innumeris locis aliis. Satis clara ergo ad sententiam Petri firmandam proferre testimonia Iacobus potuisset. Sed ex his omnibus locum excitat, qui ad eadem quidem euincenda potest accommodari, verum obscurius, siquidem versio LXX, ex qua memoriter laudatur, a textu Hebr. discrepat, et a versione LXX ipsa paullulum discedunt Iacobi verba. Prostat is locus Amos 9, 11. 12. Αναστρεψω και ανοικ. i. e. *rursus* aedificabo, ex Hebr. solito, אשוב ואבנה, Mal. 1, 4. Σκηνη, *domicilium*, *palatium*, pro *regno*, *imperio*. Κατεσκαμμενα *suffosa*, *diruta*, vid. Kypke. Tropus omnis et singula verba e re militari sunt petita, ex qua domus, turris κατασκαπτεται ab hoste, πιπτει, et deinceps ανοικοδομειται. Sens. *Regnum Dauidicum collapsum splendori suo restituam.*

v. 17. Ὅπως αν est ecbaticως positum: *Die Folge davon wird die seyn, dass* etc. Οἱ καταλοιποι τῶν ἀνθρωπων sunt gentes, quae antea nondum subiectae erant sceptro Dauidico, verumque numini cultum nondum adhibuerant, iam autem et ipsae veri Iouae cognitioni et cultui studium adhibiturae sint. ζητησωσι, seu εκζητησωσι τον Κυριον; c. 17, 27; דרש את יהוה, Ps. 13, 2; 24, 6; Ies. 55, 10; Rom. 3, 11; Hebr. 11, 6, vbi copiosius explicatam vocem vide. Και παντα τα εθνη sc. εκζητησωσι με ex parallelismo adduntur, sensu eodem. Εφ' οὑς επικεκληται τ. ον. μου, *qui nomine meo vocati sunt.* Subest et praeter pleonasmum Hebr. επ' αυτους Hebraismus huic constructioni, ex quo dicitur: ονομα τινος επικαλειται επι τινα, pro: "nomine alicuius compellatur quis," e. gr. Gen. 48, 16, יקרא שמי בהם. Cf. Pott ad Iac. 2, 7. Sensus: "omnes gentes, quae iam nunc et omnes (non solum Israelitae) ex meo nomine vocandae sunt gentes Iouae." Vocibus επ' αυτους finitur oraculum, et τα: λεγει etc. sunt verba Amosi.

 Hinc

ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς
ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς, λέγει Κύ-
18 ριος ὁ ποιῶν ταῦτα — πάντα: Γνωστὰ ἀπ'
αἰῶνός — ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ:
Διὸ

VARIAE LECTIONES.

v. 17. 18. Insignis est legendi huius versiculi varietas, qua vix alibi maior invenitur. Vox παντα v. 17 deest in ABCD, 9 aliis ap. Wetst. Griesb. Birch. Alter. Copt. Aeth. Vulg. tum v. 18 τα: εστι τῳ Θεῳ παντα τα εργα αυτου desunt in BC, 8 aliis et apud Matthaeium, et vbi adsunt tam varie et inconstanter leguntur, aliis additis, aliis demtis, aliis aliter prolatis, vt nulli facile earum lectionum palma tribuenda sit, sed statuendum potius, verba adeo fluctuantia omnino proscri-

Hinc patet, etiamsi faciliora commodioraque ex prophetia oracula excitare potuerat Iacobus, tamen et hocce ad argumentum suum commonstrandum bene eundem vti potuisse. Quippe laudat oraculum ex versione LXX, a qua tamen, quia ex memoria loquitur, maxime v. 16 aliquanto discedit. At vero versio ista a textu Hebraico multum discrepat, legiturque in posteriore versu: לְמַעַן יִירְשׁוּ אֶת־שְׁאֵרִית אֱדוֹם, et quae sequuntur, sensu hoc: *vt possideant (Israelitae) reliquias Idumaeorum, omniumque gentium a me denominatarum*, i. e. "non solum *restaurabo* regnum Dauidicum, sed et ad remotissimarum gentium fines *propagabo*," (copiosius enim explicanda haec sunt ad locum Amosi ipsum). Ex hoc ergo textu Hebr. non satis commode ad euincenda sua argumenta loco vti potuisset Iacobus. Sed LXX aliter legisse videntur. לְמַעַן יִדְרְשׁוּ אֶת יהוה שְׁאֵרִית אָדָם "vt reliquiae hominum quaerant Iouam." Omnem autem locum tam ex textu Hebr. quam ex vers. Graeca de reditu e Babylonico exilio agere, et a Iacobo nonnisi transferri et accommodari ad recuperatam per Messiam felicitatem, cuius imago fuerat ille in patriam reditus, cuilibet facile illucescit: cf. Eckermann de h. l.

v. 18. Γνωστα etc. ex vulgari lectione haec sunt verba Iacobi, in allegatum vatici-

Διὸ ἐγὼ κρίνω, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν 19
ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν, ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι 20
αὐτοῖς

proſcribenda eſſe, iungendum verſum vtrumque, legendumque: λεγει ὁ Θεος, ὁ ποιων ταυτα γνωστα απ' αιωνος. Et ſane frigent admodum ea, quae ex vulgari textu plena leguntur, pietatemque interpolatoris alicuius ſapiunt, qui religioſam aliquam ſententiam adſpergere ſatagebat. Proinde non ſolum S. V. Griesbachius verba ſuperuacua e textu proſcripſit, ſed et Perilluſtr. Matthaei ex recentioris N. T. editionis textu eadem abeſſe voluit.

ticinium commentantis, ſenſusque prodit hicce: "iam olim, inde *απ' αιωνος*, decreuit Deus, etiam gentes ad euangelium vocare, quia omnia ſua opera inde ab aeterno conſtituit decreuitque." Alii *το: γνωστα* vertunt *cara, grata, accepta*, quia ידע, *γινωσκειν* ſaepe eſt *amare*, ſenſu hoc; "omnia opera (ergo et omnes homines, et pagani quoque) grata Deo ſunt eiusque cura non indigua." Sed num *homines* voce *εργα* comprehendi poſſe credimus? — Verum enimuero ex breuiori rectiorique lectione iungemus vtrumque verſum: *λεγει Κυριος ὁ ποιων ταυτα γνωστα απ' αιωνος*, ſuntque verba non Iacobi, ſed Amoſi, ſenſu hoc: "dixit Ioua, qui effecit haec, quae inde ab aeterno praeſciuit, ſeu *decreuit*" (*γνωστον* decretum, conſtitutum, a *γινωσκω*, *ſtatuo mecum*, Luc. 16, 4. Schleusn. lex. voc. *γινωσκω*, nb. 15). Nolimus autem obvertere, non legi haec in Amoſo, ſed ſimpliciter *ὁ ποιων παντα ταυτα*. Namque Iacobus ex memoria locum laudans, ſicuti in verbis oraculi permutare etc. potuit voces, ita et in eis verbis nonnulla aliter effert additque, quae de ſuo loquitur vates.

v. 19. Iam ſententiam ſuam profert Iacobus, et primo quidem negatiue: a) nolimus gentibus moleſtiam faceſſere obtrudendis eis, quae inutilia ſunt, ne a tranſitu ad Chriſtianismum eos abſterreamus.

v. 20. 21. b) *poſitiue:* id tamen eis iniungemus (*επιστειλαι*, eſt ſcripta epiſtola *praecipere*, vid. Krebs ex Ioſ. ad h. l.), *vt abſtineant ab epulis ſacrificalibus gentilium, ne Iudaeos in eadem ſecum vrbe degentes, vnumque Iouam venerantes*

αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώ-

nerantes offendant, *aut credere faciant*, *etiam hominibus christianis cum gentilium idolis intercedere aliquid commercii*.

Moris erat apud gentiles, victimas offerentes, vt peractis sacrificiis vel in templis vel in priuatis aedibus epulas sacras in idolorum honorem instituerent, in quibus vescebantur carnibus, ex oblata victima residuis, victimarumque sanguine conditis, et lasciuae simul hilaritati, saltationibus impudicis, turpioribusque interdum flagitiis indulgebant. Ad istiusmodi epulas sacrificales inuitabant et cognatos, amicosque atque in his et eos interdum, qui ad Christi castra e gentibus accesserant. — Iam memorabilis quaestio agitabatur, num eiusmodi epulis festis interesse christianis hominibus liceret: de qua locus classicus est 1 Cor. c. 8 - c. 10, vbi vid. intt. cf. S. V. Pott progr. in loc. 1 Cor. 10, 4. Helmst. 1806. Hic quidem audimus Iacobum christianis e gentibus hominibus omni ista consuetudine interdicentem, primaque h. l. in codice sacro eiusmodi epularum mentio iniicitur; de quibus et postea idem iudicium coram Corinthiis fert P. atque hic in Apostolorum consessu Iacobus.

Proinde *de his epulis sacrificalibus*, *et quae eis adhaerebant*, *solis*, nullo autem alio ritu externo vel obseruando vel fugiendo etc. interpretor locum perdifficilem, quam explicationem hic quidem per singula breviter perducam et commendabo, et quae alii admodum varia et diuersa senserunt, in excursu 8 paucissimis adiiciam.

Prolaturus sententiam, "cauendum christianis hominibus esse ab epulis gentilium sacrificalibus," dicere nude potuisset: ἀπέχεσθαι ἀπ' εἰδωλοθύτων. Sed exornatius id effert Apostolus et ita depingit, vt foedissimum esse illud consortium et christiano homine indignissimum simul indicet: atque quia ipse, natione Iudaeus, de ea re loquitur, nil mirum, rationes caussasque, cur turpes habendae sint istiusmodi epulae, respectu ad Iudaeorum linguam ritus etc. habito, ab illo proferri. Haec ante oculos habeamus et sequentia facilius illucescent.

Ἀλίσγημα vox mere hellenistica et nonnisi apud LXX

εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας — καὶ τοῦ πνικτοῦ: καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 20. Καὶ τοῦ πνικτοῦ. Desunt haec in plerisque occidentalis versionis, quae alias copiosiores lectiones amat, testibus, D; Irenaeo, adv. haer. 3, 12; Cyprian. ad Quirin. 3, 91. Hieronym. in Gal. 5 ita habet: "ab idolothytis et sanguine —, siue, vt in nonnullis exemplaribus scriptum est, et a suffocatis." Hilar. in Gal. 2. "Tria haec mandata ab Apostolis et senioribus data reperiuntur, quae Sophistae Graecorum non intelligentes adulterarunt scripturam, quartum mandatum addentes: *et a suffocato.*" Desunt etiam apud Augustin. Gaudent. Euchar. Ambrosiast. probante Millio §. 441, Curcellaeo, Bengelio etc. Consensu ergo clamat occidentalis ecclesia, adulteratam hic et interpolatam ab orientalibus esse scripturam. Neque falsa dicere videntur: siquidem sciolus aliquis, qui non epulas sacrificales h. l. sed sanguinis esum palmariam rem efficere credebat, supplere ex Leuit. 17, 10 - 16 haec voluit, argutius eo concludens, si sanguinis esum interdixisset Iacobus, etiam suffocatorum vsum interdicendum ei fuisse, quia suffocatis animalibus adhuc inest sanguis. Antiquioribus tamen iam temporibus additam fuisse hanc glossam, ex magno consensu, qui in orientali familia adest, efficimus. Cf. comment.

Ibid. post αἵματος adduntur: καὶ ὅσα ἂν μὴ θέλωσιν ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν, insulsissime, siquidem haudquaquam id agit Iacobus vt praecepta ethica eis scribat, sed de externis tantummodo ritibus aut obseruandis aut negligendis praecipiat.

LXX occurrens, Dan. 1, 8; Mal. 1, 7. 12, vbi verbum ἀλισγεῖν respondet Hebraico גאל, *polluit*, *contaminauit*, synonym. μιαίνειν, μολύνειν. Est ergo ἀλίσγημα, ex Iudaeorum dogmatice, omne quod polluit purum Deoque consecratum Israelitam, cf. ad c. 10, , μολυσμός, μιασμός vt explicat Hesych. et Suid. ergo et *cibi*, quos vt impuros vetuerat Mosaica lex. Iam quoniam et in epulis sacrificalibus *cibi* et quidem eiusmodi cibi apponebantur, quibus contaminabatur Iudaeus, appositissime vti poterat orator vocabulo ex suae gentis dogmatice ipsi notissimo, ad indicandum, istiusmodi epulis christianos homines quasi indignos reddi fauore diuino neque seruari posse animum superstitionis idololatriaeque

καὶ τοῦ αἵματος. Μωϋσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ

triaeque purum. — Iam et aliis de causis ab iisdem epulis absterret, abstinere iubens

Της πορνειας, i. e. non a scortatione omnino, de eo enim praecepto morali hic non est sermo, sed a scortatione, quatenus ea in festis eiusmodi celebrandis solebat committi, i. e. ab epulis istis, quia ibi committitur scortatio. Notissimum est, in variis solemnibus festis celebrandis, impudicis saltationibus et illicitae Veneri indulsisse paganos: cogitemus festa Florae, Bonae Deae, Bacchanalia, Lupercalia etc. Eadem hilaritatis impudicae lascivia et Apostolorum tempore in ειδωλολατρεια gentilium adfuit, 1 Petr. 4, 3; vt adeo ειδωλολατρειν et πορνευειν simul saepissime et coniunctim cogitarentur. 1 Cor. 10, 7. 8. — Caeteras huius vocis explicationes vid. in Excursu 8. — Alia ratio sequitur, cur ab istis epulis cauendum sit;

Και του αἱματος, quia cibi in istis epulis comedi solent, sanguine victimarum conditi. In deliciis apud gentiles erat sanguinis esus, at Iudaeis idem exsecrabilis erat, legeque Mosaica prorsus interdictus, Leuit. 17, 10 sqq. vnde et mactatae hostiae sanguis ad aram adspergi vel terrae infundi solebat. Quod si et hanc rationem, cur fugiendae sint gentilium festae epulae, Iacobus addit, recordemur, Iudaeum eum natione fuisse, neque potuisse dum ex mente reiicere omnem recordationem eorum, quae Iudaeis fasta aut nefasta habebantur. Sed idem certissime persuadeor, interdici h. l. non ciborum sanguine confectorum vsum omnem, sed nonnisi sanguinis esum, quatenus in sacrificalibus coenis adhibebatur, i. e. "festa illa sacrificalia ipsa, in quibus et sanguis comeditur." — Verum quia omnino hic sanguinis esum ad exemplum Leuit. 17, 10 sqq. prohiberi a Iacobo creditum est, addiderunt et

Και του πνικτου, abstinendum esse a carne animalium, non mactatarum, vt sanguis ex venis profluere potuerit, sed suffocatarum, i. e. venatione captarum aut sponte mortuarum. Huius enim carnis vsum et ipsum eadem Mosis lege vetitum esse sciebant ex Leuit. 10, 13 et 15. Manca ergo et imperfecta Apostoli praecepta fore crede-

κατὰ πόλιν τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συνα-

credebant, si solummodo a sanguine bestiarum mactatarum abstinendum esse dixisset, neque addidisset, το πνικτον quoque pari cura esse fugiendum, maxime quum ferae venatione captae in deliciis haberentur. Hinc indubie ortum traxit hoc additamentum, quod ex recensione occidentali abesse vid. var. lect. — Sane si ex Apostoli ore et haec profecta essent, ad epulas sacrificales haec quidem adhiberi nequirent, siquidem sanguine quidem immolatae hostiae, non autem feris venatione captis aut alio modo suffocatis in epulis istis vescebantur. Explicanda tum ita res foret, "in fauorem Iudaeorum dandum aliquid esse et concedendum, quod tamen illos solum homines illis temporibus locisque viuentes, haudquaquam autem nos obstringeret;" quamquam ne vel sic quidem video, cur in his potissimum conniuendum, eaque rebus necessariis (v. 28) accensenda esse, dixerit Iacobus.

Et ita quidem optime et facillime, opinor, fluit explicatio loci, qui difficillimis semper est adnumeratus. Nil ergo ex Mosaico νομῳ ad iugi instar imponendum esse christianis ex gentibus collectis Iacobus censet, sed id vnum vrgendum vel maxime, vt nunquam intersint epulis in honorem idolorum celebratis. Et sapientissime ita censet Apostolus: nam 1) ad istiusmodi conuiuia celebranda frequentissima christianis hominibus offerebatur occasio, siquidem cognatos habebant, qui paganorum religiones seruauerant, atque ex amicis propinquis creberrime et eos inuitabant, qui iam transierant ad Christum. *Tum* 2) qui ex gentibus ad rel. christ. transierant, male abusi videntur eis, quae de libertate christiana ab Apostolis erant edocti, adeoque videntur nulli religioni sibi duxisse eiusmodi consuetudinem. Cf. *Münscher über die Nicolaiten in Gabler. n. theolog. Journal.* 1803. p. 24. *Porro* 3) familiariorem quandam cum gentium idolis consuetudinem inire videbatur et christianus homo, istiusmodi epulas celebrans, 1 Cor. 10, 14 sq. vnde non solum Iudaei, sed quilibet homo alius, vnum verum Deum venerabundus, merito offendebatur, si Chri-

 sti

συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγνωσκόμενος. Τότε

sti asseclam in idolorum consortium videbat venire: *neque* 4) celari eadem aut clam committi poterant, si vel accensenda essent ἀδιαφόροις, quin cognoscerent offenderenturque Iudaei, quia istiusmodi rumores per omnem vrbem manare solent, christianum hominem his illisue epulis in idolorum honorem celebratis interfuisse. Quod si contra alium Mosaicorum rituum externorum in ἀδιαφόροις peccassent christiani homines, celare id poterant Iudaeos facilius, si religiosius cauere volebant, ne illi offenderentur: at sacrificiorum solennia vix poterant clam celebrari. Rectissime ergo, quum caetera omnia missa facienda statuat, hoc vnum rebus necessariis adnumerandum (v. 28) et religiosissime obseruandum censet Iacobus, vt ne intersint epulis gentilium sacrificalibus homines christiani. Sed quoniam non tam ea de caussa has epulas interdicit, quod indignum christiano homine sit eiusmodi consortium, gentilesque facillime ad idolorum cultum retrahere possent christianos, quam potissimum ideo, quod Iudaei vnius Iouae cultum strenue defendentes et de monotheismo propugnando identidem praelectis in synagoga e codice sacro pericopis admoniti pessimam de nouo christianorum hominum coetu opinionem fovere, eosque vt idololatriae, quam inde a temporibus Babylonici exilii exsecrabantur vel maxime, patronos auersari et detestari poterant, timendumque erat ne acrius adhuc ad persequendos eos irritarentur: rationem quoque addit Iacobus, cur in hanc sententiam orauerit. Sequitur autem illa ratio

v. 21. Μωσῆς κηρύσσεται i. e. "monotheismus, fundamentum religionis Mosaicae et caput semper etiamnum Iudaeis inculcatur": ergo offenduntur merito quouis instituto, quod polytheismi et idololatriae speciem prae se fert: κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος, adeoque identidem eis in mentem reuocatur palmarium illud dogma: idque κατὰ πόλιν *oppidatim*; adeoque in nullo oppido indulgendum est peruerso isti mori, sacrificia gentilium frequentandi. Ita et hic versus 22 aptissime nectitur prioribus, quum alias explica-

Τότε ἔδοξε τοῖς Ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέ- 22
ροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ
αὐτῶν πέμψαι εἰς Ἀντιόχειαν σὺν Παύλῳ καὶ Βαρ-
νάβᾳ, Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Βαρσαβᾶν, καὶ
Σίλαν, ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, γρά- 23
ψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε· Οἱ Ἀπόστολοι καὶ
οἱ

plicationes sequuti vbique pedem offendamus. Sed et aliis vinculis connectere haec antecedentibus allaborauerunt aliarum interpretationum patroni, de quibus in excursu 8 potissima afferemus.

v. 22. 23. Iam in hanc sententiam Iacobi sapientissimam abeunt assessores omnes; decretum publicis litteris promulgant, et legatis Antiochiam deferendum tradunt. Εδοξε vox propria de eis, qui in senatu deliberata re censent sententiamque ferunt. Ιουδαν - Βαρσαβαν, hominem, vlterius non cognitum. Σιλαν, eundem, qui et latino nomine (ad 13, 9) Siluanus audit, Paulli vna cum Luca comitem, vid. Kopp. ad 1 Thess. 1, 1. Ἡγουμενος τινος dicitur, qui in re aliqua facile princeps habetur, aliisque praestantior, vt ἡγουμενος λογου c. 14, 12, h. l. vbi sine genetiuo positum est, auctoritatem innuit, vim et pondus, quo caeteros, qui Hierosolymis ad coetum christ. se contulerant, antecellebant. Οἱ αποστ. πρεσβ. και αδελφοι. Obseruemus tam gradum, quo hi se excipiunt, quam illud, quod hi αδελφοι Hierosolymitani eminentiori sensu, κατ' εξοχην, dicuntur αδελφοι, nullo adiecto εξ Ισραηλ etc. superaddito, vt statim εξ εθνων. Δια χειρος αυτων, ope eorum tanquam amanuensium, i. qu. δι' αυτων, passim in inscriptionibus epistolarum Paulinarum. Συριαν και Κιλικιαν. Non intra Antiochiae muros continuisse se sed et in viciniam serpsisse hinc videtur mala illa de gentibus circumcisioni etc. subiiciendis contagio, cf. infr. ad v. 41. — Constructio impeditior habita est, siquidem datiuum τοις Αποστολοις sequi etiam debuissent voces inde pendentes εκλεξαμενους et γραψαντες, vt legeretur εκλεξαμενοις et γραψασι. Sed eiusmodi anacolutha haud raro inueniuntur vel in Atticis scriptoribus,

οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ
24 ἐθνῶν χαίρειν. Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ
ἡμῶν ἐξελθόντες ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ

bus, Ael. Var. Hist. 2, 13: Herodot. Calliop. c. 16; cf. Kypke ad h. l. Non est ergo, quod εκλεξαμενους passiue dictum putemus pro εκλεχθεντας; rectius sumitur pro: ἱνα εκλεξαμενοι πεμψωσι.

v. 24. Sequitur memorabilis illa epistola, decretum Apostolicum continens, quod summa in eiusmodi quaestionibus diiudicandis auctoritate pollebat, hominibusque christianis commendabatur vel maxime. Caeterum epistolae huius, licet totius Apostolorum consessus et omnis adeo ecclesiae Hierosolymitanae nomine conscriptae, auctorem habendum esse eundem Iacobum, qui tulerat eam sententiam, probari quidem certissime nequit, non tamen a vero abhorret; cf. quae de his, nec non de dictione epistolae huius v. 24-29, orationisque, v. 14-21 disseruit *Weberus* progr. Wittenb. 1795, *de epist. Iacobi cath. cum epist. atque oratione Iacobi, Actis inserta et hac vtraque cum illa vtiliter comparanda.* Quod si cui dictio dissimilior videtur, sicuti videtur et mihi, cogitemus in *epistola* catholica aliter fuisse dicendum, atque in *oratione* coram senatu habita, et in *decreto* hoc, quod fere eundem colorem refert, qui in placitis edictisque magistratuum hodienum conspicuus est, e. gr. χαιρειν, *unsern Gruss zuvor*, επειδη εδοξεν, αγαπητοι ἡμων, *unsre lieben getreuen*, tum imperatoria breuitas etc. Ανασκευαζειν saepissime apud Graecos est *destruere, euertere*, (q. d. vasis collectis alio migrare iubere) id. qu. αναστατωσαι, αναστατον ποιησαι. exempla abunde collecta vid. ap. Wetst. et Kypk., dein eleganti tropo ad eos transfertur, qui *animos* hominum quasi euertunt et sede sua mouent, falsa doctrina perturbantes et confundentes. Aliunde repetunt metaphoram alii, dicendo, doctrinam christianam comparari cum aedificio,

καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστειλάμεθα· ἔδοξεν 25
ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας
πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρ-
νάβᾳ καὶ Παύλῳ, ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς 26
ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ 27
Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ
αὐτά. Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν, 28
μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τῶν
ἐπάναγκες

cio, quod ſtruitur, οικοδομειται ſeu κατασκευαζεται (Hebr. 3, 4; 9, 2): ergo ανασκευαζειν indicare volunt deſtructionem aedificii, i. e. doctrinam falſam, qua ſolvitur et diruitur verum Dei aedificium, vera Chriſti doctrina, Rom. 14, 20. Ex vtraque metaphora indicat *perturbare animum falſa doctrina et a vera Chriſti ſimplicitate auertere.* Περιτεμνεσθαι ſuppl. δειν vt ſupr. 3, 13. Οἷς ου διεστειλ. qui auctoritatem apoſtolicam prae ſe ferre nequeunt.

v. 25. Γενομενοις ὁμοθυμαδον vel: *in eundem locum ad rem deliberandam congregatis;* vel: *in hanc ſententiam conſentientibus.*

v. 26. Παραδεδωκοσι τας ψυχας, reſpicitur ad ea diſcrimina, quae Antiochiae, Lyſtrae etc. eos adiiſſe audiuerant Apoſtoli.

v. 27. Δια λογου, vt ore et verbis, (cf. Raphel. ex Polyb. ad h. l.) tum epiſtolam hanc genuinam eſſe vos edoceant, tum, quae in eadem breuiter prolata ſunt, copioſiore commentario vobis demonſtrent, infr. v. 32. Απαγγελλοντας enallage praeſentis pro futuri.

v. 28. Τῳ ἁγιῳ πνευματι, quod omnia conſilia noſtra ad rempublicam chriſtianam augendam regit ac moderatur. Cf. Excurſus 4: poteſt et per hendiadyn explicari pro: ἡμιν. πν. ἁγιῳ φερομενοις. Cf. eadem phraſis in Bammidbar R. ſect. 20, fol. 141, 1 et Tanchumah fol. 71, 2, apud. Schöttgen. Των επαναγκες τουτων: eſt aduerbium poſitum pro adiectiuo, ex loquendi genere Graecis ſatis familiari, vid. Kypke ad h. l. vnde non opus eſt confugere ad alia

29 ἐπάναγκες τούτων, ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ
αἵματος — καὶ πνικτοῦ: καὶ πορνείας, ἐξ ὧν δια-
τηροῦντες ἑαυτοὺς εὐ πράξετε. Ἔρρωσθε.
30 Οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν,
καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος ἐπέδωκαν τὴν ἐπι-
31 στολήν. Ἀναγνόντες δὲ ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρα-
κλήσει·

VARIAE LECTIONES.

v. 29. Voces και του πνικτου etiam hic ibidem desunt: eisdemque de caussis e textu mihi proscribendae videntur, quas ad v. 20 protulimus. Sed et idem additamentum και οσα μη θελητε ἑαυτοις γινεσθαι κ. τ. λ. hic quoque post πορνειας legitur et pluribus adeo in codd. quam v. 20. Verum subsequens epistolae conclusio: εξ ὡν διατηρουντες etc. minime quadrat ad hoc additamentum. Rectissime Millius: "Supplemento hoc tolli volebant interpolatores id omne, quod obstaret, quo minus gentes cum Iudaeis in vnam ecclesiam coalescerent."

alia omnia, veluti cum Bentleio επ' αγαπαις, *in celebrandis vestris agapis*, aut cum Heumanno επαναγκεστατων, aut επ' αναγκης, αναγκαις etc. Haec ergo et eiusmodi alia, quae in sacrificalibus coenis committebantur, *necessario* fugienda esse, ait, caetera omnia ad αδιαφορα pertinere contendens.

v. 29. De nulla alia re, nisi de frequentandis epulis in idolorum honorem celebratis hic sermonem esse vid. ad v. 20. Διατήρειν, seu simpl. τηρειν (1 Ioh. 5, 18; Iac. 1, 27, 2) ἑαυτον απο (ε) *sibi cauere, abstinere ab aliqua re.* Ευ πραξετε vel *felices eritis*, oppos. τοις: ου δυνασθε σωθηναι v. 1, vel *bene recteque agetis*, quod praeferendum, quia est solennis formula, qua exeunt edicta imperatoria, fere nostrum: *daran geschieht unser Wille* etc.

v. 30. Πληθος *coetum* christianorum hominum, *eiusque antistites*, διδασκαλους, προφητας, 13, 1.

v. 31. Παρακλησις vel institutionem de non curandis religiosius ritibus externis, vel solatium ex re eadem perceptum, vel vtrumque expri-

κλήσει· Ἰούδας τὲ καὶ Σίλας, καὶ αὐτοὶ προφῆ- 32
ται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς
ἀδελφοὺς καὶ ἐπεστήριξαν. Ποιήσαντες δὲ χρόνον 33
ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς
τοὺς ~ Ἀποστόλους: — Ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι 34
αὐτοῦ: Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν 35
~ ἀποστείλαντας αὐτοὺς Ἀντιο-

VARIAE LECTIONES.

v. 33. Pro Αποστολους legunt αποστειλαντας αυτους ABCD, 11 alii ap. Wetften. et Griesb., 1 ap. Matth. Verff. Copt. Sahid. Aeth. Vulg. Theophylact. praeferente et in textum recipiente Griesb.

v. 34. Integer hic verfus deeft in ABEG, 37 aliis ap. Wetft. Griesb. et Birch. 4 ap. Matth. Verff. Syr. Arab. polygl. Copt. Slavon. ap. Alter. Vulg. Chryfoft. Theophylact. Eft additamentum, quod manifeftiffime fpurium fe arguit, tum quia varie admodum et inconftanter legitur, tum quia ob v. 40 maxime infertum effe apparet. Siquidem arripit, Paullum Antiochiae verfantem ibi focium fibi et comitem eligere Silam, quod fieri vix potuiffe credunt, fi cum Iuda Hierofolymam reuerfus ille fit, nec potius fubftiterit Antiochiae. Inferenda ergo haec effe duxerunt, vt fibi conftaret ordo narrationis et nexus. Et potuit fane Silas Antiochiae fubfiftere, ibique in Paulli confortium venire: fed potuit

exprimit: *Belehrung, die fo recht nach ihrem Wunfche ausgefallen war.*

v. 32. Και αυτοι προφηται (vid. ad 13, 1) οντες. Non otiofum eft hoc additamentum. Conuocauerant v. 30 το πληθος, eiusque antiftites, in quibus et προφηται aderant, 13, 1; 11, 27. Et quia prophetis adnumerabantur et ipfi, eo fortius confirmare poterant animos.

v. 33. Ποιειν χρονον, Iof. 11, 28; Ecclefiaft. 6, 12, pro διατριβειν bene graece dicitur, vt videre eft apud Elsnerum, Raphel. Wetften. Kypk. et perperam pro Latinifmo habetur a Cafaubono, Grotio etc. Μετ' ειρηνης i. e. bona et falua quaevis apprecantibus illis Gen. 26, 29.

v. 34. Probabile quidem eft, Antiochiae fubftitiffe Silam,

Ἀντιοχείᾳ, διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι μετὰ
καὶ ἑτέρων πολλῶν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου.

36 Μετὰ δέ τινας ἡμέρας εἶπε Παῦλος πρὸς Βαρ-
ναβάν· ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς
ἀδελφοὺς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγ-
γείλαμεν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, πῶς ἔχουσι.
37 Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο· συμπαραλαβεῖν τὸν
38 Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον. Παῦλος δὲ
ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυ-
λίας, καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον μὴ
39 συμπαραλαβεῖν τοῦτον. Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς,
ὥστε

potuit idem et Hierosolymam reuerti indeque forsan a Paullo reuocatus Antiochiam denuo proficisci, siquidem diutius Antiochiae commorabatur Paullus. Hominis sane nimis curiosi videtur inquirere, vbi tandem locorum manserit Silas vsque ad illud tempus, quo v. 40 denuo in scenam legitur prodiisse. Hinc iam patet, quid statuendum sit de additamento: μονος δε Ιουδας επορευθη εις Ιερουσαλημ.

Silam, quia mox v. 40 inter satellites Paulli, Antiochiae degentis legitur. Parum tamen inde defendi posse genuinam huius versiculi auctoritatem vid. Var. Lect.

---

v. 36 sqq. Hactenus de eis quae acciderant, dum ex primo ad gentes itinere Antiochiae commorabantur Apostoli. Iam alterum et maius illud quidem iter apostolicum suscipitur. Narratur autem a Luca 1) praeparatio ad hoc iter v. 36–40. 2) iter ipsum v. 41 etc.

v. 37. Ἐπιστρεψαντες etc. vt 14, 21 sqq.

v. 38. Cf. ad 13, 13.

v. 39. Παροξυσμος, *acris et vehemens contentio*, Deut. 29, 28; Ier. 32, 37. Demosth. p. 1105, 24 edit. Reisk. Saepe ap. Aristotelem occurrit. Dolendum sane est, diremtos fuisse iunctissimos sibi sodales: neque clare satis innotuere nobis caussae, cur

ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, τόν τε
Βαρνάβαν παραλαβόντα τὸν Μάρκον ἐκπλεῦσαι εἰς
Κύπρον. Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν ἐξῆλθε 40
παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν.

Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν, ἐπιστηρί- 41
ζων

cur domum fecefferit Ioannes Marcus 13, 13, vt adeo iudicium de controuerfia hac vix tuto liceat ferre. Et Barnabae quidem non iniqui erimus, quod habere fecum volebat confobrinum (Col. 4, 10). Paullus autem eiusdem confortium, vel ob animi inconftantiam vel corporis infirmiorem valetudinem, deprecabatur (ad 13, 13). Et mitem quidem facilemque fe geffiffe primo videtur Paullus: neque enim contendebat, fed rogabat, ἠξίου: vt Barnabae potius quam Paullo eius diremtionis culpa videatur tribuenda effe, quamquam et Paullus conftantiffimi animi in eiusmodi rebus fuiffe legitur, Gal. 3, 5. Nollem fane infimulare Apoftolum animi ingrati erga Barnabam, tanta laude infignem (11, 24), aetate prouectiorem, a quo ftudiofe reuocatum fe Tarfo, et Apoftolis commendatum fciebat (9, 25 fqq.). En ergo Barnabam cum Ioanne Marco in patriam Cyprum abeuntem aliudque prorfus iter ingreffum, in quo multa forfan rei chriftianae tum firmandis eis, qui iam erant conuerfi (11, 19), tum convertendis et aliis incrementa attulit, de quibus tamen ex hoc libro noftro, quod haudquaquam plenam hiftoriam exhibere in prolegomenis p. 12. monuimus, nihil nobis compertum eft. Sed eadem de cauffa haudquaquam inimicum ob diremtionem hanc Barnabae et Ioanni poftea fe gerit Paullus, quod vel ex 1 Cor. 9, 6; 2 Tim. 4, 11; Philem. v. 23 patet.

v. 40. Παραδοθεις τῃ χαριτι του Θεου, cf. ad 14, 26.

---

v. 41. *Hine iam alterum illud iter fufcipitur.* Et primo quidem reuifit P. conditas a fe ecclefias. v. 41 – 16, 5. Iam anceps diu ac fluctuans, num in Afiam vlterius penetret, an in Europam tranfeat, tandem in Europam traiicit, v. 6 – 12.

Cap. ζων τὰς ἐκκλησίας. Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ
XVI,1 Λύστραν· καὶ ἰδοὺ μαθητής τις ἦν ἐκεῖ, ὀνόματι
Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, πα-
2 τρὸς δὲ Ἕλληνος· ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν
3 Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν. Τοῦτον ἠθέλησεν ὁ
Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελθεῖν· καὶ λαβὼν περιέτεμεν
αὐτὸν διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις
ἐκείνοις· ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ
4 ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πό-
λεις, παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ
κεκρι-

Cap. XVI, 1 male hic infit, fed c. 15, 41 incipiendum eft. Sed hinc iam praeter Siluanum alius comes fidus Paulloque inprimis carus iungitur, Timotheus. Καταντᾷν pro παραγινεσθαι faepiffime in libro noftro occurrit. Γυναικος Ιουδαϊκης, nomine Eunices, 2 Tim. 1, 5. Πατρος Ἑλληνος, nominis ignoti. Licebat autem ex lege Mofaica feminis Iudaeorum, nubere pio et religiofo viro extraneo, vti Efther nupferat Ahafuero: fed viris vetitum erat, extraneam vxorem in matrimonium ducere; Efra c. 9 et 10.

v. 2. Περιετεμεν-Ιουδαιους: non quod circumcifionem neceffariam effe ducebat, cui refragatur iam 15, 2 et fubfequentia v. 4 παρεδιδουν φυλασσειν etc. fed quod eius opera vti voluit ad conuertendos paganos, in quorum oppidis et Iudaei degebant. Non quidem erat ius matri Iudaeae, circumcidere inuito patre filium, ex patre gentili genitum: fed offendi tamen poterat Iudaeorum gens, fi in Apoftoli Iudaei confortio vidiffent hominem ex matre Iud. procreatum et nihilo tamen minus circumcifione carentem. Ergo Iudaeum fe hic erga Iudaeos Paullus gerit, 1 Cor. 9, 20. Quoad Titum ex vtroque parente gentili genitum aliter prorfus fe res habuit, Gal. 2, 3. — Plura de Timotheo vid. in proleg. ad 1 Timoth. init.

v. 4. Δογματα vocantur *placita*, *fenatus-confulta*, Polyb. 1, 18, quae verbo proprio dicuntur κρινεσθαι, *fanciri*. Intelliguntur autem

κεκριμένα ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέ-
ρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι 5
ἐστερεοῦντο τῇ πίστει καὶ ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ
καθ' ἡμέραν.

Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν 6
χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος λα-
λῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἐλθόντες κατὰ τὴν 7
Μυσίαν ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι·

καὶ

tem ea, quae de fugiendis epulis facrificalibus c. 15, 20. 28 ſtatuerat Apoſtolorum collegium, ex Apoſtolis et πρεσβυτεροις, ſenatoribus, collectum, ad imitationem ſynedrii Iudaeorum. Haec ergo edicta in ſingulis oppidis παρεδιδουν, i. e. vel *docebant, praecipiebant*, vt Luc. 1, 2; 1 Cor. 15, 3 alibi, vel, quod praefero, oſtendebant palam legendasque et calamo deſcribendas tradebant litteras illas c. 15, 24 - 29, quarum vel autographon vel apographon ſecum ducebant.

v. 5. Hic demum et aliis in locis *eccleſiarum* nomine veniunt chriſtianorum hominum coetus.

v. 6. Adhuc quidem P. nonniſi reuiſerat oppida, in quibus iam antea adfuerat, nondumque vlterius erat progreſſus. Iam tamen longius iter ſuſcepturus, dubius et anceps haeret, num vlterius penetrandum ſit in Aſiae tractus ſeptentrionales orientalesque, an potius in Europam transeundum. Et hae eius dubitationes, conſiliumque, quod firmum tandem et fixum ſtat, ſicuti omnia, quae ad chriſtianae rei emolumentum ſpectant, eidem πνευματι attribuuntur, quod regit moderaturque omnem Ieſu ciuitatem, cf. Exc. 4. Φρυγιαν και την Γαλατικην χωραν, verſus ſeptentrionem illorum tractuum, in quibus iam adfuerant. Primo ergo in Aſiam penetrare longius animus fuerat; et videntur ſub haec tempora collectae fuiſſe illae eccleſiae, ad quas ſcripta eſt epiſt. ad Galatas. Ασια. Omnis Aſia minor, non ſolum proconſularis, hic intelligitur, vt facile apparet.

v. 7. Μυσιαν, ex qua proximus in Europam transgreſſus patebat. Επειραζον. Et

8 καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα ✠· παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν κατέβησαν εἰς Τρωάδα. Καὶ ὅραμα διὰ

✠ Ἰησοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 7. Post πνευμα addendum est Ιησου, quod adest in ABCDE et a1 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 1 ap. Matth. Verss. Syrr. Arab. Erp. Copt. Aethiop. Armen. Vulg. Ital. patr. Cyrill. Hieron. Orig., vt adeo contra vulgarem textum amicissime conspiret vtraque stirps. Tum est lectio difficilior et insolentior, siquidem in omni N. T. non dicitur πνευμα Ιησου; quam tamen ob rem non repudiandum, vt Whitby, Wolf. suspicantur, imo agnoscendum est vel maxime, vti et agnoscitur a summis criticis, Millio, Wetstenio, S. V. Griesb. Nicolaus Cusa, Cardinalis apud Wetsten. per Nestorianos falsarios e textu seriorum exemplarium deletum esse arbitratur, quia biblia Graeca et Latina ante illud schisma scripta et translata illud habent. Similia statuit Millius, Hieronymi testimonio fretus. Codd. latini ap. Matth. habent *Domini* pro *Iesu*.

Et hic quoque longiori in remotiores Europae tractus itineri committere se videntur dubitasse, reditumque in Asiam per Bithyniam constituisse; donec tandem constanter exsequebantur consilium in Europam proficiscendi, et per Mysiam, Troadem pergebant. — Quo pacto autem πνευμα (v. 6) eos a reditu in Asiam prohibuerit, num per somnium, vt v. 8, an per prophetam, qui grauissima ipsis per Bithyniam caeteramque Asiam pericula portendebat, vt c. 21, 10, an per vitae discrimina ipsa, quae in Bithyniae limite adierant, non est quod curiosius quaeramus. Cf. Excursus 4.

v. 8. Παρελθοντες. Quod si vere ingressi erant Bithyniam, redituris ad Europae confinia peragranda erat Mysia; ergo dicendum fuisset διελθοντες vt supra 13, 6. 14 etc. Videntur autem in parte septentrionali Mysiae se continuisse ad oram Propontidis, vnde quasi praetergressi Mysiam (παρελθοντες) videbantur. Τρωαδα, *vrbem* maritimam, Antigoniae quoque nomine venientem. Plin. Hist. Nat. 5, 30. Ὁραμα δια της νυκτος, בחלם הלילה ·

v. 9.

διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ· ἀνήρ τις ἦν 9
Μακηδὼν ἑστὼς, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων· δια-
βὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν. Ὡς δὲ τὸ 10
ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν
Μακε-

v. 9. *Ανηρ Μακεδων.* Non quidem ex adſpectu, ſed ex verbis ſubſequentibus, *διαβας εις Μακεδονιαν β. ἡμιν*, Macedonem repraeſentare figuram, concludebat. — Caeterum haud praeter naturam hoc ſomnium contigit Paullo diu noctuque, num vere periclitandus ſit in Europam tranſitus, fluctuanti. Iam autem omnia dubia diſſipata videt.

v. 10. *Εζητησαμεν.* En ſubito mutatam narrationem. Lucas ipſe in comitatu Paulli adeſt, habentque ea, quae Luca praeſente accidiſſe narrantur, ſummum fidei gradum, multoque, vt par eſt, copioſius narrantur, quam ea, quibus non interfuit. Cf. S. Ven. *Hug* Einleit. in N. T. Th. 2, §. 69. Quomodo autem Lucas iunctus ſit iter facientium ſodalitio, ignoramus. Troade ſaltem Paullo iunctum eum fuiſſe, hinc apparet. Quod ſi vera ſunt, quae prolegom. not. 1, auctoritatem Euſebii (Hiſt. eccleſ. 3, 4) et Hieronymi (Catal. ſcriptor. Eccleſ.) ſecuti, ſcripſimus, Antiochia Syriae oriundum fuiſſe Lucam, cui opinioni varia in hoc libro conciliari poſſunt aptiſſime, negotiorum aut artis medicae exercendae cauſſa Troadem abiiſſe ille, ibique in Paulli, quem cognouerat, et a quo conuerſus fuerat iam Antiochiae, ſocietatem forte fortuna veniſſe exiſtimabitur. Si tamen eorum auctoritati non omnia tribuenda videntur, hoc loco primo innotuiſſe Apoſtolo videbitur Lucas, homo grauis et Paullo inprimis fidus, qui, etiamſi periculorum nouitate percullſus Philippis ab eo ſeceſſerat, c. 16, 20 ſqq. vt quondam Ioannes Marcus (c. 13, 13), deinceps tamen denuo eidem iungitur, c. 20, 5, et vsque ad poſtrema fata, quantum quidem nos ſcimus, ei adhaeret fideliſſime 2 Tim. 4, 11. Iam tres ſatellites Paullo operam nauant, Silas, 15, 40; Timotheus 16, 3; Lucas. Et omnino non omnes et iidem comites omne hoc iter periculoſae aleae pleniſſimum cum Paullo videntur confeciſſe, ſed modo abiiſſe alii, alii coetui ſe aggregaſſe, cf. 20,

Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς
11 ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς. Ἀναχθέντες οὖν
ἀπὸ τῆς Τρωάδος εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκην,
12 τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς Νεάπολιν, ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίπ-
πους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας

πόλις

10, 4. Συμβιβαζοντες h. l. intranſitiue (ſupra 9, 22 tranſitiue) ſumendum, *coniicientes*, *argumentantes*, Chryſoſt. στοιχαζομενοι. *Wir fanden darin einen nähern Wink der Gottheit.*

v. 11. Αναχθεντες. Eſt αναγεσθαι vox nautica *nauem ſoluere* c. 13, 13, oppoſ. τῳ: καταγεσθαι c. 21, 3, *appellere*. Ευθυδρομειν. *ſecundo vento ferri*, i. q. ευθυπλοειν, ορθοπλοειν. Σαμοθρακη inſula maris Aegei prope Thraciam, hodie *Samandrachi*. Νεαπολιν, portum in ora Macedoniae.

v. 12. Φιλιππους, ἡτις εστι πρωτη της μεριδος της Μακεδονιας. Multum negotii haec faceſſunt interpretibus, quia, πρωτην πολιν metropolin eſſe exiſtimabant, ad quam dignitatem Philippi non adſpirarunt. Volunt ergo quidam, voce πρωτη πολις non metropolin ſolum et prouinciae caput inſigniri, ſed *eminentiorem aliquam vrbium claſſem* omnino, quae nominatio et in nummis interdum occurrit. Res ita ſe habere videtur: Macedonia tum diuidebatur in Auguſtalem, in parte occidentali ſitam, procuratoribusque Caeſaris gubernatam, et Proconſularem, ſeu adiectam (επικτητον), in orientali parte inter Strymonem fluuium et montem Pangaeum ſitam. In hac ergo Macedoniae parte (μεριδι) Philippi πρωτης πολεως nomine gaudebant, quia vel vrbs primaria erat eius partis, vel quia inde a portu Neapoli, πολεως nomine non appellato, interiora petentibus prima vrbs occurrebat. (Cf. proleg. ad ep. ad Phil. init. not. 21). Et eadem quoque ſibi voluiſſe auctor videtur. Dignitatem enim vrbis ille parum curans id tantummodo infert, rata iam fuiſſe ea et perfecta, quae in ſomnio de itinere in Macedoniam ſuſcipiendo mandata erant Paullo v. 9: vere iam eos intraſſe Macedoniam, non quidem iam veterem illam, ſed tamen adiectam, μεριδα της Μακεδονιας, hancque eſſe primam

vrbem,

πόλις κολωνία. Ἦμεν δὲ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει διατρί-
βοντες ἡμέρας τινάς· τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων 13
ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ πόταμον, οὗ ἐνο-
μίζετο προσευχὴ εἶναι, καὶ καθίσαντες ἐλαλοῦμεν
ταῖς

vrbem, in qua iuſſa numinis exſequuti opem tulerint Macedonibus. *Und ſo wären wir denn nun ſchon würklich nach Macedonien gekommen, zwar nicht in das eigentliche, aber doch in denjenigen Theil, der jetzt auch zu M. gerechnet wird: und Philippen wäre denn nun die erſte Stadt Macedoniens und Europens überhaupt, worin wir unſer Amt erfüllten.* Ex hac explicatione damnanda eſſet lectio, quae omiſſo της μεριδος habet, ἡτις εστι πρωτης της Μακεδονιας πολις. Κολωνια ſc. Romanorum, κατ᾽ ἐξοχην ita dicta. Non tamen proprio ſignificatu hoc nomine venire poſſe Philippos, vid. Spanhem. de Vſu et praeſt. numism. Diſſertat. 9, §. 14.

Iam quae Paullo Philippis acciderint narrantur v. 12 – fin. cap. et primo quidem

v. 13 – 15 res quaedam fauſtiſſima. Ενομιζετο ειναι i. e. *ex more ſeu conſuetudine erat:* ſicut enim νομος ſeu νομισμα pro *conſuetudine*, συνηθεια, ponitur, ita νομιζεσθαι indicat: *moris eſſe.* Ita et apud claſſicos eſt ταφη νενομισμενη, σφαγια νενομισμενα. Cf. Elsner et Lösner ex Philone ad h. l. Qui cum Lamb. Bos νομιζεσθαι, vt φαινεσθαι, δοκειν, pleonaſtice poſitum exiſtimant, pro οὐ ην, eodem fere redeunt: ſed alii *famam* et *celebritatem* inſigniri volunt, quod ex loquendi vſu probari nequit. Προσευχη non preces ipſas indicat, ſed locum, in quo ſolennes preces fundebantur. Iſtiusmodi loci Synagogarum vicem (c. 17, 1) ferebant in illis oppidis, vbi minus frequens erat Iudaeorum numerus, *minora oratoria*, ſeu *Proſeuchae*, vt eſt apud Iuuenal. 3, 216. Fuiſſe dicuntur non tam aedificia, quam loci ſepto circumducti arboribusque conſiti, quod ex Ioſepho et Philone etc. euictum dederunt Whitby, Lardner, Grotius. Vberius de eis diſputat Vitringa de Synag. Vet. p. 119, 127, 1109; Valeſius ad Euſeb. H. E. p. 27. Iſtiusmodi loci εξω

της

14 ταῖς συνελθούσαις γυναιξί. Καί τις γυνὴ, ὀνόματι
Λυδία, πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων, σεβομένη
τὸν Θεὸν, ἤκουεν· ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν,
15 προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου. Ὡς
δὲ ἐβαπτίσθη καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς, παρεκάλεσε λέ-
γουσα·

της πολεως, seu εξω της πυλης (portae vrbis), quod eodem rediens in pluribus codd. legitur, ad aquam esse solebant, quo tutiores essent a turbis preces impedientibus, quoque facilius ad lustrationes manuaque lavandas aqua suppeteret. Cf. Spanh. ad Callimach. in Apoll. v. 110.

v. 14. Θυατειρα, vrbs minus celebris in confiniis Mysiae et Lydiae, inter Pergama et Sardes. In istis regionibus tingendae purpurae artificium floruisse dicitur; et vestes eo colore infectas in alias terras diuendebant incolae. Ονοματι Λυδια, non gentili sed proprio nomine ita appellata videtur. Σεβομενη τον Θεον e gentibus ad Iudaeorum religiones conuersa, cf. ad 13, 16. Διανοιγεται καρδια, νους, οφθαλμοι, ωτα etc. ex omnium fere linguarum consuetudine ei, qui et facultate et voluntate alicuius rei intelligendae, perficiendae etc. instruitur. Luc. 24, 31; 2 Macc. 1, 4; Themist. Orat. 2. Et quia quaeuis consilia in rei christianae emolumentum capta, πνευματι seu Iesu Christo ipsi attribuuntur, et h. l. ὁ Κυριος i. e. Iesus, Messias, cor ei dicitur aperuisse. Προσεχειν, vt fidem haberet, cf. ad 8, 6.

v. 15. Εβαπτισθη. Vid. obseruata ad 2, 41. cf. infr. v. 33. Και ὁ οικος αυτης, *ihre Handlungsgehülfen.* Videtur ergo non ex inferiore plebe fuisse ista mulier, quae sola ostiatim vendidisset merces patriae suae, sed sedem ibi fixisse, mercaturamque exercuisse nobilissimam. Ει explicatur per ειπερ *quandoquidem*, et πιστην τῳ κυριῳ nil aliud indicare volunt, quam *feminam christianam*, quia de eius fide nondum iudicium ferre licuit. *Weil ihr mich doch für würdig gehalten habet, eine Christin zu werden.* Verum tum ex singularum vocum vsu consuetiore, tum ex nexu rerum praeferendum duco sensum: *Wenn ihr meint, dass ich treu bleiben werde* (κεκρι-
κατε

γουσα· εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ, εἶναι, εἰς-
ελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου μείνατε· καὶ παρεβιά-
σατο ἡμᾶς.

Ἐγένετο δὲ, πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, 16
παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος ἀπαντῆσαι
ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις
αὐτῆς,

κατε pro κρινετε nil insolitum). Παραβιαζειν a Luca de iis dicitur, qui precibus insistunt vrgentque, rogandoque quasi vim inferunt, Luc. 24, 29: 1 Reg. 28, 23; cf. Luc. 14, 23. Vult autem mulier Apostolos finita demum synagoga seu proseucha in domum suam recipere: nondum enim exorsae erant solennes preces, sed gesta sunt haec omnia ante istum locum, vbi praestolabantur feminae, dum cultus inciperet. Domus Lydiae autem ante vrbem prope proseucham fuisse videtur. Et nunc demum

v. 16 cultus infit, intraturque proseucha. Sunt tamen, qui haec alio Sabbatho accidisse credunt, seu eodem quidem die, sed alia hora, siquidem bis terue eodem Sabbatho proseucha intrabatur, vt Morus explicat. — Verum hic accidit res alia, non aeque fausta, quae tamen bene tandem et in commodum rei christianae vertit, v. 16 fin. Παιδισκη serua. Πνευμα Πυθωνος. Ὁ Πυθων nominabatur Apollo, vaticiniorum praesul, vel a πυνθανεσθαι, vel a serpente interfecto, qui ὁ Πυθων vocatus erat et ipse, vel ab vrbe Delphorum, vbi eiusdem oraculi sedes erat, quaeque dicebatur ἡ Πυθω. Et quia *Apollinis* (Πυθωνος) afflatu Pythia, quae Delphis erat, futura canebat, 2) daemonium quoduis aliud, cuius vi et afflatu futura praedici posse credebantur, eodem Apollinis nomine ὁ Πυθων nominabatur. Suidas et Phauorinus: δαιμονιον μαντικον. Proinde homo πνευμα Πυθωνος εχων est homo, istiusmodi δαιμονιῳ μαντικῳ perfusus et correptus, et vaticinia cum furore et ecstasi proferens, πυθοληπτος. Eiusmodi vaticinia proferebat, instar Pythiae Delphicae, et haec ancilla. Quo tamen modo ea protulerit, num ad id μαντεων genus, qui vocantur *ventriloqui*, εγγαστριμυθοι, εγγαστριμαντεις (אובות) pertinuerit, ne-

 ne,

17 αὐτῆς, μαντευομένη. Αὕτη κατακολουθήσασα τῷ
Παύλῳ καὶ ἡμῖν, ἔκραζε λέγουσα· οὗτοι οἱ ἄνθρω-
ποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες κατ-
18 αγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας. Τοῦτο δὲ ἐποίει
ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος, καὶ
ἐπιστρέ-

ne, effici quidem certiſſime nequit. Explicatur tamen ita ab Heſychio. Plutarch. de defectu oracul. Lib. 2, p. 414. Sed quae de εγγαστριμυθοις, i. e. praeſtigiatoribus, clauſo ore ſine labiorum motu tanquam ex ventre loquentibus, copioſius huc ab intt. allata ſunt, non ad h. l. ſed ſeorſim ſunt explicanda. Εργασιαν non *laborem*, vt male nonnulli vertunt, ſed *quaeſtum, lucrum*, vt c. 19, 24. 25, vbi vide. Κυριοις. Ergo plures eam quaſi mercede conduxiſſe videntur, quibus oraculis ſuis lucrum pararet.

v. 17. Εκραζε, vt ſolebat Pythia, omnesque, furore μαντικῳ agitati, intentiſſima voce et vehementiſſimis corporis motibus oracula proferre. Δουλοι Θεου, ita ſublimiore ſenſu ſe nominare ipſos ſolebant Apoſtoli, vt et V. T. prophetae, v. Kopp. ad Rom. 1, 1: ſicuti et doctrinam a ſe traditam ὁδον της σωτηριας nominabant. Eisdem nominibus hic ſalutantur ab ancilla furore correpta.

v. 18. Διαπονεισθαι, laboribus, moeſtitia, taedio, indignatione etc. confici, c. 4, 2. — Non tam fraudatrix fuiſſe videtur illa ſerua, quam morbo hyſterico ſeu daemoniaco ex more loquendi tum recepto laboraſſe, atque per eum nonnunquam abrepta eſſe in furorem ſimilem ei, quo Pythia, Tireſias aliique gentilium μαντεις agitabantur. In iſtis furoris paroxyſmis futura ſe canere poſſe ſibi videbatur, adſtrepente plebe credula, aliisque prudentioribus ad quaeſtum faciendum ea abutentibus. Eiusmodi furore quondam vehementius lata et Apoſtolos quotidie inſectabatur eisque acclamabat ουτοι εισι etc. quibus verbis vtitur, quia Apoſtolos haud dubie audierat ſe ipſos Θεου δουλους, doctrinamque ſuam ὁδον σωτηριας ſubinde nominantes, quae tamen nolimus ſedulo quaerere, quorſum tetenderint, num blandiendi Apoſtolosque

ἐπιστρέψας τῷ πνεύματι εἶπε· παραγγέλλω σοι ἐν
τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς, καὶ
ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.
Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς 19
τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ
τὸν

que ſibi conciliandi, an eorum opem et a morbo corpus atterente et conficiente liberationem implorandi cauſſa etc. ea ſint pronunciata; ſiquidem, vtpote furibunda mulier menteque capta, nil ſibi voluiſſe videtur, quam proferre iudicium ſuum de hominibus, quos nouam doctrinam profeſſos audierat, eamque ſententiam ex more ſuo forma et colore induere, qui ſublimius quid et propheticum referret. At Paullum eiusmodi fauore minime delectatum, imo ad indignationem commotum fuiſſe facile exiſtimamus, ſiquidem talibus ad diuinam ſuam legationem commonſtrandam argumentis minime indigebat, et eiusmodi commercium deprecabatur. Sed e morbo hyſterico et epileptico prouenire omnia iſta oracula haud difficulter cernens, beneficum ſe eidem praeſtat valetudinique eam reſtituit. Caeterum et h. l., ſicuti in aliis daemoniacorum ſanationibus apud euangeliſtas, ex vulgari loquendi more Lucam poſuiſſe, ειχε πνευμα Πυθωνος et: Παυλος ειπε τῳ πνευματι, iam veteres interpretes obſeruarunt, neque eſt, quod hic repetamus. Sanatio ipſa autem, quam ei adhibuit P., ex narratione et mente Lucae mirabili modo contigiſſe videbitur: cf. Excurſ. 5. — Proſtat in h. l. ſingularis commentatio lingua belgica conſcripta ab E. L. *Rütz*, Rotterd. 1791.

v. 19. Sed haec ſanatio, qua valetudini miſera reſtituebatur in detrimentum Apoſtolorum vertit, quia iam lucrum eiusdem dominis ceſſabat; corripiuntur Apoſtoli, mulctantur verberibus atque in carcerem coniiciuntur, verum ſoluuntur tandem et cum honore dimittuntur, non ſine incremento doctrinae chriſtianae v. 19-40. — Hic tamen ſubito conticeſcit prima perſona pluralis, et videtur Lucas periculorum nouitate perculſus ſubterfugiſſe, aut alia quadam de cauſſa ſocietatem

τὸν Σίλαν εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρ-
20 χοντας. Καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρα-
τηγοῖς εἶπον· οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν
21 ἡμῶν τὴν πόλιν, Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες, καὶ κατ-
αγγέλλουσιν ἔθη, ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέ-
χεσθαι

tatem Paulli misisse. Ergo non adest Paullo versanti in caetera Macedonia, Athenis, Corinthi, in Asia, Ephesi, in Graecia, sed post longa demum Paulli repetitaque itinera, in eadem ipsa Philipporum vrbe, in qua per plures annos substitisse videtur, Apostolo denuo iungitur, c. 20, 5. 6. Cf. proleg. not. 19. Sed et Timotheus (c. 16, 1 - 10) secessisse ad tempus a P. videtur, qui c. 17, 14 demum iterum adest; ergo P. et Silas soli ad tempus munus Apostolicum obeunt: cf. ad v. 10, et *Koppii* proleg. ad epp. ad Thessal., vbi coniicit Koppius, licet non satis tuto, Thessalonicae non adfuisse Paullo Timotheum. Εξηλθεν non bene de spe dicitur, sed h. l. per paronomasiam cum v. 18 satis conuenientem: euadente daemone illo et illorum lucrum euasit: male ergo emendant εξελιπεν. Ἑλκυειν, ἑλκεσθαι, reluctantem obtorto collo in ius rapere, Xen. Mem. 3, 6, 1: mitius tamen dicitur, quam συρειν c. 8, 3; 17, 6. Αρχοντες, magistratus ciuiles in prouinciis, qui in caussis leuioribus cognoscebant, Luc. 12, 58, Act. 7, 27, i. q. κριται, δικασται. Iidem

v. 20. nominantur στρατηγοι, *praetores*, honorificentiori nomine, quod in coloniis municipiisque quidem tribuere magistratibus ciuilibus blandiendi caussa fas fuisse videtur, vt hodienum fit, non tamen aeque in vrbibus capitalibus: proprie nominabantur *Duumviri*. Ιουδαιοι υπαρχοντες, per despectum additum videtur. Ne ciues quidem Romani sunt, sed peregrini, et quidem Iudaei, qui minime omnium tale quid perpetrare debebant.

v. 21. Εθη h. l. de cultu ritibusque religiosis intelligendum; siquidem nouas religiones, nouosque Deos incultae plebi afferre videbantur Apostoli: quod crimen capitale erat. Cic. de legg. II, 8; Seruius ad Aen. 8, 187 sqq.

v. 22.

χεσθαι οὐδὲ ποιεῖν, Ῥωμαίοις οὖσι. Καὶ συνε- 22
πέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν, καὶ οἱ στρατηγοὶ
περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια ἐκέλευον ῥαβδί-
ζειν· πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς ἔβα- 23
λον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύ-
λακι, ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς· ὃς παραγγελίαν 24
τοιαύτην εἰληφὼς ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν
φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ
ξύλον. Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σί- 25
λας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν· ἐπηκροῶντο δὲ
αὐτῶν οἱ δέσμιοι. Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο με- 26
γὰς, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου·
ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα αἱ θύραι πᾶσαι, καὶ
πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη. Ἔξυπνος δὲ γενόμε- 27
νος

v. 22. Περιρρηξ. τα ἱματια, non ſua ipſorum, quod Iudaeis in vſu erat, ſed captiuorum. Id moris apud Romanos fuit, Gell. 1, 13. Cf. Hammond. ad h. l.

v. 24. Εσωτεραν: pluribus enim foribus ſepti erant carceres, ad 12, 10. Ξυλον, ligneum truncum, plura foramina habentem, quibus immittebantur captiuorum pedes, funibusque conſtringebantur, quo ſecurius poſſent conſeruari (ασφαλιζεσθαι). Appellabatur *neruus*, κηλον, ποδοκακη, ποδοστραβη. Cf. Schol. ad Ariſtoph. Equit. v. 366, et Wetſten. ad h. l.

v. 25. 26. Iam hymnis celebrant numen, quod digni ſint habiti, qui pro Chriſto paterentur, (5, 41): forte et auxilium div. liberationemque implorant: clara voce omnia, vt ab eis, qui ſimul carceri incluſi erant, percipi poſſent. Nec mora. Exaudiuntur preces. Praeſens adeſt numen, vehementiſſimo terrae motu praeſentiam arguente, captisque liberationem afferente. Cf. ſupr. c. 4, 31; 12, 10 et Excurſus 5. Ανεωχθησαν Cf. Aeneid. 6, 81; Euſeb. praep. euangel. 9, 22, alibi.

v. 27. Εμελλεν ἑαυτ. αναιρ. Quia forte cuſtodes, quibus effugerant captiui, eadem poena, quae vinctis imminebat, ſolebant plecti. Non ergo

νος ὁ δεσμοφύλαξ καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας τὰς θύ-
ρας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν ἔμελλεν
ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους.
28 Ἐφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Παῦλος λέγων· μη-
δὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐν-
29 θάδε. Αἰτήσας δὲ φῶτα εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρο-
μος γενόμενος προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ.
30 Καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, ἔφη· κύριοι, τί με
31 δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ; οἱ δὲ εἶπον· πίστευσον ἐπὶ
τὸν

ergo credidit, excusationem, per terrae motum facta esse omnia, sibi suffecturam.

v. 29. Εισεπηδησε, festinanter, συν ορμῃ και θυμῳ ingressus est. Εντρομος: non iam ob poenam sibi instantem: nemo enim captiuorum aufugerat; sed quia pro numinibus habuit Apostolos, quorum adspectus grauis erat intuentibus et perniciosus: vnde et προσπιπτειν dicitur, *ad pedes prolabi*, προσκυνειν. Cf. Marc. 5, 33; Luc. 8, 28.

v. 30. Προαγαγων εξω, quo liberius respirarent. Κυριοι: supr. ad 9, 5. Τι — ινα σωθω; varie explicatur: 1) "vt effugiam poenas magistratus, qui conscio me haec accidisse putabunt." Non placet, quia neque terrae motus ei imputari potuit, neque quisquam captiuorum fugam molitus erat. 2) "vt declinem poenas vestrorum numinum, quod vos, viros tam venerabiles, numinumque nuncios et legatos in custodiam durius conieci." Melius id concinit rerum nexui et vocibus εντρομος et προσεπεσε v. 29. Sed commodissimum quoque sensum parit vulgaris explicatio 3) "vt salutem aeternam consequar." Siquidem audierat indubie custos, homines, quos carceri incluserat, οδον σωτηριας monstrare se professos, cf. ad v. 17. 18. Iam tam euidenti praesentioris numinis signo vera eos loquutos esse edoctus, et ipse hanc σωτηριας οδον ingredi auet, licet de σωτηριας christianae natura nondum compertum quid habere potuerit. Huic explicationi fauet et responsio Apostolorum

v. 31, qui, si sensus primus vel secundus praeferendus

τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός
σου. Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, 32
καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ παρα- 33
λαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς ἔλου-
σεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ
οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα· ἀναγαγών τε αὐ- 34
τοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ παρέθηκε τράπεζαν, καὶ
ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ.
Ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατη- 35
γοὶ τοὺς ῥαβδούχους, λέγοντες· ἀπόλυσον τοὺς
ἀνθρώπους ἐκείνους. Ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύ- 36
λαξ τοὺς λόγους τούτους πρὸς τὸν Παῦλον· ὅτι
ἀπεστάλ-

rendus esset, mentem custodis vel non assequuti esse putandi essent, vel assequi noluisse, et mentem a terrena salute ad coelestem traduxisse.

v. 32. Neque hic plena et perfecta doctrinae christianae institutio intelligenda est; intra vnius noctis enim spatium absoluebatur, sed enarratio tantummodo eorum, quae Iesu Christo potissima acciderant: cf. ad 2, 41.

v. 34. Πανοικι apud Hellenistas vsitatum, Exod. 1, 1 pro vulgariore πανοικια, πανοικεσια etc. Cf. Loesn. ad h. l. — His peractis in carcerem reduxisse Apostolos non inuitos videtur custos. Volunt nonnulli Stephanae nomine compellatum eum fuisse, eiusdemque mentionem iniici 1 Cor. 1, 16, sed incerta sunt ea.

v. 35. Ῥαβδουχοι non quidem lictores cum fascibus, qui proprie Romae erant: sed vti magistratibus municipiorum coloniarumque honoris caussa idem nomen, στρατηγων, ὑπατων etc. indebatur, quod summo magistratui Romae competebat, ita et eorum serui, viatores, accensi honorificentiori nomine interdum salutabantur. cf. ad v. 20. Απολυσον etc. forte quia poenituerat, indicta caussa eos in vincula coniecisse.

v. 37.

ἀπεστάλκασιν οἱ στρατηγοὶ, ἵνα ἀπολυθῆτε· νῦν
37 οὖν ἐξελθόντες πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Ὁ δὲ Παῦ-
λος ἔφη πρὸς αὐτούς· δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ,
ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας,
ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκ-
βάλλουσιν; οὐ γάρ· ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς
38 ἐξαγαγέτωσαν. Ἀνήγγειλαν δὲ τοῖς στρατη-
γοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα· καὶ ἐφοβή-
39 θησαν, ἀκούσαντες, ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι, καὶ ἐλ-
θόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώ-
40 των ἐξελθεῖν τῆς πόλεως. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ
τῆς φυλακῆς εἰσῆλθον πρὸς τὴν Λυδίαν· καὶ
ἰδόντες

v. 37. *Ακατακριτους.* Contra ius omnium gentium, maxime Romanorum, c. 25, 16. *Ῥωμαιους*, quos lege Porcia et Sempronia virgis caedere nefas erat. Cic. pro Rabirio c. 4; in Verr. V, c. 57. Cf. dissertat. de immunitate ciuis Rom. a certis poenis, ad Act. 16, 37–39 in Langii obseruatt. sacris. Quatenus ciuitate Rom. gauisus fuerit P. ipse, ad c. 22, 25 sq. edocebitur. Hic tamen per Synecdochem et Silae idem ius tribuitur, qui profecto eodem non vtebatur. *Ου γαρ, αλλα.* Atticismus, de quo exempla vid. ap. Wetst. Singulae fere voces huius versiculi cum emphasi proferendae sunt. — Nolimus autem Paullo superbiae crimen obuertere, quod abire noluerit. Honesta ex vrbe deductio desiderabatur, ne effregisse carceres turpemque fugam molitus esse, simulque custodiae carceris praefectum in vitae discrimen adduxisse videretur.

v. 38. 39. *Εφοβηθησαν*, quia laeso Rom. ciue singulo totius populi Rom. maiestas laesa videbatur. *Ελθοντες* sc. *στρατηγοι* ipsi. *Παρεκαλεσαν*; *sie gaben gute Worte, baten sie höflich.* Mutata subito rei facies.

v. 40. *Προς την Λυδιαν*, i. e. in domum (Marc. 15, 43) Lydiae purpurariae, quae ante vrbem fuisse videtur, ad v. 15. Legitur et, sed perpe-

ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ
ἐξῆλθον.
Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολ- Cap.
λωνίαν ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ συν- XVII, 1
αγωγὴ τῶν Ἰουδαίων. Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ 2
Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ σάββατα
τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, διανοί- 3
γων

perperam, εις τ. Λυδ. ſenſu eodem. Nomen hominis pro ipſius domo ponere, eſt phraſis in multis linguis tritiſſima, Virg. Aen. II, 311; Terent. Andr. 1, 3, 21; Ariſtoph. Plut. 1, 2, 242 etc. cf. Wetſt. Sunt quidem, qui in regionem Aſiae, Lydiam hinc perrexiſſe Paullum velint, refragante tamen omni narrationis nexu. Παρεκαλεσαν i. e. επεστηριξαν c. 15, 32.

Cap. XVII, 1. Abiens Philippis Paullus, licet eadem iam mala, quibuscum in Aſia conflictandum fuerat, in Europa quoque erat expertus, non tamen in Aſiam redit, ſed, vt obſequatur mandato c. 16, 9, in vlteriores Macedoniae tractus pergit, id potiſſimum agens, vt eius metropolin Theſſalonicam aſſequatur, quo tendentem via per alias vrbes et oppida ducebat, quae non niſi tranſitu peragrauit (διοδευειν, Luc. 8, 1) legatio. Αμφιπολιν, haud procul a Philippis diſtantem, in inſula fluminis Strymonis a Cimone conditam. Απολλωνιαν. Multa oppida hoc nomine veniebant, in ipſa adeo Macedonia. H. l. intelligenda videtur vrbs inter Amphipolin et Theſſalonicam interiacens, quae Ptolemaeo Lib. 3. audit Apollonia Mygdoniae. Ἡ συναγωγη Ιουδαιων, ſc. Macedonicorum, qui in caeteris quidem Macedoniae oppidis nonniſi proſeuchis vtebantur (16, 13), at vero in Theſſalonica metropoli (Liv. 45, 29) celebriori ſynagoga.

v. 2. 3 ſqq. *Paullus Theſſalonicae.* Κατα το ειωθος. c. 13, 14; 14, 1; 16, 13 etc. Επι σαββατα τρια, i. e. per tres hebdomades. Διαλεγεσθαι non ſolum *colloqui*, ſed *diſſerere, diſputare, dialectice loqui.* Cf. infr. v. 17; c. 18, 4, alibi. Διανοιγειν *docere, illuſtrare,* Luc. 24, 32.

γων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει πα-
θεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός
ἐστιν ὁ Χριστὸς, Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω
4 ὑμῖν. Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν καὶ
προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν

τε

3?. Idem infert *παρατιθεσθαι*, quod proprie est *deponere;* doctrina autem a magistro apud discipulum quasi deponitur eique concreditur; cf. ad 1 Tim. 6, 20. *Ὁν εγω καταγγ.* Subitus ex oratione indirecta transitus in directam, vt cap. 1, 4 et alibi. Dupliciter potest construi, et *τα: απο των γραφων* referri poterunt vel ad *διελεγετο*, dialectice cum eis disputauit *απο τ. γρ.* i. e. *εκ των γρ.*, *er kriegte biblische Stellen hervor, und commentirte über dieselbe*, vel ad *διανοιγων* etc. *er disputirte mit ihnen, und zeigte ihnen aus der Schrift.* Sensus est idem, et ex vtraque constructione ferri potest *απο* pro *εκ*, quod et 13, 23; 14, 19; 28, 13 adhibet Lucas. Placet tamen prius, vt post *γραφων* ponatur comma, quod male repudiant nonnulli, quia *διαλεγεσθαι* sensum habere *colloqui* credunt, cui vtique concineret praepositio non *απο*, sed *περι*. — Duplicia ergo orationibus suis demonstrauit P. 1) Messiam ex S. S. effatis mala mortemque subire atque ex morte in vitam redire debuisse: cf. Luc. 24, 26, et supra ad c. 2, 24. 2) Proinde non esse, quod de Messiana dignitate Iesu, quia tot calamitatibus afflictus fuerit, dubitent Iudaei: imo hoc ipsum, sicuti et resurrectionem eius, clarissimum esse indicium, neminem alium, nisi Iesum, pro Messia esse habendum.

v. 4. *Πειθειν* interdum est *docere, docendoque hortari*, c. 19, 8; 28, 23; 13, 43. vnde *πειθεσθαι* est: *doctrinam hortationemque amplecti, eique obsequi, conuinci*, quare et Iudaeis semper obstrepentibus saepissime attribuitur praedicatum *απειθουντες*, vt c. 14, 2 etc. *Προσκληρωθηναι* *forte adiungi*, dein *adiungi omnino*, vti saepissime occurrit apud Philon. vid. Lösner. ad h. l. Non ergo est, quod coniecturae Mangeyanae faueamus *προσεκολληθησαν*. *Σεβομενοι Ἑλληνες.* Proselyti videntur fuisse,

τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος, γυναικῶν
τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι. Ζηλώσαντες δὲ οἱ 5
ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγο-
ραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς καὶ ὀχλοποιήσαντες
ἐθορύβουν τὴν πόλιν· ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ
Ἰάσονος ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον.
Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς ἔσυρον τὸν Ἰάσονα καί τι- 6
νας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας, βοῶντες· ὅτι
οἱ

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Varie admodum leguntur τα: ζηλωσαντες — προσλαβομενοι, aliis demtis, aliis additis, aliis transpositis. Ex magna hac lectionum inconstantia delenda omnino esse attributa ζηλωσαντες et απειθουντες recte concludit S. V. Griesbach, legendumque censet et in textum recipit: v. 5. Προσλαβομενοι δέ οι Ιουδαιοι των αγοραιων etc.

fuisse, qui e Graecorum religionibus ad Mosaicum cultum accesserant: nam si non nisi pios et religiosos paganos omnino indicare Lucas voluisset, non adhibitus ab eo esset, opinor, articulus οἱ σεβ. Ἑλλ. qui definitius quid designare videtur. Cf. supra ad 13, 16.

v. 5. Αγοραιοι, homines, qui omne tempus consumunt circumeundo in foro, vt nouos rumores captent, concionibus intersint, tumultus cieant: ergo per metonym. denotat homines ex infima plebe, ineptos, otiosos, curiosos, malignos; et ηθη αγοραια ait Clem. Al. Romanis audiebant: *circumforanei*, *subrostrani*, *subbasilicani*. Cf. Theophr. Char. Eth. VI, et ibi Fischer. Ιασωνος. Homo vlterius parum cognitus: licet inanes de eo coniecturas proferat Grotius. Probabiliter fuit vnus illorum, qui v. 4 fidem adhibuisse leguntur, Iudaeus, nomine Iesus, et Graeco Iasonis nomine compellatus, in cuius domum vel confugerant tumultu petiti Apostoli, vel a quo excepti fuerant hospitio, vt Philippis a Lydia, quorum alterutrum patet ex v. 7.

v. 6. Πολιταρχαι, magistratus ciuiles, id. qu. αρχοντες, στρατηγοι, c. 16, 19. 20. Αναστατωσαι, i. q. ταρασσειν,

οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες οὗτοι καὶ ἐν-
7 θάδε πάρεισιν, οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων· καὶ
οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος
πράσσουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι, Ἰησοῦν.
8 Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας
9 ἀκούοντας ταῦτα· καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ
τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς.

Οἱ

ſumma imis miſcere, cf. ad c. 15, 24. Οικουμενην: fortiſſime exprimitur a ſeditioſa plebe: non: *omnem regionem noſtram*, ſed: *omnem fere terrarum orbem, quaecunque loca adeunt*. Caeterum iam et de eis, quae in Aſia peregerant Ap., rumor in Europam penetraſſe videtur, Apoſtolique ipſi fuiſſe περιβοητοι, vnde, articulo addito, dicitur οἱ ανασταтωσαντες.

v. 7. Απεναντι, *contra*. Alibi hac ſignificatione non occurrit particula. Δογματων, ad 16, 4.

v. 9. Ἱκανον λαμβανειν, ſicuti ἱκανον διδοναι (ποιειν) phraſes latinae; hoc *ſatisfacere*, illud *ſatisfactionem accipere* innuit. Fortaſſe Iaſon ſpoponderat, ſe non poſthac hoſpitio excepturum Apoſtolos, pecuniamque depoſuerat. Foret ergo το: ἱκανον noſtrum: *Caution*. Sunt tamen et multae aliae coniecturae inanes et otioſae, quaenam fuerit illa ſatisfactio.

Hic iam conticeſcit narratio de eis, quae Apoſtolo Theſſalonicae acciderant, quod eo magis mirum, quo inſignioribus idem laudibus extollit Theſſalonicenſes, vt qui tenerrimo amore ipſum fouerint, doctrinam amplexi ſint lubentiſſime, ſummos in eadem profectus fecerint, quid quod per omnem Macedoniam, Achaiam euangelium tradendi occaſionem ſuppeditauerint, vid. 1 Theſſ. maxime c. 1 et 2 etc. Hic autem breuiſſimis omnia expediuntur, imo Beroeenſes mox antehabentur Theſſalonicenſibus et ευγενεστεροι vocantur. – Verum laudes iſtae pertinent ad eos Theſſalonicenſes, qui v. 4 Chriſto nomina dediſſe leguntur: hic autem de αγοραιοις Iudaeisque infeſtiſſimo odio Paullum inſectantibus Lucas loquitur; quod vtrumque bene iungi poteſt. Pariter

Οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ τῆς νυκτὸς ἐξέπεμψαν 10
τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέροιαν, οἵτι-
νες παραγενόμενοι εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῄεσαν
τῶν Ἰουδαίων. Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν 11
ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ
πάσης προθυμίας, τὸ καθ᾽ ἡμέραν ἀνακρίνοντες
τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως. Πολλοὶ μὲν 12
οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν ἑλληνίδων γυ-
ναικῶν τῶν εὐσχημόνων καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι.
Ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, 13
ὅτι καὶ ἐν τῇ Βεροίᾳ κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύ-
λου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες
τοὺς ὄχλους. Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξα- 14
πέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θά-
λασσαν.

riter et Philippenſes in epiſtola P. ſatis ſuperque collaudat; at in Act. 16 plus aduerſarum, quam ſecundarum rerum ibi ei contigiſſe narrantur. Veruntamen, licet tali modo omnia bene quadrent, multo plura tamen et cognitu digniora Theſſalonicae acciderint legatis Ieſu neceſſe eſt, quae hic ideo praetermittuntur, quia Lucas ea ignorauit, ſiquidem is inde a c. 16, 18 ſegregauerat ſe ad tempus a Paulli ſocietate. Cf. quae de his exponit S. V. *Hug* Einl. ins N. T. Th. 2, §. 69.

v. 10 - 15. *Paullus Beroeae adeſt, indeque Athenas petit.* Beroea alia eſt Macedonia vrbs, trans Pellam in interiore Macedonia ſita. Plin. Hiſt. Nat. 4, 10.

v. 11. 12. Ευγενης in omnibus fere linguis non ſtirpis et natalium ſolum, ſed et animi nobilitatem exprimit. Meliores ſe erga euangelium eiusque praecones gerebant, quam Theſſaloniceuſes. Cf. ad v. 9. Οἰτινες ad Beroeenſes pertinere in aprico eſt; rationem autem et cauſſam addit: *ſiquidem, quippe qui* etc. Ταυτα, ſc. quae P. de Meſſia ex V. T. attulerat et in Ieſum quadrare dixerat. Ευσχημων, ad 13, 50.

v. 14. Ὡς επι θαλασσαν, attice

λασσαν· ὑπέμενον δὲ ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος
15 ἐκεῖ. Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον ἤγαγον
αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν· καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς
τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον, ἵνα ὡς τάχιστα ἔλ-
θωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξῄεσαν.

Ἐν

attice pro simpl. επι θαλ., quod abundantissimis exemplis probari potest: Cf. Raphel. ex Polyb. ad h. l. et Ernesti index ad Xen. memor. Socr. Pessime ergo interpretantur nonnuli, velnti Whitby, Grotius etc. simulatum tantummodo a Paullo esse iter versus mare, vt persequentes falleret, ipsum tamen vere per Macedoniam, Thessaliamque Athenas petiisse. Sunt et, qui prorsus omittunt το: ὡς, quibus alii coniecturam addunt, pro θαλασσαν legendum esse Θεσσαλιαν, quia pedestri itinere Athenas perrexisse Paullum volunt. Sed non est, quod mutemus quidquam. Non enim praeter naturam accidit, Beroeenses, Paullo amicos, Apostolum ex vrbe, circa 5 milliarium a littore distante, ad proximum portum, vel Alorum, vel Methonem, Pydnam, Dium etc. deduxisse, (quandoquidem Athenas petere, et quidem ob plura in interioribus terris pericula, quae sibi adfutura augurabatur, nauigatione eo tendere constituerat Paullus), quid quod et in nauigatione ipsa Athenas vsque ei comites adfuisse. Τιμοθεος. Beroeae ergo vna cum Paullo adfuit Timotheus, qui h. l. quum inde a c. 16 narratio de eo conticuisset, denuo in scenam prodit. Cf. ad 16, 19, et proleg. ad 1 Tim. p. 6. — Relictos ab Apostolo Silam et Timotheum ideo esse credit Koppius (prol. in Epp. ad Thess. p. 4, 5), vt Timotheus ad Thessalonicenses Apostolo suo orbatos abiret, Silas autem Beroeae Timotheum a Thessalonicensibus reducem exspectaret, et tum vterque Apostolum Athenas aut alium in locum sequeretur. Et satis probabile id videtur, licet narratio de caussis conticescat.

v. 15. Καθιστωντες. Est καθισταν constituere 2) constituere εις το ασφαλες, solleni comitatu ac deductione in locum securum afferre. Glass. grammat. sacr. p. 251, id. qu. προπεμπειν. Ita vsurpatur Arriano, Plutarcho, Polybio

Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ 16
Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ
θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. Διελέ- 17
γετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ
τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν
ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας.

Τινὲς

lybio et aliis: cf. Raphel. in annotatt. Polyb. ad h. l. Ἰνα ὡς ταχ. ελθ. πρ. αυτ., quod fecerunt, quum Corinthi Paullus verſaretur, c. 18, 5.

---

v. 16 – fin. *Paullus Athenis.* Nobiliſſima libri ſectio, vnde cognoſcere iuuat, qualem in vrbe, ſumma olim ſapientiae et doctrinae arce ſe geſſerit prudentiſſimus Apoſtolus. Breuior tamen eius in hac vrbe fuit commoratio, quod ex v. 15, coll. 18, 5, vbi vide, patet. Et quia Lucas ipſe non adfuit ibidem Apoſtolo, pauciora legimus, quum perplurima hic iuuaret legiſſe. Παροξυνειν quemuis vehementiorem animi motum indicat, qua fortius afficimur et perturbamur, non iram ſolum, et indignationem, ſed et, vt h. l., *admirationem, triſtitiam, dolorem,* fere id. qu. διαπονειν, c. 16, 18; συνεχειν, c. 18, 5: cf. Pſ. 143, 4. Κατειδωλος: i. e. *idolis referta;* ita graece dicitur locus καταδενδρος, καταμπελος, καθυδρος. Caeterum pleniſſimam eiusmodi ſimulachris, templis, altaribus, fuiſſe Athenarum vrbem, multa ſcriptorum claſſicorum loca teſtantur. Lucianus in Prometheo de Athenis: ἁπανταχου δε βωμους, και θυσιας και ναους και πανηγυρεις — μεσται δε Διος πασαι μεν αγυιαι, πασα δ' ανθρωπων αγορα. Cf. Pauſan. Attic. 17, 24; Ioſ. contr. Apion. 2, 11; Liv. 45, 27 etc.

v. 17. Iam operam ſuam in euangelio promulgando et Athenis adhibet, colloquendo 1) in Iudaeorum ſynagoga cum Iudaeis proſelytisque (σεβομενοις, ad c. 13, 16); 2) in foro cum Athenienſibus omnibus. Διελεγετο vid. ſupr. ad v. 2. Αγορα, locus, vbi in quouis Graecorum Romanorumque etc. oppido conueniebant, ad colloquia miſcenda, audienda noua, iudicia habenda, conciones celebrandas etc. In maioribus vrbibus plures iſtiusmodi loci celebres habebantur: ergo et Athenis.

 Quae-

18 Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ· καὶ τινες ἔλεγον· τί

Quaenam tamen Atheniensium αγορα hic indicetur, non quidem prorſus liquet, ſed prope fidem eſt, Ceramicum indicari, prope quem erat Poecile, porticus, in qua Stoici, qui ſtatim memorantur, ad habendas διαλεξεις congregabantur. Παρατυγχανοντας: non alloquebatur quemuis obuium, ſed prout occurrebat quis, qui ad audienda et cogitatione reuoluenda euangelii ſui dogmata aptus procliuisque videbatur. Proinde et in philoſophorum facile colloquium incidit, qui et ipſi in αγοραις conueniebant, eumque de rebus philoſophicis ſermones miſcentem audierant. Sed

v. 18. Iam periculoſae plenum opus aleae ſuſcipit P., cum Athenarum philoſophis diſceptando, quorum argumentationes ab illis, quibus cum Iudaeis diſputans Apoſtolus Iudaeus aſſuetus erat, prorſus abhorrebant. Et abierat tunc temporis quidem, ſicuti Athenarum omnino, ita et ſcholarum philoſophicarum, quae ibi celebrabantur, fama et ſplendor: ſed etiamnum longe praeſtare philoſophi Athenienſes doctrina et ingenii acumine ſibi videbantur. Iudaeum peregrinantem, nulla, vt videbatur, ſcholarum Graecarum placitorumque philoſophicorum cognitione imbutum. Quid mirum ergo, quod eum cauillantur, riſuque et deſpicatui habent? Curioſi ergo audiendorum eius placitorum nonniſi ideo videntur, vt riſu ſatiare ſe poſſint: v. 18-21: ſed fruſtratur euentus: ſiquidem ſerio nec ſine vi et dignitate verba faciens P. retundit nimiam curioſitatem, percellit audientium nonnullos et ad ſuos adeo partes pertrahit. v. 22-34. — Επικουρειων και Στωϊκων, nobiliſſimarum vt conſtat, philoſophorum ſcholarum. Illi prouidentiam negabant, hi Sadducaeis haud abſimiles erant: Deumque ipſum fato credebant ſubeſſe etc. Cf. Senec. epiſt. 73. Vtraque ergo ſecta chriſtianismo vtique aduerſabatur. Non tamen hanc potiſſimum ob cauſſam, ſed caſu potius accidiſſe crediderim, vt hae ſolum binae ſectae memorentur; neque curioſius quaeſiverim, cur non et caeterae ſcholae, Athenis ſatis celebres, Academicorum, Peripateticorum etc. memoratae ſint.

τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; οἱ δὲ ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι, (ὅτι τὸν Ἰησοῦν

ſunt. Συμβαλλειν τινι, ſc. λογους (Eurip. Iph. in Aul. v. 830), *ſermones miſcere*: de familiaribus colloquiis, philoſophorumque confabulationibus vſurpatur. Caeterae vocis ſignificationes huc non pertinent. En ergo cum Epicureis Stoicisque diſputantem Paullum. Iam effectus huius colloquii narratur: 1) alii eum prorſus non intelligunt, nulla attentione dignum iudicant, et vt σπερμολογον irrident: 2) alii id ex eius ſermonibus eruunt, noua numina inferre conari Paullum. Σπερμολογος proprie indicat eum, qui σπερματα λεγει ſeu συλλεγει, veluti graculum, quem ſata depaſcentem (Harpocrat. Suidas), vel hominem pauperem vilemque, victum ſibi ex ſpicis a meſſe relictis vel ex fruſtulis, quae in foro annonam ementibus exciderunt, tanquam σπερματα colligentem (Euſtath. ad Odyſſ. ε. 241; Caſaub. ad Theophraſt. charact. eth. p. 197). Hinc tropice adhibitum *vel* indigitat hominem loquacem et garrulum, ſiquidem graculus loquacitatis effigies eſt, *vel* hominem vilem et abiectum, nulla attentione animi dignum, ουδενος λογου αξιον, Caſaub. l. c. Ita h. l. accipiendum videtur, quod et Lutherus verſione expreſſit; neque enim vrbes vicosque obambulans Iudaeus, ex gente deſpicatui habita, et ex inferiore hominum ſorte, dignus videbatur, cuius ſermonibus reſponderent, occurrerentque. Praeferrem equidem, dummodo per loquendi morem liceret, eam ſignificationem, quae hominem nugatorem et blateronem indicat, qui profert, quidquid in buccam venit, et verba ſua tanquam ſemina diſpergit, φλυαρον (Heſych.), ευρυλογον, ακριτομυθον (Suidas). Sed id debuiſſet efferri per λογοσπορος forma inuerſo modo compoſita. Videtur tamen et noſtra haec forma a Graecis agnita, ſiquidem verbum σπερμολογειν de eiusmodi hominibus vaniloquis adhibetur a Philoſtrato vit. Apollon. 5, 20. Ξενα δαιμονια, noua numina, nouas religiones. Καταγγελευς: vox inſolita, ſed tamen ad analogiam effecta. Non cum indignatione haec proloquuti videntur, vt Paullum id crimini verterent, vt quondam Socrati, eumque in ius raperent; ſed

Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο).
19 Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον
ἤγαγον, λέγοντες· δυνάμεθα γνῶναι, τίς ἡ καινὴ
20 αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; Ξενίζοντα
γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· βουλό-
μεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι.
21 (Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι
εἰς

cum admiratione quadam, vnde curiosiores adhuc reddebantur animi, noua audiendi semper cupidi. Ὅτι – ευηγγελιζετο glossa esse videtur, sensu hoc: "et hoc iudicium, noua a Paullo numina inferri videri, idcirco ferebant, quia de Iesu et resurrectione erat loquutus, vnde bina noua numina, deum Ιησουν et deam Ἀναστασιν audiisse sibi videbantur." Si tamen et has voces ab Atheniensibus profectas malis, vocem αναστασιν et in textu littera maiuscula scribas Αναστασιν: sed tum debuisset scribi ευαγγελιζεται: neque Athenienses adhibuisse credo vocem ignotam hoc sensu graecis auribus ευαγγελιζειν.

v. 19. 20. Επιλαβομενοι, non vi et obtorto collo, sed leniter prensata manu, vt Marc. 8, 23; Luc. 9, 47. Αρειος παγος, collis Martius, Areopagus, celeberrimus Athenarum locus, non procul ab ακροπολει, vbi perpetuum iudicium frequentabatur, vndeque ab editiore colle amplissimus in vrbem prospectus patebat. Caeterum consulendi de nobilissimo hoc loco sunt scriptores antiqu. graec. Pausan, Attic. L. I, c. 28; Perizon. ad Aelian. V. Hist. 5, 15; Meursius, qui singularem de Areopago librum scripsit etc. Δυναμεθα γν. interrogatiue accipiendum, neque sunt audiendi, qui indicatiue legunt ου δυναμεθα. Καινη scoptice dictum videtur. Ξενιζειν non solum est *hospitio excipere peregrinum*, sed et *percellere aliquem et nouitate rei quasi peregrinae percutere et perturbare* (*befremden*), 1 Petr. 4. 4. 12.

v. 21 legatur parenthetice, siquidem glossam continet de indole Atheniensium, quae tamen non tam a Luca, quam a seriore forsan manu addita videtur, quia miros nos profecto haberet, Theo-

εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.

Σταθεὶς

Theophilum, et ipsum natione Graecum Romanumue de Atheniensium indole edoceri a peregrino Iudaeo. Cf. notata in var. lect. ad c. 8, 37. Prorsus aliter se habet res, si Paullum de Cretensium natura coram Tito loquentem audimus Tit. 1, 12. Ἐπιδημοῦντες ξένοι, qui ex caetera Graecia aliisque terris Athenis ad tempus commorari solebant. Eiusmodi peregrinis referta semper solebat esse vrbs nobilissima. Theophr. char. eth. c. 4. Ευκαιρειν εις τι vel τινι resp. lat. *vacare*, *studere alicui rei:* Ita ap. Polyb. et Philon. cf. Lösn. ad h. l. Καινοτερον: expressiue h. l. comparatiuus ponitur pro positiuo, quasi το καινον iam obsoletum sit, et καινοτερον τι audire iuuet. Ita Theophr. char. eth. c. 8, vbi vid. Casaubon. Cf. Gatack. de stylo N. T. c. 25, p. 137. Caeterum idem de Atheniensibus iudicium proferunt scriptores Athenienses ipsi aliique auctores, Theophr. l. c.; Plutarch. περι πολυπραγμοσυν.; Demosth. Philipp. I: ἡμεις – ουδεν ποιουντες ενθαδε καθημεθα, μελλοντες αει – και πυνθανομενοι κατα την αγοραν, ει τι λεγεται νεωτερον. Plura loca videsis ap. Wetst. ad h. l.

Quaesitum est, quare ad Areopagum ductus ab Atheniensibus Paullus fuerit: voluntque permulti, ea de caussa id factum esse, vt coram iudicio ibi accusaretur, quod noua numina inferre fuerit conatus. Etenim illud, vt par erat, licet publico scito extranea numina nonnunquam admittebantur, at priuatis tamen hominibus vetitum erat et nefas vel maxime, sicuti ex caussa Socratis constat ex Xenoph. Plat. Aristophane, Val. Max. Lib. I, c. 1, extern. 7; cf. supr. 16, 21. Iam, quia in Areopago in primis de rebus ad religiones pertinentibus iudicia habebantur, violenter in ius raptum fuisse Paullum (επιλαβομενοι, ηγαγον v. 19) volunt, vt ibi caussam suam oraret. – Sed ab hac sententia iam dudum abiere intt. clarissimi, voluntque, Paullum amice ab Atheniensibus a foro ad Areopagum esse abductum, locum amplum et spatiosum, a nobilioribus ferme hominibus (non αγοραιοις, vt supra v. 5) frequentatum, et a forensi strepitu tutiorem, vnde simul omnis fere vrbs oculis

22 Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς

oculis perlustrari poterat: Et sane nulla vestigia cernimus, iratos se hic gessisse Athenienses et indignabundos, sed non nisi curiosos, falsosque irrisores: omnis porro oratio Paulli, quae subsequitur, non apologeticum sed didacticum dicendi genus refert: et quae orationem insequuta fuisse leguntur, non similia sunt eis, quae orationes apologeticas alias in nostro libro excepisse leguntur, sed non nisi effectum ob oculos ponunt, quem ad animos permouendos protulerit et haec oratio, aeque ac caeterae libri nostri orationes didacticae. Descenderunt ergo in posteriorem hanc sententiam intt. nobilissimi, Beza, Grotius, Michaelis, Rosenmüller, Dinndorf ad Morum etc. quibus lubentissime assentio.

v, 22. En iam Paullum in Areopago stantem, atque ibi ad Athenienses publice verba facientem. Oratio mirum quantum discrepat ab eis, quibus Iudaeos, et alios quoque paganos alloquitur. (cf. prolog. p, 37. 38), siquidem res hic ei est cum scholis philosophorum acutissimorum disertissimorumque. Proinde longe alia via incedendum erat: neque negare possumus Paullum et in hac oratione sapientissimum, quantum exspectari poterat ab homine, graeca doctrina non penitus imbuto, se gerere, et satis bene omnia attemperare. Et dictio quoque ad elegantiam Atticam proxime accedit, et ab Hebraismis, quantum fieri potest, cauet. Sed καινην διδαχην frustra hic quaerimus. Eadem iam a Socrate etc. audiuerant Athenienses, siquidem orationis summa eo tendit, vt a vana superstitione ad vnius veri Dei cognitionem cultumque internum eos traducat: id modo καινον inest, quod simul de magno illo veri numinis legato, Iesu Christo, qui reditu suo ex mortuis talem se vere probauerit, simulque et nostrae resuscitationis spem fecerit, eos edocet. Et satis opportunam auspicandi argumenti sui occasionem mutuatur a nimia Atheniensium religione, qui inter tot aras templaque, ne quod numen offenderent, et ignotis Deis aram dedicauerant. In persequenda autem argumenti sui tela Epicureorum potissimum Stoicorumque rationem

ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Διερχόμε- 23
νος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν
εὗρον

nem forte habuit, quia plura orationi insunt, horum placitis aduersantia: sed possunt eadem et vniuersim esse prolata, nullo specialiore ad hanc illamue philosophorum Atheniensium sectam respectu habito. Hoc ferme ordine incedit oratio: 1) admiror nimiam vestram religionem, quae ignoto adeo Deo templa dedicat v. 22. 23: 2) sed hic Deus, cuius praeco ego sum, nullis templis continetur, omne vniversum vi sua et praesentia implens et perfundens v. 24-28; 3) veriorem ergo et a superstitione puriorem cultum ei adhibeamus necesse est, maxime quum praeterierint ignorantiae tempora, clariorque per Iesum in vitam reuocatum lux effulgeat v. 29-31. Σταθεις, non coram iudicio, sed coram populo, concionabundus: ita supra 2, 14; 27, 21. Εν μεσῳ pro εν simpl. Δεισιδαιμων alias in peiorem partem accipitur, vt sit: superstitiosus, egitque Theophrast. in charact. eth. etiam περι δεισιδαιμονιας, peiori hoc sensu, char. 16. Pollux lib. I, c. 1, §. 21: ευσεβης, θεων επιμελης· ὁ δε υπερ τιμων, δεισιδαιμων και δεισιθεος. Sed facile apparet, male sibi ita ad beneuolentiam Atheniensium captandam viam sternere Paullum. Proinde in bonam partem accipiatur, qua synonym. est ευσεβης, ita tamen, vt nimiae simul ευσεβειας notio inuoluatur; Schol. ap. Matthaeium bene: πολυθεεστερους: *gar zu religiös* opposit. τῳ: parcus Deorum cultor et infrequens, Horat. Od. 1, 34. De hoc vocis significatu plura videsis ap. Krebs. ex Ios. ad h. l. Cf. LARDNER credibility of Gospel history B. 1, ch. 8 etc. Prorsus id exprimit Atheniensium indolem, quos e. gr. Ioseph. c. Apion 1, 12 appellat ευσεβεστατους των Ἑλληνων: simulque hoc elogio audientium animos sibi conciliat orator, quasi dicere velit: *bey euch hoffe ich etwas ausrichten zu können: denn ihr seyd überall so zur Religiösität gestimmt, so sehr für religiösen Eindruck empfänglich, dass auch meine Lehren gewiss einigen Eindruck machen werden.*

v. 23. Σεβασμα, quodcunque σεβεται, religiose colitur, deorum simulachra, templa, arae etc. cf. Kopp. ad 2 Thess. 2, 4; Hist. Drac. v. 32;

εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· ἀγνώστῳ Θεῷ.

32; Sapient. 14, 20; 15, 17. Αγνωστῳ Θεῳ. "Tam religiosos vos et δεισιδαιμόνας geritis, vt in tanta simulachrorum, ararum etc. copia et *ignoto* adeo *numini* aram dedicaueritis, ne, si forte quod omisissetis, in eiusdem iram poenamque incurreretis." Sensum videmus planissimum et cum sequentibus cohaerentem aptissime. Sed tamen mirum quantum exercuit hic locus intt. ingenia, siquidem ex graecis auctoribus discimus, Θεοις αγνωστοις quidem in forma plurali aras apud Athenienses inscriptas fuisse (Pausan. descript. Graec. I, 1 de portu Phalereo: βωμοι Θεων ονομαζομενων αγνωστων. Cf. Philostrat. Vit. Apollonii VI, 3) non tamen singulam aliquam aram forma singulari: Θεῳ αγνωστῳ. Permulta in hunc locum perperam et incassum scripta sunt: optime omnium rem dispexisse videtur perillustr. *Eichhorn: Ueber den unbekannten Gott zu Athen*, in Biblioth. B. 3, St. 3, S. 413 sq. cuius sententiam, quia nihil habeo, quod melius rectiusque addam, adscribo. Plures ex hac sententia arae Athenis fuerunt ex remotissima antiquitate, quum ars scribendi nondum recepta vsu fuisset: nulla ergo inscriptio inerat aris. Has tamen aras postea Athenienses non destruxerant, ne cuius numinis iram prouocarent, sed ignorantes, cuinam numini dicata fuerit, inscripserunt: αγνωστῳ Θεῳ. Fuere ergo plures arae, quae singulae inscriptae erant Θεῳ αγνωστῳ, forma singulari, non: *dem unbekannten Gotte*, sed: *einem unb. G.* Ex pluribus his aris nonnisi vna Paullo in oculos incurrit, vnde is, singulo alicui Deo ignoto dicatam esse vnam illam aram ratus, viam sibi ad argumenta sua persequenda sternit commodissime. — In hac ergo explicatione nos quidem acquiescamus, aut potius faciliorem illam praeferamus, potuisse Athenis repertam esse et aram Θεῳ αγνωστῳ inscriptam, etiamsi nil de eadem apud scriptores classicos memoratum legamus, quandoquidem ex silentio auctorum nil sequitur. Sed nimios profecto hic sese gesserunt interpretes, vt qui summo cum labore, sed incassum, opinor, conciliare ea, quae de hac inscriptione hic reperiuntur, annisi sunt eis, quae in scriptoribus classicis

Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγ-

classicis passim occurrunt, testimoniis. Proinde loca e Pausania et Philostrato supra laudata (quibus adde Hieronymum in commentar. ad Titum, qui hanc inscriptionem Athenis a se lectam testatur: Θεοις Ασιας και Ευρωπης και Λιβυης, Θεοις αγνωστοις και ξενοις, vt ara illa peregrinis potissimum destinata fuisse videatur, in qua suis numinibus sacra facere possent), ita ferme, aut paullo aliter, sed eundem in sensum, explicarunt multi, vti modo expositum est, βωμους αγνωστων Θεων indicare aras plures, quarum vnicuique inscriptum singulariter fuerit Θεῳ αγνωστῳ; licet et indicari istis vocibus possint plures arae, quarum cuiuis pluraliter inscriptum fuerat Θεοις αγνωστοις. Alii tamen idcirco pluralem inscriptionem in singularem a Paullo versam fuisse volunt, quo facilior ad sequentia, in quibus monotheiam commendare susceperat, via sterneretur, quae tamen sententia merito reprobanda videbitur, quandoquidem coram Atheniensibus prudentissimis vix committi poterat istiusmodi inuersio, omnemque ii de vno Deo disputationem illico repudiasse credendi sunt, quod lubrico et infirmo fundamento erat superstructa. Itaque alia auctorum veterlorum loca circumspexerunt, in quibus singularis eiusmodi inscriptio deprehenderetur, inueneruntque in Diogene Laertio Lib. I, Sect. 10 de Epimenide locum, in quo suadentur Athenienses θυειν τῳ καθηκοντι Θεῳ, et βωμοι των Αθηναιων ανωνυμοι memorantur. (Cf. Macrob. Saturnal. 3, 9). Sed ea male huc quadrant, siquidem caruisse potius omni omnino inscriptione illas aras, quam Θεῳ αγνωστῳ inscriptas fuisse, inde apparet. At Luciani locus in Philopatride c. 9 et 22 habet quidem νη τον αγνωστον Θεον et ἡμεις δε τον εν Αθηναις αγνωστον εφευροντες και προσκυνησαντες etc. sed haec ipsa scoptice et ironice, forte in Paullum ipsum, dicta sunt, vnde pessimum sane ex h. l. argumentum ducitur. Frustra igitur et perperam adducuntur omnia auctorum classicorum testimonia, nec quidquam superesse videtur, quam amplecti alterutram explicationem earum, quas supra proposuimus, quibuscum conspirant amicissime, quae suadentur a Thorkelin BADEN, in

24 καταγγέλλω ὑμῖν. Ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν
κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ
25 γῆς κύριος ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς
κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύε-
ται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν
καὶ

in disputat. *Arae Deo ignoto dicatae caussas ex antiquissimae religionis natura probabiliter esse repetendas, contra Diog. Laert. narrationem*, vbi inscriptio derivatur ex veteris aeui superstitione, quae omnia numinibus repleuerit, neque phaenomena naturalia omnia nominibus iustis compellare calluerit. — Inutilior his, quae adhuc adducta sunt, videtur quaestio illata a nonnullis; quod si vere adfuerit Athenis ara, αγνωστω Θεω inscripta, quinam Θεος ea inscriptione potissimum indicatus sit. In qua soluenda alii, e. gr. Olearius, ad Isidem Aegyptiorum respiciunt, cui numini in vrbe Saitica inscriptio fuerit: τον εμον πεπλον ουδεις πω θνητος απεκαλυψε (ergo αγνωστον numen fuit): alii ad verum Iouam, cuius notio subobscurior a Iudaeis ad Aegyptios, et ex Aegypto in Graeciam et Athenas peruenerit: alii aliter. Profecto sicuti saepe alibi, ita et h. l. multa opera incassum, nemine poscente aut desiderante, adhibita et perdita est.

v. 24. Ita iungas prioribus: Et recte quidem ista: adest eiusmodi Deus vobis ignotus, totius vniuersi creator et opifex: sed aras, templa etc. non est quod ei exstruat δεισιδαιμονια vestra, siquidem etc. — Sententias similes vid. c. 7, 48; 14, 15; Cic. Nat. Deor. 1, 9. Minuc. Felix in Octav. etc.

v. 25. Θεραπευειν, curam gerere, ministerium adhibere, cibum, potum, aliaque ad corporis curam pertinentia suggerendo. Hinc conuenientissime transfertur vox ad cultum, quem idolis praestiterunt pagani, qui sacrificiis, lustrationibus etc. quasi fouebant ea. Ita Xen. Mem. Socr. 2, 1, 28 etc. Sed non perinde manibus ministerioque externo θεραπευεται numen christianorum hominum, quia id nullius rei indiget, προσδειται. Τινος non *hominis*, *ministri*, sed *rei*, *quae suppeditatur*, cibi, potus, domicilii etc. Πνοη spiritus vitalis, synon. ζωη.

καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς 26
αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν
τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας ~προτεταγμένους
καιροὺς καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν,

~προστεταγμένους ζητεῖν

VARIAE LECTIONES.

v. 26. Pro προτεταγμενους legunt προστεταγμενους ABDE, 40 alii ap. Wetst. Griesb. et Birch. 9 ap. Matth. Syrr. Arr. Copt. Aeth. Vulg. It. Clem. Al. Chrysost. Theophyl. Oecumen. Vtraque vox denotat *praefinita*, *constituta* tempora, sed προστετ. insolentius, quum propr. sit *iussa*, *praescripta*. Ergo lectio difficilior praeferenda erit, sicuti et in textum recepta est a Griesb. probante Matthaeio etc.

ζωη. Ita Sirach. 33, 25. Και τα παντα, omniaque, quibus homo indiget. Ita legendum cum textu communi, non κατα παντα, quod et Lutherus expressit, quod tamen ex v. 22 fluxisse videtur, licet in codd. nonnullis grauitate conspicuis, e. gr. in B inueniatur. Caeterum Epicureorum placitis, qui Deos vitam beatam et tranquillam semper agere, nulla hominum cura habita, existimabant, haec toto diametro esse opposita, liquet.

v. 26. Latius sententia effertur: *omnibus hominibus ab hoc Deo vitalis aura est concessa.* Ἐξ ἑνος αἱματος, ex vna omnibusque communi stirpe, ex vno Adamo: ita αἱμα pro *genere*, *stirpe* in omnibus linguis vsurpatur. Hom. Il. τ, 105; Pind. Nem. 3, 114. In pluribus codd. nec non in B omnino abest αἱματος. Προσωπον γης ornatius pro s. π. γην, nolim ergo Hebraismum hic quaerere. Post ανθρωπων potest abesse comma, potest et addi, sed minus bene, vt κατοικειν sumatur pro ὡστε κατοικειν. Opposita esse creduntur haec a nonnullis, sed argutius, vt videtur, Atheniensium fastui, qui αυτοχθονας se iactitabant, Aristoph. Vesp. v. 1071, cf. Wetst. ad h. l. — *Sed idem Deus tempore constituto et suo omnes homines ex vita reuocat.* Ὁρισας - καιρους sc. vitae cuiusque hominis. Ὁροθεσια terminorum designatio 2) termini et limites ipsi. Sunt qui haec cum Grotio, Wolfio, Moro etc. de

27 ζητεῖν τὸν ~ κύριον:, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου
~ Θεὸν ἡμῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 27. Pro κυριον multi ex vtraque familia teftes grauiffimi legunt θεον, prob. Griesb. Et forte cauit Paullus, ne in oratione coram Athenienfibus habita diceret κυριον, quae vox eo fenfu, quo in N. T. occurrit, inaudita erat graecis auribus. — *Ibid.* pro καιτοιγε legitur καιγε, quod in altera editione praetulit Matthaei.

de limitibus regionum ab hoc illoue homine inhabitandarum ficuti καιρους de variis rerum geftarum aetatibus intelligant, quod alii Dauidis, alii Cyri, alii Alexandri aetate, alii in Gallia, alii in Graecia, Perfia etc. vixerint, quae cuncta non a fingulorum hominum, fed ab vnius Dei voluntate pendere: fed rectius et haec, vt modo antecedentia, vitae humanae terminos defignare videntur, fiquidem vita humana haud raro cum habitatione, peregrinatione etc. confertur, veluti Genef. 47, 9. Nil ergo hic quaerendum dixerim praeter fententiam, ornatius tamen expreffam: Deus, creator hominum, conftituit et tempus mortis eorundem.

v. 27. Ζητειν i. e. ὡστε, feu εις το ζητειν, vnde et reiiciendum comma poft ανθρωπων v. 26. Alii cum Boltenio infinitiuum pro imperatiuo pofitum volunt, quod tamen vetant verba ψηλαφησειαν et ευροιεν. Eft autem ζητ. τ. κυρ. cognitioni veri numinis incumbere et ex certo naturae vitaeque humanae ordine ad Deum rectorem concludere. Eft expreffum ex vulgari apud Hebr. loquendi modo דרש את יהוה, qui de piis Iouae cultoribus adhibetur, qui, omnibus rebus aliis miffis, id modo agunt, vt verum numen cognofcant, ament, colant, Pf. 9, 11; 14, 2; Ief. 65, 11 etc. Caeterum et hanc phrafin et vocem κυριον, fi modo eam protulit P. (cf. Var. lect.), licet infolentiorem eo fenfu apud Graecos, facillime tamen intellexiffe Athenienfes credi poteft. Ψηλαφαν, tangere, tangendo et palpando quaerere et inuenire, Ariftoph. Ecclefiaz. v. 314. Ει αρα γε et και τοι γε particulae atticae: *vielleicht dafs fie ihn finden, doch was fage ich: vielleicht? er ift ja nicht fern*

ἡμῶν ὑπάρχοντα· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινού- 28
μεθα καί ἐσμεν, ὡς καί τινες τῶν καθ᾽ ὑμᾶς
ποιητῶν εἰρήκασι·

τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νο- 29
μίζειν, χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ, χαράγματι
τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι
ὅμοιον.

fern etc. Cuique obuia est ex operibus div. et ex nostra ipsorum vita Dei cognitio.

v. 28. Ζωμεν, κινουμεθα, εσμεν tria synonyma ad exprimendam fortius sententiam: "quidquid habemus, per hunc Deum nobis concessum est." Eam sententiam iam illustrat allegando loco non ex V. T. sed ex poetis graecis: του γαρ και γενος εσμεν. Legitur hoc hemistichium apud Aratum in phaenomenis v. 5, quod de Ioue, quem summum Deum habebant Graeci, dictum indubie in mente habuit et ad verum Deum adhibet P. Sed et alii Graeci et Romani eandem sententiam efferunt, vnde τινες, non τις, dictum esse volunt, sed praeter necessitatem: Cleanth. hymn. v. 4. Pindar. Nem. Od. 6, et similia Theocrit. 8, 33; Lucret. II, 990; Ouid. Met. 4, 608, et alibi. cf. Wetst. Caeterum prudentem cordatumque se gerit P. quod cum Graecis rem habens ex Graecis auctoribus argumenta depromit (1 Cor. 9, 21): sed cauendum erit et hic, vti ad Tit. 1, 12, ne nimium de doctrina Paulli in graecis auctoribus optime versati contendamus. Cf. ad Tit. 1, 12 et in epimetro p. 266; et maxime excursum 6. *Henkii* ad Paley horas Paullinas p. 449 sqq., et *Michael.* Einleit. Th. 1, p. 163.

v. 29. Χαραγμα figura caelata, aere seu lapide exsculpta, dein effigies omnino. Ενθυμησις, cogitatio, conceptus, ingenium: cum τεχνης iunctum, est: quodcunque ars et ingenium humanum excogitauit, effigies, quam humana ars expolivit. Sententia vera et sublimis, quae et in philosophorum vett. scriptis nonnunquam occurrit, e. gr. Senec. epist. 31: "non potest ex auro aut argento

ὅμοιον.
30 Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς τὰ νῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι

argento imago exprimi Deo ſimilis." Argumentatio Apoſtoli eo videtur redire: "quia nos ſumus proles div., Deus ipſe, vt pater et creator noſter, nos ipſos natura et dignitate antecellat neceſſe eſt; quanto magis lapides et figuras inanimatas, quibus nos ipſi, quamquam non niſi filii Dei, ſuperiores ſumus." Vel ſimpliciter id infert: "quia a ſummo numine ortum ducimus, notiones quoque et ideas de ſummo numine adhibeamus neceſſe eſt, dignas eis, qui tam honorifica origine gloriantur." — Praeclara profecto omnia, quae Apoſtolus eloquitur, quibus hactenus quidem nil obuertere potuiſſe Athenienſes vel ſapientiſſimos crediderim. Quae tamen ſtatim addit, e chriſtianorum philoſophia adiiciuntur, atque ea, vtpote inaudita Athenienſibus, parumque intellecta, riſui habentur et contemtui.

v. 30 ita iungatur: Et nihilo tamen ſecius tam diu ſub humanae artis figuris numen colere potuit humanum genus? Sed Deus hactenus quidem tulit tantos errores: iam vero meliora per Ieſum Chriſtum humanum genus edocet. Αγνοια, ignoratio verae Dei naturae, 2) peccata exinde orta. Ὑπεριδων varie explicatur: 1) Deus iſtos errores cum indignatione et deteſtatione deſpexit: *er zeigte ſich weit über ſie erhaben;* ita apud LXX hoc verbum, reſpondens Hebr. התעבר, adhibetur Deut. 3, 26; Pſ. 77, 65 etc. Plutarch. πονων και ἡδονων ὑπεριδειν, i. e. καταφρονειν (Heſych.): ſic accipiunt multi, e. gr. Wolfius, Lösner, Schleusner etc. 2) rectius, vt videtur: "ſimulauit, ſe non videre eos," i. qu. παρορᾳν, idque eſt tam: *non curauit, permiſit,* quam: *condonauit, tulit:* ita Grotius, Krebs etc. Caeteras explicationes, veluti Hombergii coniecturam in parerg. ſacr. ὑπερειδων, *ſuffulciens* merito tacemus. Eſt ergo ſenſus, Deum errores, qui adhuc obtinuerint, aequo ac benigno animo tuliſſe, conniuendo cum humano genere, prodibitque eadem ſententia, quae ſupra c. 14, 16 aderat, et Rom. 1, 21 ſqq. et paſſim alibi inuenitur. Πασι πανταχου emphatice. Μετανοειν corrigere errores et in rectam ſententiam tranſire, ſimulque deteſtari flagitia,

πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν· διότι ἔστησεν ἡμέραν, 31
ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ ἐν
ἀνδρὶ

flagitia, ex falsa numinis cognitione oriunda.

v. 31. Et quia clariore iam luce Deus homines imbuit, statuto tempore et suo rationem quoque reposcet, num eam receperint gentes, intellectumque illustrandum et mores emendandos ei praebuerint: idque exquiret per eundem virum, per quem omnibus ad clariorem istam lucem viam patefecit, quemque e mortuis ad vitam reuocatum tam grauium rerum iudicem verum et competentem omnibus hominibus declarauit. Ἡμεραν tempus aliquod certum. Κρινειν, sc. quatenus meliori luce ad intellectum moresque formandos vsi sint. Την οικουμενην, i. e. παντας πανταχου (v. 30) ανθρωπους, ad quos ista lux penetrauit. Εν δικαιοσυνῃ pro δικαιως. nemini conniuendo, neminem laedendo. Sunt ergo τα: εστησε ἡμερ. — δικαιοσυνῃ opposita prioribus v. 30: τους χρονους τ. αγνοιας ὑπεριδων. Iam non amplius ὑπεριδει Deus. Εν ανδρι iunge prioribus: μελλει κρινειν: idque iudicium committet eidem legato, quem in terras misit. Πιστις h. l. id, quod fidem facit, argumentum probans. Is et apud profanos vocis sensus. Cf. Raphel. ex Polyb. ad h. l. πιστιν παρεχειν argumentum proponere, quo obtineamus, vt alter nobis credat. Πασιν, vt v. 30: Sens. *Neque argumentis probare neglexit Deus, hunc ανδρα a se ὡρισμενον, iudicemque constitutum adeoque ab omnibus agnoscendum esse.* Αναστησ. etc. *siquidem ex mortuis in vitam redire eum iussit.* Ita rectissime cum multis intt. e. gr. Fischero prolus. de vitiis lex. N. T. p. 39 sq. aliisque locus explicandus videtur, in quo interpretando in varias admodum vias abierunt intt. Sunt quippe, qui non de iudicio, quod rediturus postea in terras Messias habiturus esse in N. T. legitur, sermonem hic esse velint, sed de tempore, quo Iesus homo inter homines in terris exstitit, atque praestantissima et iustissima doctrina sua εκρινε, i. e. confutauit homines et ad meliora duxit, seu tentauit, num ad meliora traduci possent. Iam διοτι foret *siquidem*, prioribusque ita iungerentur haec: "Non iam ὑπεριδει errores humanos Deus, sed omnibus

ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. — —

32 Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου.

bus viam ad meliora cognoſcenda peragendaque ſternit, ſiquidem conſtituit ἡμερχν, i. e. temporis aeuique noſtri periodum, qua omnes homines de erroribus ante habitis conuincere, et veriora docere voluit, omnibusque ſimul nouum rerum ordinem vt aptiſſimum acceptiſſimumque commendavit, quia eum, per quem ille inductus eſt, ſuum filium legatumque reſuſcitatione eius comprobauit." Hanc ſententiam ab aliis quoque intt. agnitam nuperrime commendauit Ven. Stange in *theolog. Symmikt.* Band 3, no. 7. Equidem commodiſſimam hanc interpretationem praeferrem, et vocem κρινειν eodem fere ſenſu explicarem, quo κατακρινειν Rom. 8, 3 in ſingulari commentatione in illum locum Gott. 1791 explicaui: ſed vox δικαιοσυνη offendere videtur, quae non bene exprimet veriorem doctrinam, qua Chriſtus εκρινε, confutauit, errores priſcos. — Sed et in vocibus πιστιν παρασχων πασι maxime differunt intt. et ex vulgari interpretatione ſenſus eſt, Deum omnibus hominibus notitiam doctrinae diuinae impertiiſſe; ſummique olim ponderis in dogmatice habitus eſt hic locus, de verbo ſaluifico, quo Deus fidem operatur in omnibus non reluctantibus. Sed haec explicatio rumpit et lacerat rerum propoſitarum nexum. Quod ſi alii πιστιν per *fiduciam* explicant, animumque Ieſu obſequendi procliuem, eadem, quae nos, dicunt, ſed aliter. Sed longius abit Boltenius, qui commate poſt ωριτε deleto et ante εν ανδρι poſito, τα εν ανδρι cum πιστιν iungit, pro εις ανδρα: Deus fiduciam hominibus conceſſit in illum hominem, quem conſtituit etc. quod eſſe duriſſimum nemo non videt.

v. 31. Adhuc quieuerant auditores, quia res protulerat, philoſophis ſubactiſſimi ingenii neutiquam ſpernendas. Iam vero quum ea addat, quae ex Chriſtiana doctrina Athenis inaudita erant depromta, riſu interpellant

τούτου. Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου 33
αὐτῶν. Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ ἐπίστευ- 34
σαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ
ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.

Μετὰ

pellant oratorem. Et ſane periculum erat, ne P. latius hanc telam percurſurus, plura ex Iudaica dialectice admiſcuiſſet, quae acumine et ſubtilitate longe inferior, taedio eſſe debuerat philoſophorum Graecorum ingeniis. Εχλευαζον, quia de reſurrectione loquutus erat, quod dogma ridiculum Athenienſibus, maxime Epicureis, videbatur: forte et, quod minus acute diſputaviſſe viſus erat orator, vt qui fortaſſe *vni* arae, *αγνωστω Θεῳ* (*dem* unb. Gott) inſcriptae, omnia orationis argumenta falſo, ſuperſtruxiſſet, quum *plures* eiusdem inſcriptionis, *einem* unb. G., exſiſterent. *Ακουσομεθα σε παλιν* etc. Credunt nonnulli e. gr. Roſenmüllerus, Stoicos inprimis alio tempore de his cum Paullo colloqui voluiſſe, quia illi reſtitutionem mortuorum non impoſſibilem putaſſent. Sed vix his verbis exprimitur plura audiendi deſiderium: imo nauſea et taedium, quod oratorem finem loquendi facere cupiebat, neque tamen violenter et ruſtice ſilentium imponere volebat. Pariter ferme agit Felix c. 24, 25; Pilatus Io. 18, 38 etc. Nolimus omnino nimis anxie Epicureos ſolum et Stoicos in hac oratione inueſtigare et circumſpicere.

v. 34. *Διονυσιος*, nomen frequentiſſimum apud Graecos. *Αρεοπαγιτης* aſſeſſor iudicii illius, quod in Areopago haberi ſolebatur. Gloriari ergo poterant Chriſtiani, grauiſſimum hominem ad caſtra ſua tranſiiſſe. Sed id ipſum in cauſſa fuit, quod multa falſa et fabuloſa de hoc Dionyſio circumferuntur, fuiſſe eum Athenienſis eccleſiae epiſcopum etc. Et merito habentur pro ſuſpectis, qui hodienum ſub eius titulo libri circumferuntur: de Hierarchia coeleſti etc. *Γυνη* ſiue coniux Dionyſii ſiue alia. *Δαμαρις* id. qu. *δαμαλις*, vt Grotio videtur, (nam ρ et λ permutantur frequenter apud Graecos) eſt vacca, iuuenca, quod in muliebre nomen abiit, vt ſupra *δορκας*, c. 9, 36. Alii

I 4 diminu-

Cap. XVIII. 1 Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἦλθεν εἰς Κόρινθον.
2 Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον, ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον, χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης) προσῆλ-

diminutiuum habent a δαμαρ, vxor, q. d. *vxorcula*.

Cap. XVIII. *Paullus Corinthi*. Et hic cernimus Apostolum in alia nobilissima Graeciae vrbe, non tam ob doctrinam sapientiamque, quam ob opulentiam mercaturamque insigni. Dolendum et hic est, Lucam non adfuisse Corinthi Apostolo, adeoque breuiorem reddi narrationem, quum, si plura scripta fuissent, plura in epistolis, quas Corinthiis scripsit P., clarius illucescere gauderemus. Inuenit autem P. hic Corinthi Aquilam et Priscillam, Iudaeos Romanos, qui ad Christum conuersi et ipsi euangelio praedicando deinceps operam nauant, et famam aliquam consequuti sunt; simul redeunt sodales, Silas et Timotheus, a quibus Beroeae erat diremtus c. 17, 14: longiusque hic commoratus, forsan, quia in tam claro emporio opificium benigniorem quaestum suppeditabat, et tam opificio incumbens, v. 3, quam publice in synagoga docens v. 4, multaque secunda et aduersa expertus, post annum cum sex mensibus vrbem (v. 11) reliquit, v. 18, atque per Syriam, Caesaream, Hierosolymam perrexit, vnde reuersus Antiochiam tendit, v. 22.

v. 1. 2. Aquila et Priscilla, nomina Romana, quae vterque Romae forsan nactus erat, quum ex Ponto oriundi, vbi multi degebant Iudaei, aliis forsan nominibus vterentur. Διὰ το διατετ. Meminit huius edicti Sueton. Claud. 25. Saepius eiusmodi edicta contra Iudaeos Romae prodibant, sed non diu auctoritatem suam seruasse videntur, siquidem subinde Romae denuo adsunt Iudaei, veluti c. 28. Προσηλθεν αυτοις: familiaritatem cum eis iniit, tum vt noua ex vrbe audiret, tum, vt et hos ad Christianismum adduceret: quod indubie successit; infra v. 26: et Rom. 16, 3; 1 Cor. 16, 9; 2 Tim.

προσῆλθεν αὐτοῖς. Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, 3
ἔμενε παρ' αὐτοῖς καὶ εἰργάζετο (ἦσαν γὰρ σκηνο-
ποιοὶ

2 Tim. 4, 19, nisi iam Romae Christi castra eos sequutos esse cum quibusdam malis. Cf. de his *Koppius* ad Rom. 16, 3; *Paley* hor. paull. vers. Henk. S. 527.

v. 3. Ὁμότεχνος eandem artem manuariam exercens: ita dicitur ὁμόφυλος, ὁμοπάτωρ etc. Εἰργάζετο; manu laborabat, victumque inde sibi parabat. Ita proprie haec vox dicitur: Luc. 13, 14; 1 Cor. 4, 12; 1 Thess. 4, 11 etc. Σκηνοποιός varie explicatur 1) qui conficit stragulas, aulaea, *Decken-, Matratzen-, Tapetenwirker*. Ita Lutherus, Morus etc. 2) pro σκηνοῤῥάφος (Ael. V. H. 2, 1), qui ex corio, pellibusque conficit ea; qualia apud nos conficere solent ephippiarii (*Sattler*) 3) qui tentoria minora portatilia fabricatur, quibus in terris orientalibus, solis aestui expositis, frequentissime vti solebant viatores aliique: σκυτοτόμος, σκηνοῤῥάφος apud patres, vid. Suicer. Thesaur. p. 982. Hanc artem Paullum post conuersionem suam in Arabia edoctum fuisse volunt, Gal. 1, 17. Ita a plerisque explicatur, veluti Schleusnero, Rosenmüll. etc. 4) Michaelis, ex Iul. Polluce Lib. 7, §. 189, vbi legitur: τους δε μηχανοποιους και σκηνοποιους ἡ παλαια κωμῳδια ωνομαζε, innuere credit μηχανοποιον, qui conficit instrumenta maxime minora et artificiosiora (*Kunstinstrumentenmacher*), quae maioris pretii vendebantur, et in itineribus commode circumferri poterant. Omnino hic conferendus est vir doctissimus, Einleit. ins N. T. §. 216, p. 1336 sq. sed nescio, an locus Pollucis hoc sensu sit sumendus, neque potius de machinis, quibus in theatris vti solebant, loquatur Pollux. 5) Sunt tandem, qui artem panni conficiendi eum professum velint, quia Cilicia patria referta erat hircis et capris, quorum pilis ad conficiendum pannum vti poterant aptissime. Hoc autem panno in Cilicia confecto vtebantur et milites et nautae et Nomades ad stragulas et tentoria conficienda. Plin. H. N. 6, 28; Veget. R. milit. 4, 6; Serv. in Georg. 3, 112. Videatur copiosius haec exponens Ven. *Hug* Einleit. ins N. T. Th. 2, §. 76, not. Praeferam equidem explicationem vel tertiam, vel quintam. Videtur autem Aquilas opificium hoc

4 ποιοὶ τὴν τέχνην). Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ
κατὰ πᾶν σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλ-
5 ληνας. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ
τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ ˜ πνεύματι
˜ λόγῳ ὁ

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Pro πνευματι legendum λογῳ, quod comprobatur vtriusque familiae consensu, siquidem adest in ABDE, Syrr. Ar. Erp. Copt. Aeth. Vulgat. Basil. Chrysost. Theodoret. prob. et in text. recipiente Griesb. Cf. Commentar.

hoc exercuisse vt dominus artis et magister, Paullusque se ei vt socius aggregasse (Gesell). — Obseruandum hic ex Maimonide, Tract. Talmud. Tor. c. 1, §. 9, sapientes plurimos artem aliquam fecisse, ne aliorum beneficentia indigerent. Berachot. Babyl. fol. 63, 2 "omnino vnusquisque filium suum opificium honestum et facile doceri faciat." Cf. Schöttg. Hor. Talm. ad h. l. Neque neglexisse illud Paullum, plurima loca testantur, infr. c. 20, 34; 1 Thess. 2, 9.

v. 5. Σιλας και Τιμοθεος, qui Beroeae ab Apostolo relicti fuerant c. 17, 14, quosque quamprimum sequi se iusserat, 17, 15, et haud dubie iam Athenis exspectauerat, sed Corinthi demum redeuntes inuenit: cf. 1 Thess. 3, 1. 6. Διαμαρτυρεσθαι, *docere, tradere, demonstrare,* supr. 8, 25; 10, 42 etc. Ezech. 16, 2; 20, 4. Συνειχετο πνευματι. Est συνεχειν *constringere, coarctare,* ergo συνεχεσθαι πνευματι de quouis affectu tropice dici potest, quo animus quasi tenetur et constringitur: proinde et h. l. vel de *moerore* animi valebit, vel de praetrepidante *metu* (Luc. 8, 37), quia Iudaeos a se neutiquam permotum iri, imo et hic, vt vbique, sibi aduersaturos sciebat, vel potius de *studio,* quo flagrabat praedicare (διαμαρτυρομενος pro διαμαρτυρεσθαι) Iudaeis euangelium: *er fühlte einen unwiderstehlichen Trieb in sich,* cf. infra 20, 22. Sunt tamen, qui πνευμα de sp. sanct. cum Rosenmüllero interpretati vertant: "plenus Sp. S. continebatur et agitabatur, omnes ergo vires intendebat, ad euangelium praedicandum." Ex hac explicatione idem prodit sensus, quem parit lectio

ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χρι-
στὸν Ἰησοῦν. Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασ- 6
φημούντων ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια εἶπε πρὸς αὐ-
τούς· τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθα-
ρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.
Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς ὀνό- 7
ματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεὸν, οὗ ἡ οἰκία ἦν
συνομο-

lectio altera συνειχετο λογῳ (doctrina a ſe promulganda), ſenſusque verbi συνεχεσθαι, ex priore illa ſignificatione ſponte emergens, erit: *vrgeri, incitari, impelli.* Senſus ergo: "incitabatur ad euangelium promulgandum, inſtabat officio ſuo praeconis I. C., nec potuit ſe continere," recteque vertitur a Ven. Schott: *docendo aſſiduam nauabat operam,* licet et hic moeroris ſeu metus notionem retineant nonnulli, explicantes: "angebatur propter doctrinam." Michaeli tamen non aſſentiam equidem, qui vertit: "er kam beym Diſputiren etwas ins Gedränge."

v. 6. Αντιτασσεσθαι propr. *in acie contra hoſtem ſtare,* dein *reſiſtere et aduerſari* omnino: cf. Elsner. ad h. l. Εκτιναξαμενος τα ἱματια in contemtus et deteſtationis ſignum ſimile ei, quod c. 13, 51 aderat, vbi vide. Το αἱμα poena ſanguinolenta; 2) poena omnino: ſubintell. autem: τρεποιτο. Eſt phraſis ſolita Hebraeis: 2 Sam. 1, 16; Ezech. 33, 4, ſed et ſcriptoribus Graecis Romanisque, Ariſtoph. Pace v. 1063; Aeneid. 8, 483: Cf. ſupr. ad 5, 28. Καθαρος εγω, vacuus ſum a culpa, quod poenae iam grauiſſimae vobis Iudaeis infligentur ob non auditum ſuſceptumque euangelium; neque iam crimini mihi dabit quisquam, quod neglectis Iudaeis paganos praeſero, Matth. 27, 25. Longiuſcule originem phraſeos a conſuetudine illa repetere videtur Dinndorfius, qua victimarum capitibus manus ſolebant imponi, vt peccata ab offerentibus in victimas transferrentur, Leuit. 16, 21; Herodot. 2, 39. Poſt εγω poteſt poni, poteſt et abeſſe comma.

v. 7. 8. Εκειθεν, ex domo Aquilae, qui hoſpitio eum exceperat, aliud hoſpitium ingreſſus eſt, Iuſti, hominis ignoti,

8 συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχι-
συνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ
αὐτοῦ· καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούοντες ἐπί-
9 στευον καὶ ἐβαπτίζοντο. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁρά-
ματος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ· μὴ φόβου, ἀλλὰ λαλεῖ
10 καὶ μὴ σιωπήσῃς, διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ
οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι, τοῦ κακῶσαί σε, διότι λαός
11 ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἐκάθισέ τε
ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λό-
12 γον τοῦ Θεοῦ. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς
Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ
13 Παύλῳ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, λέγον-
τες·

ignoti, qui in codd. et Titus, Titius, Titus Iustus etc. vocatur. Σεβομενου τον Θεον, probabiliter proselyti (ad 13, 16), ex εθνεσι, ad quae profecturum se professus erat v. 6, conuersi. Κριστος etc. 1 Cor. 1, 14 - 17.

v. 9. 10. 11. Iam conditur ecclesia Corinthiaca, quae postea tantam famam nacta est. Res tam memorabilis et hic, vt saepe alias (e. gr. c. 10), cum apparatu maiore narratur; istiusmodi tamen somnium facillime contingere potuit Apostolo, diu noctuque de ampliando Christi regno cogitanti. Επιθησεται; siue χειρας subaudieris, *aggredietur te*, siue cum quibusdam minus probabiliter λοχον, *insidiabitur tibi*, sensus eodem redibit. Doctius ex Xenophonte Raphelius explicat: *nemo coniurabit in tuum damnum*. Εκαθισε, ישׁב, alias διετριβε, commoratus est Corinthi.

v. 12. Achaia, sub Augusto prouincia proconsularis, a Tiberio quidem Macedoniae iuncta in prouinciam Caesareensem abierat, sed a Claudio senatui reddita est, Sueton. Claud. c. 25, adeoque ανθυπατοις regebatur, qui Corinthi sedem habebant: tunc temporis a M. Annaeo Gallione, fratre Senecae, qui in praefat. ad quaest. nat. 4 eius comitatem extollit: cf. Statius Sylv. 2, 7, 32.

v. 13. Παρα τον νομον emphatice. Nam eatenus quidem

τες· ὅτι παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀν-
θρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν. Μελλοντες δὲ τοῦ 14
Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς
τοὺς Ἰουδαίους· εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούρ-
γημα πονηρὸν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχό-
μην ὑμῶν· εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ 15
ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί·
κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι· καὶ 16
ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος. Ἐπιλαβό- 17
μενοι δὲ πάντες — οἱ Ἕλληνες: Σωσθένην τὸν ἀρχι-
συνά-

VARIAE LECTIONES.

v. 17. Voces οἱ Ἕλληνες adſunt quidem in longe plurimis codd. et verſſ. probantibus Bengelio, aliisque. Sed nihilominus tamen contra tantum teſtium *numerum* tum ex rationibus internis, tum quia ex AB, Arab. Erp. Copt. Vulg. abſunt, expungendae ſunt, ſuadentibus Millio, prol. 1351, Grotio, Griesbachio etc. Sane iam per ſe patet, illos, qui Iudaicae ſynagogae praefecto verbera ingeſſerant, non Iudaeos ſed Graecos gentilesque

dem bene, quod homines perſuaſerat σεβεσθαι θεον (Iovam, tutelare gentis numen): ſed id crimini vertebant, quod cultum iſtum commendaret παρα τον νομον, contra legem Moſaicam.

v. 14. Ῥαδιουργημα: cf. ad c. 13, 10. Scelus, flagitium, *ein bürgerliches Verbrechen*. Ανεχεσθαι, patientes aures praebere. Ita ap. Aeſchin. epiſt. 7. *auſcultarem vos*, idque κατα λογον, *iure meritoque, haud ſecus, quam par eſt, pro officio meo* (exemplorum farraginem vid. ap. Wetſt.) Alii tamen per λογον *rem* et *cauſſam* indicatam eſſe volunt: *was eure Klage anbetrifft*.

v. 15. Περι λογου: de doctrina veſtra. Ονοματων: de nominibus, quibus hoc illudue apud vos appellandum ſit, e. gr. num Chriſti ſeu Meſſiae nomen conueniat Ieſu, nec ne etc.

v. 17. Σωσθενην αρχισυναγωγον. Atqui v. 8 Criſpus aderat

συνάγωγον ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν.

Ὁ

lesque fuisse, qui Iudaeorum odio animati verberibus istis assentiebant proconsuli, qui Iudaeos απηλασε, eiusque gratiam inire cupiebant, atque prouidere volebant, ne quid durius de Paullo statueretur. Ne tamen in dubio manerent lectores, sciolus aliquis iam vetustiore aetate glossam hanc vere otiosam adleuit. Sed et alia glossa adpicta est in paucis quibusdam et iunioribus Codd. quam et Chrysostomus exprimit, eaque sensu prorsus contrario et diuerso: Ιουδαιοι. Ex hac igitur sententia Iudaei ipsi Sosthenem male mulcasse dicuntur, quae si vera sunt, sumendum est, Sosthenem (1 Cor. 1, 1) iam tum ad Christi castra transgressum fuisse, et vox αρχισυναγωγον explicanda erit: "qui antea synagogae praesederat." Verum et haec glossa ex 1 Cor. 1, 1, quem locum conciliare studebant, originem duxisse videtur, restiusque vtraque glossa omittenda et breuior lectio praeferenda est.

sderat archisynagogus. Proinde vel plures Corinthi aderant synagogae, quarum alii Crispus praefuit, alii Sosthenes, vel eidem synagogae plures praesidebant archisynagogi, vel in vna eademque synagoga gubernanda Crispo, qui ad Christi castra transierat v. 8, successit Sosthenes, qui tamen et ipse postea religionem christ. amplexus est, 1 Cor. 1, 1. Ετυπτον sc. Graeci, qui caussam Paulli audierant. De Graecis intelligendum est, siue retineatur in textu vox Ἕλληνες, siue expungatur. Iudaei enim vix credendi sunt manus archisynagogo suo intulisse: at Graeci his perpetrandis fauorem proconsulis captare studebant, qui Iudaeos cum contemtu et indignatione abegerat (id enim exprimit vox ἀπηλασε): cf. var. lect. Και ουδεν τουτων — εμελε. Recte ad h. l. monet Pricaeus, praesides Romanos libenter cum eiusmodi petulantia conniuere soluisse, quo mollius iugum Romanum sederet, dummodo Romani nominis maiestas non laederetur. Sed et omnino erga Iudaeos vbique locorum petulantiores se gesserunt prouinciarum praesides, maxime Iudaeae procuratores.

v. 18.

Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, 18
τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν,

v. 18. Iam relinquit Apostolos vrbem nobilissimam, vbi per integrum annum cum dimidio commoratus plura sane et maiora in euangelii emolumentum perpetrauit, quam hic narrat brevior et concisior oratio: ex hac vrbe et epistolas ad Thessalonicenses, omnium, quas a Paullo scriptas superstites habemus, primas misit. Αποταξαμενος. Vox αποτασσεσθαι verbo medio inter alia significat *valedicere*, vel omnino, vel adhaerente simul notione mandatorum, quae eis, quibus valedicimus, a nobis iniunguntur, 2 Cor. 2, 13; Marc. 6, 46: et iniunxerat haud dubie mandata plurima, quae ad firmandam stabiliendamque ecclesiam Corinthiacam spectabant. Εις την Συριαν, i. e. Antiochiam, Syriae caput, vnde egressus erat c. 15, 40, quoque ad rationem rerum a se gestarum reddendam tandem aliquando redeundum esse credebat, vbique et vere aduenit v. 22. Κεγχρεαι portus nobilissimus, ad Corinthum pertinens, Plin. H. N. 4, 4; Strabo VIII, p. 582. Κειραμενος – ευχην. Quicunque voti alicuius rei erant, comam alere tenebantur, Ios. Bell. Iud. 2, 15, qui idem mos et apud gentiles obtinebat: at vero, vbi persoluerant votum, nouaculam denuo admittere licebat. Est ergo sensus: "namque voto aliquo se obstrinxerat, comamque aluerat, iam autem, persoluto voto, tondebat sibi caput." Multae et variae de his verbis quaestiones agitantur, quae tamen, deficientibus monumentis historicis, obscurae semper et ambiguae manent. Illud minoris est momenti, quod κειραμενος ab aliis vertitur *tendebat se*, ab aliis *tondendum se praebebat:* vtrumque enim idem est. Sed et quaeritur, num Paulus an Aquila votum susceperit, id quod prorsus citra dubium poni nequit. Si τα: και συν αυτῳ – Ακυλας parenthetice legeris, Paullus huius voti reus habebitur; sin post Συριαν interpunxeris, interstinctionemque post Ακυλας deleueris, Aquila hoc vetum suscepisse videbitur. Praeferendum hoc mihi videtur, vt et Chrysostomo, Hammondo, Grotio, Castellioni, Heinsio etc. quia constructio fluit facilior, propiusque fidem est, notitiam hanc, quae breuiter

ρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν.

Κατήν-

ter nonnisi et quasi per transennam additur, de homine ignotiore adiunctam esse, cuius omnino breuior in hoc capite, quia occasio offerebatur, mentio fit, quam de nobilissimo Paullo, totius libri heroe. Videtur ergo votum fecisse Aquila, se nullam nouaculam admissurum, antequam ex fuga, quam Roma in Iudaeam capessebat, sospes ad vltimum Europae portum venisset. Tum vix est credendum Paullum, legis Iudaicae non admodum studiosum, voto aliquo *sponte* se obstrinxisse: neque verisimile est, solo hoc loco et nusquam alibi hoc nos edoceri. Verum et facile apparet, quamobrem Paullum potissimum huius voti reum fuisse voluerint, quia scil. c. 21, 23 - 26 in *aliorum gratiam* (non tamen sponte sua, sed exhortantibus Apostolis), voto se obstrinxerat, sumtusque pro illis impenderat. Sed quam parum inde sequatur, Paullum eiusmodi votum suscepisse et ipsum, et h. l. illius mentionem fieri, facile apparet, quum et alii ad pietatem religionisque studium ostentandum in pauperes Nasiraeos aliosque voti reos sumtus erogare solerent, e. gr. rex Agrippa, Ios. Ant. 19, 6, 1, vid. ad 21, 23. Hinc iam patet, quid statuendum sit de altera quaestione, quae hic infertur, si Paullus, non Aquila, hoc votum susceperit, num fuerit illud votum ciuile aliquod, an sacrum Nasiraeatus. De posteriori hoc locus classicus legendus est Num. 6. Illud tamen votum nonnisi Hierosolymis persolui poterat. Cf. Reland. Antt. Hebr. p. 277 et var. lect. ad v. 21; ergo offendunt quidem in eo, quod hic in vrbe pagana illud persoluerit P., sed ita se expediunt, vt vel dicant, seriori ista aetate non tam stricte obseruatas esse rituum sacrorum religiones (!), vel existiment, Paullum impuritate aliqua legali (e. gr. Num. 6, 9) votum Cenchreis abrumpere coactum fuisse, et illico redintegrare, ita vt Hierosolymis denuo plene illud et perfecte persoluerit. At vero, si voto aliquo ciuili se obstrinxisse putatur, veluti se caput non rasurum, antequam Cenchreas venisset, atque ex Europa in Asiam transiicere posset, istae saltem

Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, καὶ ἐκείνους κατέλιπεν αὐ- 19
τοῦ· αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, διε-
λέχθη τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐρωτώντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ 20
πλείονα χρόνον μεῖναι παρ᾽ αὐτοῖς οὐκ ἐπένευσεν·
ἀλλ᾽ ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπών· — δεῖ με πάντως 21
τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα :.

πάλιν

VARIAE LECTIONES.

v. 21. Voces: Δει με παντ. τ. εορτ. την ερχομ. ποιησαι εις Ἱερος. desunt in ABE, 5 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 1 ap. Matth. Copt. Aeth. Armen. Vulg. probb. Millio 1202, Bengelio, Griesb. Videntur vel inuecta ex c. 19, 21 et c. 20, 16, vel inserta, quia voti reus Paullus habebatur, quod Hierosolymis persoluendum erat.

tem difficultates dissipantur. Tale votum ciuile adest et infra c. 23, 14; et in memorabili loco apud Ioseph. Bell. Iud. 2, 15; vbi regina Berenice vocatur ευχην εκτελουσα τῳ Θεῳ. Τους γαρ η νοσῳ καταπονουμενους, η τισιν αλλαις αναγκαις, εθος ευχεσθαι ς – και ξυρησασθαι τας κομας. — Sunt et qui τα: ειχε γαρ ευχην prorsus seiungant a τοις: κειρ. τ. κεφ. nec nisi illud indicatum velint, Paullum voto se obstrinxisse, circa dies festos Hierosolymis praesentem adesse, caput autem sibi totondisse, non ob votum aliquod, sed quia ex Europa, terrisque gentilibus, vbi comam aluerat, ad Iudaeos reuertere animus erat. Ita Wolf. in curis ad h. l. obstante tamen, vt videtur, particula γαρ. — Quod si de Aquila haec dicta esse, et ad votum aliquod ciuile, quod nobis cognitum esse nequit, pertinere nobiscum statues, omnes istiusmodi disputationes irritas videbis et otiosas.

v. 19. 20. Κατηντησε. Vox bene exprimit P. aduentum in vrbem, quae Corintho ex aduerso sita erat, vbique appellere solebant naues ex Europa in Asiam traiicientes. Και εκεινους απελιπε αυτου. Nil indicant haec, nisi illud, Paullum non secum in synagogam duxisse Aquilam et Priscillam. Caeterum omnia v. 19. 20 Ephesi gesta sunt.

v. 21. Παλιν ανακαμψω; quod et fecit, et τριετιαν

πάλιν — δὲ: ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, τοῦ Θεοῦ θέ-
22 λοντος, καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου. Καὶ κατελ-
θὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς καὶ ἀσπασάμενος τὴν
ἐκκλη-

erat, vid. commentar. ad v. 18. — Vox δε post παλιν fere ex iisdem testibus abest. Legendum itaque breuissime: — — ειπων· παλιν ανακαμψω προς ὑμας, του Θεου θελοντος.

Ephesi commoratus est. c. 20, 31. Caeterum si vel verba ista, quae in var. lect. notantur, genuina sunt, frustra tamen quaeritur, quaenam ἑορτη h. l. indicetur. Ad subleuandos autem egenos, afferendamque stipem, quam in Europa collegerat, Hierosolymam tetendit. Rom. 15, 25. 26. — Et hoc iter admodum leui narratione perstringitur, quum tamen plurium euentuum ferax indubie fuerit. Ex hoc itinere, quod Corintho in Syriam suscepit, et quidem ex Ephesiorum vrbe, litteras ad Titum a Paullo scriptas esse suspicatur Ven. Hug Einl. ins N. T. Th. 2, §. 87: cf. tamen prolegom. in ep. ad Tit. p. 194. — In eadem fere tempora incidere videtur P. epistola ad Galatas, sicuti epistola ad Romanos ex vrbe Corinthiorum ipsa missa videtur: cf. ad 20, 3.

v. 22. Αναβας sc. Hierosolymam, de qua vrbe αναβαινειν et καταβαινειν frequentissime dicitur. Est hoc Paulli *quartum* iter Hierosolymitanum. Non tamen desunt, qui secus sentiant, Paullum Caesareae substitisse, et ad *ecclesiam* Caesareensem, quae in *editioribus locis*, ὑπερῳοις, conventus celebrare soluisset, adscendisse, vt c. 20, 11. Sed eos non refellimus. Κατεβη εις Αντιοχειαν. Neque enim praeterire voluit palmariam hanc vrbem, omnium ecclesiarum christianarum, quae inter gentes collectae adhuc erant, principium et caput: cf. supra ad c. 13, 1 et praemonenda not. 1. Vtramque ergo ecclesiam, quae hoc nomine proprie veniebat, reuisit, Hierosolymitanum et Antiochensem. *Tertium* Apostoli iter Antiochense dixeris: cf. c. 11, 25; 14, 26. Ita tandem et alterum iter absoluitur, quod Antiochia cum sociis egressus ad gentes conuertendas susceperat P., cuius narratio inde a c. 15, 36 hucusque perducta erat.

v. 23.

ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν. Καὶ ποιήσας 23
χρόνον τινὰ ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς.

Ἰουδαῖος δέ τις, Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς 24
τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς

v. 23. Hinc tertium ad gentes iter Antiochia suscipitur, idque postremum, siquidem tristioribus fatis impeditus P. nunquam posthac rediisse Antiochiam legitur. Et primo quidem coetus christianorum hominum per Galatiam collectos reuisit, v. 23, dein Ephesum tendit, vbi manca adhuc et imperfecta de Messia doctrina incolis per Apollonem tradita erat: Praemonentur nonnulla de Apollone hoc v. 24 – fin., tum qualem Paullus se Ephesi gesserit, narratur c. 19 etc.

v. 24. Homo hic in scenam prodit, multis nominibus memorabilis, insignibus naturae, eloquentiae, doctrinarumque dotibus instructus, qui multa rebus Christianis incrementa attulit, et plura attulisset, nisi infaustiore dissidio a Paullo fuisset diremtus, qui eius arrogantiam etc. saepe haud obscure taxat, maxime in prima ad Corinthios epistola, forte et in litteris ad Ephesios Collossenseque missis. Ἀπολλως, nomen probabiliter ex Ἀπολλωνιος contractum, licet alii diuersa dialecto pro Apelle dictum putent. Αλεξανδρευς, Alexandria Aegypti oriundus, vbi immensa Iudaeorum, magnam partem doctissimorum, multitudo degebat, et singulare Iouae templum erat exstructum, Ios. Ant. 12, 1, 1; 19, 5, 2. Λογιος, i. e. probe versatus in doctrina litterisque (λογοις). Ita vox λογιος apud classicos occurrit, vid. Wetst. et Raphel. ad h. l. *polyhistor*, Thom. Mag. et Hesych. Et quia de Iudaeo sermo est, doctrina eius maxime circa νομον, Iudaicamque dialecticen etc. versata esse videtur, quod statim effertur per: δυνατος εν ταις γραφαις. Alii veluti Krebs. Lösner. malunt: *eloquens*, *disertus*, sicut occurrit ap. Ios. B. I. prooem. §. 5. Wessel. ad Diod. Sic. 2, 4. Videtur autem doctus hic homo, qui suis temporibus Messiam adventa-

25 τὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. Οὗτος ἦν κατηχημένος
τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ ζέων τῷ πνεύματι ἐλάλει
καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἐπιστά-
26 μενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου· οὗτός τε ἤρ-
ξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ. Ἀκούσαντες
δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα προσελάβοντο αὐ-
τὸν

ventaturum esse sciebat, atque Ioannem baptistam ad Messiam animos hominum iam aduertisse audiuerat, in animum sibi induxisse, peregrinari per gentes, Iudaeisque vbique dispersis eadem commendare, quae commendauerat Ioannes, simulque doctrinam eloquentiamque ostentare. Iam ergo forte fortuna in itinere suo et Ephesum aduenit, et quidem eo tempore, quo P. tantum quod ex ista vrbe abierat, sed Aquilam cum Priscilla ibi reliquerat.

v. 25. Ὁδος Κυριου doctrina Messiae, omnisque oeconomia, quam per Messiam genti suae inferre statuerat Ioua. Κατηχημενος, vel rumore et fama (infra 21, 21.) de hac re audiuerat, quae Alexandriam vsque facillime potuit peruenire, vel a Iudaeo aliquo, ex Palaestina, Alexandriam profecto, curatius edoctus erat et institutus (Rom. 2, 18; 1 Cor. 14, 19; Gal. 6, 6) in iis, quae de εγγιζοντι βασιλεια ουρανων tradiderat Ioannes Matth. 3, 2. Vtrumque ferri potest, et eodem redit. Και ζεων etc. (Rom. 12, 11): "et prout erat homo diuino ardore propagandi veri flagrans etc., non in vna solum vrbe substitit, sed per gentes peregrinabatur." Ελαλει ad *facundiam* eius, qua celebrabat (Matth. 26, 13; Act. 2, 11) hanc ὁδον; εδιδασκε autem ad *doctrinam* et *dialecticen* spectare videtur. Posteriori ergo verbo ad eius doctrinam indicandam additur ακριβως, quod admodum perperam in ουκ ακριβως emendat Gilb. Wakefield in sylua crit. sicuti iam ap. Bowyer. inuenitur. Επισταμενος pro καιπερ επιστ. Nonnisi id cognouit, quod Ioannes tradiderat, iamiam aduenturum Messiam; verum iam surrexisse eundem in persona Iesu, id eum adhuc fugiebat.

v. 26. Παρρησιαζεσθαι supr. c. 9, 27; 13, 46; 14, 3. ηρξατο παρρ. pro επαῤῥησιασατο vt 1, 1. Προσελαβοντο, forte: in

τὸν καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ
ὁδόν. Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, 27
προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς
ἀποδέξασθαι αὐτόν· ὃς παραγενόμενος συνεβά-
λετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος·

εὐτόνως

VARIAE LECTIONES.

v. 27. In cod. D multa hic adduntur, haec puta: Ἐν δε τῃ Εφεσῳ επιδημουντες τινες Κορινθιοι και ακουσαντες αυτου, παρεκαλουν διελθειν συν αυτοις εις την πατριδα αυτων. Συγκατανευσαντος δε αυτου, οἱ Εφεσιοι εγραψαν τοις εν Κορινθῳ μαθηταις, ὁπως αποδεξωνται τον ανδρα· ὁς επιδημησας εις την Αχαιαν πολυ συνεβαλλετο εν ταις εκκλησιαις. Sed manifeſto haec expuſtata ſunt vt conciliarentur prioribus ea, quae de itinere Corinthum nimis abrupte ſequi videntur.

in idem hoſpitium ſuſceperunt, vel omnino: *amice et benigne eum tractauerunt*, vt Rom. 14, 1. Θεου ὁδ. i. qu. ὁδ. Κυρ. v. 25.

v. 27. Iam ergo edoctus ab Aquila etc. erat Apollos, *Ieſum* pro Meſſia eſſe habendum. Indubie iidem et de Paullo Apoſtolo cum eo erant collocuti, quem abiiſſe nuperrime Epheſo, ſed mox eodem rediturum nuntiauerant. Verum non praeſtolatur Paullum, per quem plura edoceri potuiſſet, ſed, vtpote homo ζεων τῳ πνευματι, nequit ſibi temperare, quin in remotiores tractus peregrinetur et Paullum ipſum quaerat. Tendit ergo Corinthum, ibique doctrinae per Paullum primitus promulgatae nouam manum affert 1 Cor. 3, 6. Προτρεπεσθαι adhortari, παρακαλειν. Conſtructio eſt durior quidem; ſed tamen haud difficulter intelligenda, vnde non eſt, quod cum Boiſio, Wolfio etc. ſynchyſin hic inueniamus, legitimumque verborum ordinem hunc fuiſſe putemus: οἱ αδ. εγρ. τοις μαθηταις, προτρεψαμενοι (αυτους), αποδεξασθαι αυτον. Παραγενομενος ſc. Corinthi, vrbe capitali Achaiae. Συμβαλλεσθαι τινι *ſymbolam ſuam in rem aliquam afferre*, ergo et: *adiumentum alicui afferre, prodeſſe.* Eo ſenſu apud Xenoph. Diod. Sic. aliosque adhibetur. Malunt tamen alii: multum cum Chriſtianis Corinth. diſſeruit, diſceptauit, fere vt 17, 18,

 quod

28 εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

Cap. XIX, 1 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον

quod tamen non placet, quia v. 28 rationem addidisse videretur, quae idem per idem referret. Δια της χαριτος, per facundiam dicendique venustatem, Col. 3, 16; 4, 6; Pf. 45, 3; Hom. Odyff. Θ. 175 etc. Act. 6, 10. Alii vertunt: "quae erat Dei in eum collata gratia et beneficium," vt Eph. 2, 8: alii denique ad πεπιστ. trahunt: "multum profuit illis, qui ex gratia div. in Chrifti focietatem recepti erant." Sed prius illud contextui maxime confentaneum videtur.

v. 28. Ratio, cur πεπιστευκοσι Corinthiacis facundia fua profuerit, quia fcil. cum Iudaeis Corinthi degentibus, qui infenfo odio perfequebantur homines chriftianos, palam difputavit, eosque redarguit. Ευτονως intente, acriter. Hefych. ισχυρως. Ειναι - Ιησουν, neminem praeter Iefum pro vero Meffia habendum effe. Haud dubie facundia et egregiae naturae dotes multum contulerant, vt homo, qui vix dum Ioannis baptifmum cum ftudio et ακριβειᾳ commendauerat, ftatim poftea, mutata cognitione et perfuafione, Iefu Chrifti praeconium cum fucceffu fufcipere poffet. Nefcio tamen, nonne et oftentandae eloquentiae et dialectices pruritus quadantenus eum in tradendis his omnibus duxerit: 1 Cor. 4, 5 fqq. c. 13.

Cap. XIX. *Paullus reuertitur Ephefum*, vt promiferat c. 18, 21. In hac vrbe 1) fupplet ea, quae imperfectiora tradiderat Apollos v. 1 - 7. 2) alios doctrinae Chrifti conciliare ftudet, v. 8 - 10. 3) Multas δυναμεις perpetrat, v. 11 - 20. 4) Reditum in Europam ad reuifendas ecclefias a fe conditas parat v. 21, 22, verum 5) feditione concitatae plebis turbatur, fed cum honore tamen dimittitur, v. 23 - fin. Et cum per biennium (19, 10) trienniumue (20, 31) in hac vrbe commoratus fit, facile credimus, iftos chriftianorum hominum coetus, quos in hac vrbe, ficut et in vicinia collegerat, prae aliis curae ei

Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον· καὶ εὑρών τινας μαθητὰς, εἶπε πρὸς 2 αὐτούς· εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν

ei cordique fuiſſe, id quod ex cap. 20 et epiſtolis ad Tim. abunde perſpicimus.

v. 1. 2. Τα ανωτερικα μερη, Phrygiam Galatiamque aliasque *interioris* Aſiae prouincias, quae reſpectu Epheſi ad mare adiacentis Aſiae metropoleos, in ſuperioribus tractibus ſitae recte dicuntur. Theophylact. ανατολικα μερη, quia regiones illae editiores Epheſo verſus orientem ſitae erant. Ελθειν, επανελθειν, *redire* c. 18, 21. Μαθητας, illos puta, qui ab Apollone erant inſtituti, (18, 25. 26), quique non quidem dum Ieſu ipſius diſcipuli habendi erant, quem pro Meſſia habendum eſſe nondum compertum habebant; ſed tamen diſcipuli Meſſiae, adhuc incogniti, quem iamiam adfuturum cantauerat Ioannes, quemque illico ſe amplexuros profitebantur, quicunque tandem ille foret, ſimulac certius edocti fuerint, quemnam tandem pro Meſſia habere fas ſit. Πιστευσαντες, eodem modo accipiendum: "quum Apollûs doctrinam ſequuti *crederetis* et *perſuaderemini*, iam inſtare aduentum Meſſiae, linquendas ergo eſſe Iudaicas religiones et ad Meſſiae iſtius caſtra transeundum." Id quidem ſciebat Paullus, a Iudaismo orthodoxo eos per Apollum fuiſſe conuerſos: ſed cognoſcere vult, num ille tranſitus verus et perfectus fuerit, vt eiusdem regni Meſſiani, quod ipſe ampliare ſtuduit, ciues iuſti ac veri haberi poſſent. Quaerit ergo ex eis, nonne in illo mutatae mentis perſuaſionisque momento, πν. αγιον acceperint, qua quidem quaeſtione id ex illis ſciſcitari voluit P., nonne ſenſerint ſacro quodam ardore commotam mentem, et diuiniore furore perſuſum animum (cf. ad c. 2; c. 4, 31; 8, 14–19; 10, 44)? Verum Ioannis bapt. doctrina haudquaquam eadem vi et granitate pollebat, qua doctrina Ieſu ab ipſo eiusque Apoſtolis tradita, ad quam non aqua ſolum ſed et πνευματι και πυρι inauguirandi erant eius aſſeclae (c. 1, 5). Quapropter eius praecones, licet vel ſummo rectiora

3 ἐστιν ἠκούσαμεν. Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· εἰς τί οὖν
ἐβαπτίσθητε; οἱ δὲ εἶπον· εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα.
4 Εἶπε δὲ Παῦλος· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα
μετανοίας, τῷ λαῷ λέγων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ᾽
αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν
Ἰησοῦν.

ctiora docendi feruore flagrarent ipsi, vt Apollos (ζεων τῳ πνευματι, c. 18, 25), non tamen eodem ardore audientes quoque perfundere allaborabant: neque nouerant nomen illud, quo diuinus iste ardor compellandus et tanquam sub personae alicuius effigie sistendus esset, πνευμα ἁγιον, quod post Iesu exaltationem demum frequentabatur Io. 7, 39. Quid mirum ergo, obscura omnia haec, quae P. sciscitatur, illis videri, ita vt respondeant: αλλ᾽ ουδε etc.

v. 3. "Baptismo vos ab Apollo inauguratos fuisse, compertum habeo, sed quali tandem, quaeso, baptismate vncti estis?" (εις τι pro εν τινι, "per quale nam," nisi εις pro: "in honorem alicuius" accipere malis, quod tamen ob insequens εις το βαπτ. Ιωαν. anceps est. Nescio cur b. Bolten intelligere possit de loco, quo baptizati fuerint.)

v. 4. Siccine? Atqui si ita se res habent, doleo, baptismum vestrum et transitum a Iudaismo ad rectiora nondum omnia explere, quae iam desiderantur. Ioannis baptismus enim nonnisi ea duo sibi voluit, vt 1) resipiscerent homines ab erroribus superstitionibusque Iudaicis (μετανοιας βαπτισμα, Marc. 1, 4), 2) vt crederent in Messiam, cuius aduentus iam imminebat (et recte fecistis, quod relictis Iud. religionibus aduenturum iam Messiam vos sequuturos professi estis). Verum ignorauit Ioannes, id quod ego iam ad curatius vos edocendos addo, (τουτεστι εις τον Χρ. Ιησουν) *Iesum* fuisse hunc Messiam. Proinde non Messiam solum *aliquem*, sed distinctius *Iesum* Messiam baptismo vestro profiteamini necesse est. Τῳ λαῳ λεγων. Turbare quodammodo constructionem haec videntur, et ita ferme resoluenda erunt: και ελεγε τῳ λαῳ, εις τουτο ἑαυτον βαπτιζειν, ἱνα πιστευσ. εις τ. ερχομ. μετ᾽ αυτον (sc. Messiam).

v. 5.

Ἰησοῦν. Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα 5 τοῦ.

v. 5. Haud dubie plura, maxime de morte et resurrectione Iesu, addiderat P., quibus auditores conuinceret, Iesum esse Messiam, similia eis, quae c. 13 et alibi perorat. His ergo auditis *Iesum* Messiam agnoscunt, ciuesque eidem adscribuntur, impertiunturque 1) baptismo v. 5. 2) πνευματι ἁγιω v. 6. cf. Excursus 3. Εις το ονομα, in honorem cultumque. Ιησου, emphatice. Κυριου id. qu. Χριστου, Messiae (2, 36). — Magni momenti hic locus in theol. dogmatica et polemica habitus est, multumque negotii facessit intt. quod P. hic iterato baptismo impertit eos, qui iam baptizati erant: id quod ne Anabaptistarum placitis faueret veriti, multis modis torserunt se intt., vt scopulos hos declinarent. Veluti inferunt nonnulli, Ephesinos illos non a genuino aliquo Ioannis discipulo, sed ab homine circumforaneo Apollone baptismate esse imbutos, ergo repetendum fuisse baptismum. Alii prorsus negantes hanc repetitionem baptismi verba versiculi 5 non pro narratione Lucae habent, quam v. 6. demum continuari volunt, sed pro parte orationis Pauli, quae arctissime iungenda sit prioribus v. 4: "Ioannes quidem (μεν) baptizauit in honorem venturi Messiae, quem praedicauit in Iesu persona apparuisse (v. 4): atque (δε respond. τῳ μεν), qui Ioannem haec praedicantem audierunt, baptismum in Iesu honorem susceperunt, vel, (vt quidam malunt), agnoverunt, se in Iesum baptizatos esse. (v. 5)." Durissimum autem hoc inuenietur, quodque eis, quae de Ioanne traduntur, prorsus repugnat; neque enim vsquam legimus, Iesum a Ioanne primitus pro futuro Messia, declaratum esse, vt adeo in Messiae quidem venturi omnino, sed neutiquam in Iesu nomen baptizati esse Ioannis discipuli dici possint. — Proinde repetitum hic esse baptismum negari nequit, sed nulli fraudi habebitur ista repetitio: namque baptismus in *Iesum* Christum non erat repetendus: at vero in locum baptismi imperfectioris, qui nondum Iesum Messiam esse dixerat, successisse verum et perfectiorem illum, qui et πνευματος ἁγιου donis fortissimis et tanquam igneis instructus fuit, quis mirabitur? Apparet ergo, inter

6 τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύ-
λου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐ-
7 τοὺς, ἐλάλουν τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον· ἦσαν
δὲ οἱ παντες ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο.
8 Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν συναγωγὴν ἐπαῤῥησιάζετο,
ἐπὶ μῆνας τρεῖς διαλεγόμενος καὶ πείθων τὰ περὶ
τῆς

inter baptiſma illud, quod primitus Ioannes, et illud, quod poſt reſurrectionem etiam Ieſus inſtituerat, adfuiſſe diſcrimen, niſi aliud, at illud ſaltem, quod illud in Meſſiae honorem omnino, at hoc in *Ieſu* Meſſiae cultum ſuſcipiebatur. Sed ſingulari iſta quaeſtio ſtudio diſcutienda eſt, quatenus ſimilis diſſimiliſue ſibi fuerit vtriusque prophetae baptiſmus, et nuperrime de ea expoſuit b. *Ziegler*. Ueber die Johannistaufe, als unveränderte Anwendung der jüdiſchen Proſelytentaufe, und über die Taufe Chriſti, als Fortſetzung der Iohannistaufe, in eius *theolog. Abhandlungen*, Bd 2, no 2, p. 132-166, qui quia vtriusque baptiſmum vnum eundemque finem habere autumat, repetitionem h. l. memoratam non ex regula, ſed extra ordinem contigiſſe diſputat. Plures commentationes, antiquiores maxime, in hunc locum abunde conſcriptas, variasque interpretationes cognoſcere qui ſatagit, adeat Wolfium in curis ad h. l. et S. V. *Dinndorfium* in excurſu ad b. *Mori* explicationem Act. Ap. p. 462 ſqq.

v. 6. 7. Baptiſmo ſuccedit πνευματος ἁγιου impertitio, conf. Excurſus 3. Ελαλουν γλωσσαις: beneficia a numine et Meſſia ſibi conceſſa laudibus celebrabant, non curantes linguam ſacram Hebraeorum, ſed furore abrepti lingua patria, Graeca, vſi. Προεφητευον ſacro enthuſiaſmo abrepti loquebantur: cf. plura ad c. 2, 4. 17; c. 8, 17. 18; c. 10, 46 et laudatae ibi commentationes, in primis Perill. *Eichhornii*: Ueber das Einſegnen der Apoſt. et b. *Noesselti* de Sp. S. primis Chriſt. ab Apoſt. tradito. Addendi autem inſigniores hi euentus h. l. erant eo magis, quod iis inſequutis citra omne dubium de vera Ieſu auctoritate Meſſiana perſuadebantur.

v. 8. Iam ad Iudaeos converti-

τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο 9
καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ
πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν ἀφώρισε τοὺς μα-
θητὰς, καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ Τυ-
ράννου

vertitur. Πειθειν: non solum homines πειθειν dicitur quis, sed praegnanter et πειθειν διδαχην τινα, i. e. docere, docendoque commendare et de eius veritate suadere: ita et infra 28, 23.

v. 9. Εσκληρυνοντο obnitebantur persuaderique nolebant, syn. ηπειθουν. Cf. ad Hebr. 3, 8. et supra Act. 7, 51. Κακολογουντες, i. q. βλασφημουντες. Ὁδον, doctrinam Iesu, a P. traditam, quae metaphora frequentissima dicitur et ὁδος Κυριου (quod, sicuti et Θεου, hic quidam falso addunt), et ὁδος omnino: ita supra c. 9, 2; 18, 25; et infra v. 23 et c. 22, 4 etc. Αφωρισε τους μαθητας. Adhuc ergo praesentes fuisse videntur christiani iam conversi in synagogis, quum Iudaeos doceret, quo fortius audientes denuo eandem doctrinam Iudaeis expositam, conuincerentur ipsi. Verum quia Iudaei conuiciis proscindebant eam doctrinam, detrimenti plus quam emolumenti Christianis exspectandum erat, si diutius mansissent in Iudaeorum consortio: proinde separandi erant. Διαλεγομενος copiosius et dialectice edocens eos doctrinam Iesu. Τυραννου, nomen viri non magis noti, quam Iustus c. 18, 7, in cuius domum eadem de caussa se recepisse videtur P. nisi quod h. l. Tyranno (seu Turno) disertius σχολη attribuitur, vt adeo vnus ex philosophis aut sophistis Ephesinis fuisse videatur, Iudaicis aut ethnicis religionibus deditus, forte idem, cuius Suidas mentionem facit. Praeter scholas publicas (συναγωγας) in eiusmodi hominum aedibus aderant et scholae priuatae. Pirke Aboth c. 1, 4. "Domus tua sit congregatio sapientum." Sanhedr. fol. 11, 1. "Aliquando conuenerant Rabbini in auditorio Goriae in Iericho." Cf. Nachtigall *über die Weisen-Versammlungen der Israeliten* in Eichh. *Biblioth.* B. 9, St. 3, p. 379 sq. et p. 392. — Sed et in maioribus Graeciae vrbibus eiusmodi auditoria philosophis oratoribusque patebant.

10 ῥάννου τινός. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ ἔτη δύο, ὥστε
πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν ἀκοῦσαι τὸν
λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας.
11 Δυνάμεις δὲ οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς διὰ
12 τῶν χειρῶν Παύλου, ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦν-
τας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια
ἢ σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν τὰς
νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐξέρχεσθαι
ἀπ᾽

v. 10. En hanc Tyranni ſcholam eatenus celebritate quadam inſignem, quod fuit quaſi ſeminarium eccleſiarum chriſtianarum tum in Epheſinorum vrbe ipſa tum in vicinia adiacente, et omni Aſia iſtorum tractuum, quae ad metropolin ſaepiſſime confluere ſolebat, collectarum. Hinc et primam ad Corinthios epiſtolam miſiſſe Apoſtolus videtur. Κυριου Meſſiae.

v. 11 ſqq. Multa iam hinc mirabilia opitulante Deo in Epheſinorum etc. commodum patrat P. animosque ſibi conciliat; quin et praeſtigiatores conuellit. Cf. ſimilia c. 5, 12-16; 8, 9 ſqq. Ου τυχουσας *non mediocres, inſignes*, eleganti Graeciſmo: cf. Vigerus de graec. lingu. idiotiſmis p. 296 et 355, edit. Zeunii et exempla abunde apud Wetſt. Non ferendi ergo, qui vertunt: non *fortuitas*, ſed quae Deo opitulante acciderint. Cf. c. 28, 2.

v. 12. Σουδαρια, σιμικινθια (rectius σημικινθια) voces latinae, quarum illa *ſudarium* exprimit, haec *ſemicinctium*, (Petron. c. 94 et ibi intt.), i. e. tegumentum, quo anteriores corporis partes praecingere ſolent opifices. Heſych. ζωναρια. Aliter Schol. cod. ap. Matth. Αμφοτερα λινοειδη εστι, πλην τα μεν σουδαρια επι της κεφαλης επιτιθεται, τα δε σιμικινθια εν ταις χερσιν κατεχουσι. Απο του χρωτος additur, quia odor corporis perfundit et veſtimenta. Plutarch. Alex. p. 666, B. του χρωτος ἡδιστον απεπνει — ὡστε πληρουσθαι τους χιτωνισκους. Idem Sympoſ. I, 6. Caeterum et de hac ſuperſtitione idem iudicandum erit, quod ad c. 5, 15 obſeruatum eſt. Fiducia in P. poſita, omnem modum

ἀπ' αὐτῶν. — Ἐπεχείρησαν δέ τινες ἀπὸ τῶν περι- 13
ερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς
ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα τοῦ
Κυρίου Ἰησοῦ, λέγοντες· ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν,

ὃν

dum exceedens, maximam hic vim exseruit.

v. 13. Alia res excipit, quae commodissime hic iungitur, quia et ipsa miraculorum patrandorum vim nonnisi Apostolo diuinitus agitato asserens, ad incrementa rei christianae augenda multum conferebat. Persimilis est rei, quae accidisse legitur c. 8, 9 sqq. et illi, quae adest c. 16, 16 sqq. Ἐξορκισται certum quoddam hominum genus, qui incantationibus variisque adiurandi et obtestandi formulis vtebantur, quibus morbos maxime daemoniacos sanare se posse profitebantur. Permulti eorum in Iudaea artem suam exercebant, Ios. Ant. 8, 2, 5 (loc. class.); Bell. Iud. 1, 1, 2: quin et libris singularibus vtebantur περι των τροπων της εξορκωσεως, qui ex libris clandestinis Salomonis efficti esse dicuntur. Nec mirum, quum ex vulgaribus istius aeui opinionibus homines a daemonibus vere obsideri crederentur, mox exstitisse et homines, qui eos quacunque tandem arte expellere se posse profitebantur, ipsique vere persuadebantur, vnde non est, quod omnes istiusmodi homines fraudibus decepisse alios dicamus. Cf. intt. ad Matth. 12, 22 sq. Luc. 11, 14 sqq. veluti S. V. PAULUS Comment. Th. 2, p. 85 sq. et maxime p. 98 sq. Ii tamen quia non vno loco subsistebant, sed varias ad quaestum faciendum vrbes etc. obibant, περιερχομενοι vocabantur. In formulis incantandi obtestandique inuocabant nomen aliquod potentioris naturae, Θεου, Κυριου etc. cuius opem adiumentumque implorabant: et ita dicebantur ορκιζειν το δαιμονιον κατα τινος, ενωπιον τινος, εν τινι, δια τινα et τινα simpliciter vt h. l. et Marc. 5, 7; 1 Thess. 5, 27. Interdum additur diserte id quod obtestabantur, veluti Marc. 5, 7, ἱνα μη με βασανισης, interdum subintelligendum est, vt h. l. ἱνα εξελθητε εκ των ανθρωπων. — Hi ergo *Iesu* nomen inuocabant, quod quum Paullo successisse vidissent, successurum sperabant et sibi.

v. 14.

14 ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει· (ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ,
Ἰουδαίου ἀρχιερέως, ἑπτὰ οἱ τοῦτο ποιοῦντες).
15 Ἀποκριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν εἶπε· τὸν Ἰη-
σοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι· ὑμεῖς δὲ
16 τίνες ἐστέ; καὶ ἐφαλλόμενος ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἄνθρω-
πος, ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, καὶ κατακυ-
ριεύσας αὐτῶν; ἴσχυσε κατ' αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς
καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου.
17 Τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις τε καὶ
Ἕλλησι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον, καὶ ἐπέπεσε
φόβος ἐπὶ πάντας αὐτοὺς, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα
τοῦ

v. 14. Σκευᾶ. Scaeuae, nomen origine graecum hominis, qui ad eminentiorem aliquam claſſem turbae ſacerdotum (c. 6, 7) pertinuiſſe videtur. Nam quae de eo plura ſuſpicantur nonnulli, v. c. *Michaelis, Einleit.* p. 1079 etc. nullo fundamento nituntur. — Caeterum neſcio cur cum Pricaeo ita hunc verſiculum intelligendum eſſe ſtatuat S. V. *Rosenmüll.* ac ſi ſcriptum eſſet: ησὰν δε και τινες, "inter hos exorciſtas aderant et etc." niſi forte ab aliena manu gloſſae inſtar additum eſſe hunc verſiculum malimus, id quod a vero non abhorrere videtur.

v. 15. Αποκριθεν το πνευμα, i. e. homo, πνευματι illo vexatus, vt et v. 16 effertur. Cf. ſcripta ad c. 16, 18 fin. Τον Παυλον επιστ. quia iam per biennium Epheſi Ieſum docuerat P., daemoniaci probe eundem cognoſcere poterant.

v. 16. Κατακυριευειν τινος et ισχυειν κατα τινος ſynonyma videntur: *viribus obniti contra aliquem, eumque ſuperare.* Adeſt et alia lectio, quae και omittit, et κατακυριευσαν αμφοτερων habet; adeoque κατακυρ. ad πνευμα refert: "homo, in quo inerat πνευμα, quod vtrumque (quemnam? an Scenam et filiorum aliquem?) ſubegit."

v. 17. Φοβος, εμεγαλυνετο. Cf. ad c. 2, 43 et 5, 13.

v. 18.

τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Πολλοί δὲ τῶν πεπιστευκότων 18
ἤρχοντο ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς
πράξεις αὐτῶν. Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πρα- 19
ξάντων συνενέγκαντες τὰς βίβλους κατέκαιον ἐνώπιον
πάντων· καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν καὶ
εὗρον

v. 18, 19. Tam male quum rem gessissent praestigiatores illi, alii quoque, qui eisdem artibus Ephesi adhuc occupati erant, et confitebantur haec coram Apostolis (v. 18), et detestabantur has artes, et ad prudentiorem in republica christiana vitam gerendam redituros se re ipsa testificabantur (v. 19). Constat, istiusmodi artes magicas Ephesi praecipue floruisse, et nota fuerunt apud veteres Ἐφεσια γραμματα, i. e. vel libri magici, in quibus artes magicae copiosius expositae erant, vel, vt aliis placet, schedulae, quibus inscripta erant vocabula, signa etc. quae vt amuleta αλεξικακα corpori alligabantur, vid. Kuster. ad Suid. T. 1, p. 919, et plura vett. loca ap. Grot. et Wetst. ad h. l. Neque obscure in epistolis P. ad Tim. Ephesinae hae artes taxantur. Hic ergo multi eorum narrantur resipuisse. Πεπιστευκοτων, Ephesinorum, qui antea similes artes exercuerant; ηρχοντο ad Paullum eiusque socios; εξομολ. —αυτων et cum pudore quodam confitebantur, se et ipsos eiusmodi praestigiis occupatos fuisse. Περιεργα, inutiles, curiosas, i. e. speciatim *magicas* artes. Ita Horat. Epod. 17, 77. Dio Cass. excerpt. Vales. ὁ Αδριανος περιεργοτατος ην και μαντειαις και μαγγανειαις παντοδαπαις εχρητο. Κατεκαιον τους βιβλους, ne, si aliis eos libros vendidissent, ad alios serperet ea contagio. En ergo hosce christianos publicum commodum suo ipsorum lucro anteponentes. Similia leguntur apud Sueton. Octav. c. 31. Συνεψηφισαν τας τιμας αυτων, computarunt, vel: quanti sibi pretii constitissent libri iam combusti, vel: quantum pecuniae istorum librorum ope iam acquisitum, aliisque emunctum esset. Prius placet. Αργυριου μυριαδας πεντε. Nonnulli de siclis argenteis, quae apud Iudaeos in vsu erant, sermonem esse volunt, proferuntque summam 80000 florenos excedentem: quod

20 εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Οὕτω κατὰ κρά-
τος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν.

21 Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ
πνεύματι, διελθὼν τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν
πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, εἰπών· ὅτι μετὰ τὸ
γενέσθαί

quod quia nimium videtur, resque non a Iudaeis in Iudaea, ſed a Graecis Epheſi agitur, vel *minae*, vel, quia multo immenſior ſumma efficeretur, rectiſſime *drachmae* intelliguntur, vel *denarii;* proditque vel ſic ſumma plus quam 10000 florenorum, ſatis ingens illa quidem, maxime temporibus iſtis, quae tamen nos docet, quantopere floruerint artes magicae, quoque in honore habiti, quantoque pretio venales fuerint libri, iſtas artes exponentes. *Sie rechneten zuſammen und fanden, daſs ſie für 50000 Drachmen Zauberbücher verbrannt hatten.* — Explicant nonnulli, ſed aduerſantibus tam ſingulis vocibus, quam omni contextu: non chriſtianos ſuas ipſorum βίβλους cremaſſe, ſed homines otioſos alios, nulla re certa occupatos, περιέργους, circumforaneos inſidiatos eſſe praeſtigiatoribus iſtis v. 13. 14, libros magicos vi eis extorſiſſe, et, vt Apoſtolorum fauorem captarent, publice eos cremaſſe.

v. 20. Ηὔξανεν etc. Haud ſecus, quam par erat, ſiquidem apparuit, quantum inter diuiniora miracula per Meſſiae (Κυρίου) legatos patrata et inanes veteratorum praeſtigias intercederet discrimen, quamque inſignem de ſuperſtitione gentili triumphum egiſſet verior Meſſiae doctrina.

v. 21. Non ſolum colligere et condere eccleſias ſatagebant Apoſtoli, ſed ſumma cura et ſollertia easdem reuiſere et confirmare allaborabant, c. 15, 41 ſq.; 18, 23. Perinde et hic id agit P., vt coetus chriſtianorum hominum, quos inde a c. 16 - 18 in Graecia (id enim indicatur per Macedoniam et Achaiam, vid. Kopp. ad 1 Theſſ. 1, 7) collegerat, reviſat confirmetque, ſimulque ſtipem ibi colligat, quam afferat pauperibus eccleſiae Hieroſolymitanae (Rom. 15, 25. 26), vnde poſt peragratam Graeciam Hieroſolymam

γενέσθαί με ἐκεῖ δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν. Ἀπο- 22
στείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν διακονούντων
αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον
εἰς τὴν Ἀσίαν.

Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ 23
ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, 24
ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος παρ-
εἴχετο

mam redire ſtatuit. Και Ῥωμην ιδειν. Cf. Rom. 1, 13; 15, 23 - 27. Longius ergo iter in occidentales Europae plagas moliebatur postea P., quod tamen quo minus iam tum perſequeretur, vincula prohibebant.

v. 22. Τιμοθεον etc. Cf. prolegom. ad 1 Tim. p. 7. Ἐραστος, et ipſe Pauli ſocius et adiutor, 2 Tim. 4, 20. Επεσχε etc. remanſit, retinuit ἑαυτον, vel πορειαν etc. κατα χρονον τινα aliquamdiu εις etc. pro εν τη Ασια. Ita vox επεχειν abſolute pro *commorari* ponitur apud Xenoph. Cyrop. 5, 4, 17. Cf. Raphel. ad h. l. Cap. 20, 1 demum et ipſe Paullus in Macedoniam tendit.

v. 23 ſqq. Sed dum diutius idem Epheſi moratur, grauiſſimus aduerſus eum concitatur tumultus, qui niſi intercedentibus prudentioribus tempeſtiue ſedatus fuiſſet, facillime in exitium Apoſtolo potuiſſet vertere. Ὀδον, ſc. Meſſiae, vt ſaepe antea: "de noua illa viuendi numenque colendi ratione, quam, ſuadente Paullo, inierant Epheſinorum perplurimi."

v. 24. Αρτεμιδος, Dianae, Deae Epheſinorum tutelaris. Ναους αργυρους: aediculas portatiles Deae, ad figuram celeberrimi illius templi expreſſas. Eiusmodi aediculas, ſicuti et Deorum ſtatuas minores, epitrapezias, (Statius Sylv. 4, 6) plurimi domi habebant, vt et ibi religionem exercere poſſent, et locupletiores ex argento fabrefactas illas quidem. Plin. Hiſt. Nat. 36, 5 commemorat eiusmodi templum Veneris Cnidiae, et apud alios quoque claſſicos eorum mentio fit, Diodor. Sic. 24, 14; Graev. ad Flor. 4, 2. Non eſt ergo, quod cum aliis de ciſtulis quibusdam ad formam templi Dianae fabrefactis, eiusque ſimulachro ornatis, aut de nummis argenteis, in quibus tem-

25 είχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην. οὓς
συναθροίσας καὶ τοὺς περὶ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν·
Ἄνδρες, ἐπίστασθε, ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ
26 εὐπορία ἡμῶν ἐστι· καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε, ὅτι
οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας
ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον,
λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ, οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι.
Οὐ

templum istud expressum erat, intelligamus. Cf. omnino *Dinndorf* ad Morum in h. l. p. 479. Demetrius autem huius artis magister fuisse videtur, multaque istarum rerum habuisse commercia, simulque aluisse opifices, τεχνιτας, εργατας, qui eiusdem sumtibus eiusmodi res fabricabantur. Εργασια 1) labor qui agris colendis, 2) qui opificio cuiuis alii adhibetur, 3) lucrum quaestusque, qui inde paratur. Ita h. l. et supra c. 16, 16; Xen. Mem. Socr. 3, 10 et alibi. Cf. Abresch lectiones Aristaen.

v. 25. Και τους περι τοιαυτα εργατας, itemque alios talium rerum opifices. Sub voce τεχνιται fabri argentarii tantummodo indicati fuisse videntur: hic autem intelligi credo alios opifices, qui pingendo, aut scalpendis lapidibus lignisque quascunque tandem res, quae in eundem religionis colendae vsum conuertebantur, (περι τοιαυτα) efficiebant. Ευπορια diuitiae, facultates, quae ex πολλῃ εργασιᾳ, quaestu et lucro, (v. 24) sequuntur. "Non ignoratis, ait, quantae ex istiusmodi quaestu opes nobis contigerint." Alii εργασιαν sensu 2do (v. 24) accipientes ευποριαν per *quaestum* minus bene reddunt, sensu hoc: "scitis ex isto opificio quaestum et victum nobis parari."

v. 26. Ασιας. In circumiacente Asia minori. Μετεστησεν in aliam sententiam transduxit. Ita Deut. 17, 17 vox occurrit. Ὁτι ουκ εισι θεοι etc. Cf. 17, 29. Cogitemus, ad plebem haec dicta fuisse a Demetrio, quae quia laesas istiusmodi placitis religiones suas videbat, facillime ad iram concitari et commoueri poterat. Nam simulachra pro ipsis Diis a plebe habita fuisse constat, quia eorum opifices Θεοποιοι, Θεοπλαστοι vocabantur, Pollux Onomast. I, 1, 13. Caeterum

Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπε- 27
λεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης Θεᾶς
ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν δὲ καὶ καθαι-
ρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία
καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. Ἀκούσαντες δὲ καὶ γενό- 28
μενοι πλήρεις θυμοῦ ἔκραζον λέγοντες· μεγάλη ἡ
Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη τῆς 29
συγχύσεως· ὥρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέα-
τρον, συναρπάσαντες Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον Μακε-
δόνας,

terum sapientiores gentilium veriora rectioraque sensisse, quis dubitabit? Cf. Spanh. ad Callim. Hymn. in Pall. v. 52 et Elsner. ad h. l.

v. 27. Μερος τουτο i. e. *haec res*: ita 2 Cor. 3, 10; 9, 3. Intelligit autem *opificium suum*, quod tam largum adhuc quaestum ei suppeditauerat. Alii: "illa religionis pars, ille idolorum cultus." Sed prius melius congruit sequentibus. Απελεγμος *confutatio*, (ελεγχεσθαι, απελεγχεσθαι, confutatione vinci et succumbere), et per metonym. *contemtus*. Non vlterius occurrit vox. Εις ουδεν λογισθηναι synonym. τοις: εις απελεγμὸν ελθειν. En, quantum religionis servandae studium affectet homo, suo tantummodo quaestui metuens, quasi dicat: "parum curamus quaestum nostrum, dum ne omni religioni timendum esset. Μελλειν — μεγαλειοτητα αυτης. Pro μελλειν emendatur a Castellione μαλλον δε et pro την μεγαλειοτητα αυτης legunt alii της μεγαλειοτητος αυτην, quasi throno deiicietur Dea, sensu eodem. Ἡν ὁλη - οικουμενη σεβ. De magnificentia huius templi, in quo communia totius Graeciae sacra quotannis fiebant, quodque 7 mundi miraculis adnumerabatur, non est, quod hic fusius loquamur. Adeas auctores classicos, Plin. Hist. Nat., Strabonem etc.

v. 28. Istiusmodi acclamationes in numinum honorem non infrequentes erant. Pariter apud Aristidem legimus: μεγας ὁ Ασκληπιος.

v. 29. Θεατρον. Ibi de rebus grauioribus consultare moris erat in ciuitatibus graecis, (Cf. ad c. 12, 21):

L 2 erant-

30 δόνας, συνεκδήμους Παύλου. Τοῦ δὲ Παύλου βου-
λομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ
31 μαθηταί. Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ
φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦ-
32 ναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλό
τι ἔκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, καὶ οἱ
πλείους οὐκ ᾔδεισαν, τίνος ἕνεκεν συνεληλύθεισαν.

Ἐκ

erantque theatra concursu et strepitu populi aeque frequentia, ac fora. Val. Max. 2, 2; Cornel. Nep. Timol. 4; Iustin. 22, 2; Cic. ad famil. 8, 2; Ioseph. Ant. 17, 6, 3; Bell. Iud. 7, 3, 3 etc. Et fortasse theatrum istud in conspectu templi Dianae aut in vicinia domus, in quam diuerterant Caius et Aristarchus, situm erat, vt hinc ergo repetenda sit caussa, cur in theatrum protracti fuerint. Caeterum solennes ludos ista die in theatro celebratos fuisse, quod quibusdam videtur, probari nequit. Γαΐος forte diuersus ab eo, qui c. 40, 4 Derbaeus vocatur. Αρισταρχος forte idem, cuius ibidem mentio fit. Συνεκδημος peregrinationis socius, comes, Hesych. συνοδοιπορος.

v. 31. Ασιαρχοι. Erat Asia minor, terra foederata efficiebaturque pluribus rebus publicis ad το κοινον της Ασιας, vt dicebatur, pertinentibus. Habebat illud κοινον της Ασιας, vt olim πανιωνιον etc. in singulis prouinciis magistratus suos, qui Ασιαρχοι vocabantur, quorum plurimi aderant Ephesi, vtpote in terrae foederatae metropoli. Disputatur num magistratum ciuilem an sacrum effecerint, posteriusque placuit plurimis, qui ludis certaminibusque in theatro institutis eos praesedisse, et modo Cyzici, modo Smyrnae, modo Ephesi, vbi communia Asiae sacra habebantur, sedem habuisse, aut ex singulis Asiae ciuitatibus legatos eo missos fuisse volunt. Sed inde non sequitur, inter festa ludorum solennia transacta haec fuisse. Eodem sensu occurrunt voces Συριαρχαι, Φοινικαρχαι, Βιθυνιαρχαι etc. Sed ad magistratus ciuiles pertinuisse Asiarchas maxime contendit Schöttgen. in tract. de Asiarchis, quam excerptam dedit Dinndorf ad Morum in

Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προ- 33
βαλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος
κατασείσας τὴν χεῖρα ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ
δήμῳ. Ἐπιγνόντες δὲ, ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι, φωνὴ 34
ἐγένετο μία ἐκ πάντων, ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόν-
των· μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καταστείλας δὲ 35
ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον φησίν· Ἄνδρες Ἐφέσιοι,
τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφε-
σίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς, Ἀρ-
τέμιδος,

in h. l. Μη δουναι ἑαυτον phrasis et in latina et in nostra lingua solita. Cic. in Verr. III, 19 *populo se ac coronae daturum.* Periculum ergo a plebis commotae insania ei instare metuebant et μαθηται v. 30 et Asiarchae v. 31.

v. 33. Προβιβαζειν, prodire iubere, προβαλλειν, commendare, *vorschlagen*, vt apud Xenoph. Anab. 6, 1, 16 et Demosth. de corona c. 49 et 88, cf. Wetsten. Clamore vndique exorto hunc caussae suae patronum et oratorem designabant Iudaei. Αλεξανδρος Iudaeus quidam Ephesinus, forte idem, qui 2 Tim. 4, 14 memoratur, vbi vide. Απολογεισθαι, defendere caussam Iudaeorum contra Paullum. Namque pro Iudaeo ab ethnicis Ephesi incolis plerisque habebatur Paullus, adeoque ea, quae acciderant, omnibus Iudaeis Ephesi degentibus in detrimentum vertere poterant facillime. Proinde απολογειται, id indubie agens, vt caussam Iudaeorum a caussa Paulli prorsus diuersam esse populo persuadeat. Sed parum profuit Iudaeis haec apologia, vt v. 34 sequitur.

v. 35. Καταστελλειν de eis dicitur, qui concitatos tumultuantium animos sedare et componere annituntur. Ὁ γραμματευς, non inferioris ordinis magistratum indicat, quales erant scribae apud Romanos, sed superiorem ordinem eumque honorificentissimum, qui tabularum publicarum (*des Archivs*) curam habebat, et, quae communicanda cum populo erant, coram concione publice praelegebat, *Archiuarius, Canzler.* Schol. ad Thucyd. 7, 10. ὁ ειωθως

36 τέμιδος, καὶ τοῦ διοπετοῦς; ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν,

εν τῳ κοινῳ τα του δημου γραμματα αναγινωσκειν. Γαρ in interrogatione positum indignationem, admirationem aut similem affectum exprimit, saepiusque ita ponitur, veluti ap. Ios. B. Iud. 3, 8, 5. Subintelligenda autem sunt quaedam, quae concitatior affectus suppressit, veluti h. l. "quorsum hic tumultus? missa facitote omnia haec; vani sunt et inanes conatus, de summa Dianae maiestate aut Ephesinorum religionibus detrahendi: quis *enim* ignorat" etc. Νεωκορος proprie aedituus, qui ναον κορει, i. e. κοσμει, mundat, ornatum externum curat. 2) Apud Graecos hoc officium et vrbibus quibusdam iniungebatur, summoque sibi honori ducebat haec illaue vrbs, si splendidissimo hoc titulo numinis alicuius νεωκορος dicebatur. Hinc in numis interdum νεωκορος τινος numinis vt epitheton istarum vrbium occurrit, in quibus numen hoc illudue praecipuo splendore colebatur. *Ephesus die Pflegerin und Wärterin des Tempels der Diana*, i. e. cui templum Dianae in primis cordi erat, idque pro: vbi Diana praecipuo honore colitur. Pariter Venetias νεωκορον του ἁγιου Μαρκου etc. appellari posses. Και του διοπετους sc. αγαλματος, Dianae, eiusque simulachri, quod coelitus delapsum traditur. De pluribus numinum gentilium simulachris antiquioribus, quorum origo in aetatem tam vetustam abibat, vt eorum artifices explorari non possent, fabulae circumferebantur, a Ioue ea olim esse delapsa, veluti de Palladio, de simulachro Cybelis (Herodian. 1, 2) etc. Caeterum ex vite fabrefactum fuisse nostrum hoc Dianae αγαλμα, tradit Plin. Hist. Nat. 16, 79, nec nisi rumor fuit, de quo hic legimus, ad augendam Ephesinorum superstitionem a sacerdotibus dispersus.

v. 36. Προπετες praeceps, temerarium, προπιπτον προ τοὺ λογισμου, vt explicat Hesych. Cauete, ait, ne temerarium quid committatis, caussamque nostram, quae per se citra omne dubium optima est, nec imbecillibus hominum conatibus laedi potest, inconsideratius agendo deteriorem faciatis.

v. 37.

χειν, καὶ μηδὲν προπετὲς πράσσειν. Ἠγάγετε γὰρ 37
τοὺς ἄνδρας τούτους, οὔτε ἱεροσύλους, οὔτε βλασ-
φημοῦντας τὴν θεὸν ὑμῶν. Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος 38
καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται ἔχουσι πρός τινα λόγον,
~ ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν· ἐγκαλεί-
τωσαν.

~ ἀγόραιοι (cf. commentar.)

v. 37. Nimium agunt, qui ea, quae v. 26 aderant, ουκ εισι θεοι δια χειρων γινομενοι, a plebe pro βλασφημιαις habita, sed ab oratore hoc eatenus correcta fuisse volunt, Dianam Ephesinam non δια χειρ. ανδρος effictam sed a Ioue delapsam fuisse, adeoque βλασφημιας illas v. 26, si modo essent βλασφημιαι, in Dianam Ephesinam parum quadrare. Την θεον, legendum, non θεαν, quod ex correctione ortum: atqui et de deabus ἡ Θεος occurrit apud Homerum Il. α, 515; Ael. Var. Hist. 1, 15.

v. 38. Λογον, i. e. αιτιαν, μομφην, litem. Ita apud Demosth. aliosque classicos: vid. Kypke ad h. l. Αγοραῖος, quam lectionem vulgarem retinet et Bengeliana recensio, notionem peiorem inuoluit, indicans *hominem* circumforaneum, supra c. 17, 5. Id h. l. fere nullum sensum parit. Legendum ergo ἀγόραιος, quod de *rebus* dicitur, quae in foro aguntur, supplendumque h. l. erit vel λογοι, δικαι, κρισεις, πραξεις, vel, ἡμεραι, quod praeferunt multi, quia respondet verbo: αγονται, quod saepissime de diebus dicitur, *habentur*, *peraguntur*, *celebrantur*, Luc. 24, 21; Matth. 14, 6. Aelian. Var. Hist. 9, 5 etc. Sensus: *celebrantur dies iudiciales. Es giebt ja Gerichtstage, an denen ihr sie bey uns belangen könnet.* Ανθυπατοι, praesides Rom. qui propraetores aut proconsules etc. in prouincias mittebantur: "si forte crimen eius generis est, vt a nobis de eo cognosci nequeat, ad proconsulis Rom. forum deferri poterit lis." Minoris Asiae proconsul in vrbe Ephesiorum ipsa sedem habuit. Pluraliter hic loquitur γραμματευς, quod et nobis vsitatum est. Ita sensus facillime fluit. Adest tamen coniectura apud Bowyerum, legendum esse αγοραι ει (ei) αγονται, fora i. e. dies forenses in Demetrii vsum celebrantur, sensu eodem. Quod si αγωνται aut αγετω-

39 τωσαν ἀλλήλοις· εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε,
40 ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κιν-
δυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον,
μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος περὶ οὗ δυνησόμεθα δοῦ-
41 ναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν
ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.
Cap. XX, 1 Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον προσ-
καλεσάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς καὶ ἀσπα-
σάμενος

αγετωσαν scriptum foret, reddi posset: αγοραιοι ducantur (sc. ανδρες ουτοι, v. 37) pro εις αγοραν, vt δευτεραιον ερχεσθαι, (c. 28, 13), χθιζος pro χθες, νυκτερινος pro νυκτι etc. notissimo Graecismo dicitur.

v. 39. Adhuc de caussis priuatis loquutus erat γραμματευς: iam caussas publicas affert. Si hos viros inculpatis περι ἑτερων, v. c. quae ad ciuitatem regendam, ad religionis curam, aut ad alia, quae publici sunt iuris, pertinent. Εννομος εκκλησια. Concio populi, a magistratu legitime convocata. Istiusmodi conciones constitutis diebus in Graeciae ciuitatibus celebrabantur: Potter Archaeol. Graec. I, 17, dicunturque h. l. εννομοι, i. e. νομιμαι; alias κυριαι εκκλησιαι.

Ita sedatur tumultus, qui, tametsi in eo dissipando omnia quae aequa et bona erant, sociis Paulli a iudicibus contigerant, grauissimus tamen fuisse videtur et multis aliis perniciosior, quod vel inde apparet, quod Lucas, licet ei non interfuit ipse, tamen tam copiose de eo exponit. Vid. 2 Cor. 1, 8, quae huc tendere prope fidem est, cf. et 20, 19; 21, 27 et alibi, vbi de Iudaeis τοις εκ της Ασιας conqueritur P.

Cap. XX. *Iam iter Macedonicum, quod animo intenderat v. 21, vere suscipit; eoque peracto in Syriam redit.* Breuissime tamen hic perstringuntur ea, quae principio narrantur, nec nisi illud infertur, Paullum vere transisse 1) in Macedoniam v. 1. 2. 2) in Graeciam, proprie sic dictam, ex Macedonia descendisse, ibique per trimestre esse commoratum v. 2. 3. 3) tum per eandem Macedoniam viam in

σάμενος ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς τὴν Μακεδονίαν.
Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παραλέσας αὐτοὺς 2
λόγῳ πολλῷ ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα· ποιήσας τε 3
μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν
Ἰου-

in Syriam, i. e. Antiochiam, remensum fuisse, et peruenisse Troadem, v. 3-6. 4) Hinc, quia Lucas ipse denuo iungitur Apostolorum consortio, fusior iam insit narratio de eis, quae Troade acciderint, v. 7-12. 5) Iam iter continuatur vsque ad Miletum, v. 15-16. 6) Huc a Paullo conuocantur Ephesinorum presbyteri, quibus memorabili oratione valedicit Apostolus v. 17-fin. 7) Continuatur iter, et per varios locos Hierosolymam quidem, sed neutiquam Antiochiam venit Apostolus. c. 21, 1-16.

Ασπασαμενος, inter complexus et oscula *valedicens.* Tam de discedentium valedictione, quam de aduenientium salutationibus verbum vsurpatur. Xenoph. Hellen. Lib. 4, init. cf. Raphel. ad h. l. — Non autem relinquit P. dilectissimum sibi Ephesinorum coetum, in quo tam diu commoratus fuerat, antequam ad se conuocauerat μαθητας, mandataque eis de firmiter tenenda fide iniunxerat, cf. 1 Tim. 1, 3. Itaque Lucas scripsit προσκαλεσαμενος, quod quia inusitatius videbatur, mutatum iam antiquitus est a nonnullis in παρακαλεσαμενος (probabiliter ex 1 Tim. 1, 3, et ex v. 2 παρακαλεσας etc.) varieque construitur; quam varietatis farraginem nullo modo probandam videsis apud Griesbachium.

v. 2. Τα μερη εκεινα, Macedoniae forsan et finitimarum prouinciarum, v. c. Illyriae, vti ob Rom. 15, 19 credit Paley, tractus. Παρακαλεσας, επιστηριξας. Ἑλλαδα, in Graeciam proprie sic dictam, quae a Thessalia, Macedonia etc. distinguebatur, Curt. 4, 1, 10; cf. ad 19, 21. Antequam autem eo adueniebat, scripserat Corinthiis in hoc itinere alteram epistolam: sicuti et in eodem itinere prima ep. ad Timoth. consignata est.

v. 3. Ποιειν χρονον exigere tempus, alias διατριβειν, infra v. 6 et alibi. Lambert. Bos suppl. ποιειν (πραγματα) χρονον τινα. Proprie dicendum fuerat: ποιησαντι αυτω μην. τρ. και γεν. α. επιβ. ὑπ. τ. Ιουδ. μελλοντι etc.

 Sed

Ἰουδαίων μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας.
4 Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος ✠ Βεροιαῖος· Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦν-
✠ Πύῤῥου

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Πυῤῥου addunt ADE, 22 alii ap. Wetſt. Griesb. et Birch. 1 ap. Matth. Verſſ. Copt. Armen. Syr. poſt. Slav. Ital. Vulg. et e patribus Theophyl. et Origenes, probante et in textum recipiente Griesbachio.

Sed eiusmodi anacolutha non infrequentia ſunt, et ſaepe nominatiuus abſolute ponitur, veluti Marc. 9, 20. Cf. Munthius ex Diodor. Sic. ad h. l. Per hoc tempus epiſtola ad Rom. Corintho data videtur, niſi e priori commoratione Corinthiaca c. 18 ſcriptam malimus. *Ἀναγεσθαι* nauem ſoluere, vid. ad 16, 11. *Εἰς την Συριαν*. Rationem, cur Syriam repetere animus fuerit, vid. ad c. 18, 18.

v. 4 ſqq. Conſilium iſtud per Macedoniam redeundi, ob inſidias a Iudaeis ſibi ſtructas a Paullo ſuſceptum, licet per longiores ambages Apoſtolum circumducebat, attamen praeter alia commoda, et illum fauſtum euentum habuit, vt Lucas, inde a c. 16, 19 (vbi vide) a Paullo ſeiunctus, in Apoſtolorum conſortium denuo veniret, ſicuti ex prima plur. perſona, qua inde a v. 5 iterum vtitur Lucas, apparet. Subſtiterat ille forſan Philippis, c. 16, ibique et in vicinia arti medicae fortaſſe vacauerat. Nam illae *ἡμεραι τινες*, c. 16, 12 indicant nonniſi paucos illos dies, per quos vna cum Paullo Philippis ſubſtiterat. Iam quum redeuntes ex Macedonia euangelii praecones via per Philippos, vel propter vrbem duceret, adiungere ſe denuo poſt plurium annorum interuallum eorum ſodalitio ſtatuit Lucas; ſed quia, feſtinantibus illis, non colligere illico vaſa ſua poterat, Troadem illos abire ibique ſe mox ſequuturum praeſtolari iuſſit. Hinc autem ſubito copioſior fit rerum geſtarum narratio, veluti v. 7 ſqq., vtpote ab homine, qui eis praeſens adfuerat, tradita. Neque catalogus ſatellitum P. hoc potiſſimum

Σεκοῦνδος, καὶ Γάϊος Δερβαῖος καὶ Τιμόθεος· Ἀσιανοὶ

tissimum loco sine caussa inferitur, quasi dicere voluerit Lucas: "Hi fuere Paulli comites eo tempore, quo ipse denuo ad eorum societatem accessi." Αχρι της Ασιας, *in reditu ex Europa in Asiam.* Suspecta a nonnullis habita sunt haec, quibus minus probabile videtur, Paullum iam tum recta via in Asiam traiecisse, quem Philippis potius apud Lucam aliquantisper substitisse, et cum Luca demum ad socios Troadem perrexisse volunt, inducti forsan vocibus ἡμᾶς et ἡμεις v. 5. et 6, quas non de se solo adhibuisse Lucam volunt, sed de se et alio (Paullo). Sed quidni solus Troadem sequi, et de se solo loquens Lucas ex more scriptorum, pluraliter loqui potuerit? Forsan et alios insuper comites inde a Philippis secum sumserat, qui et ipsi Paulli sodalitio iungerentur. Rectissime ergo seruabuntur hae voces. Γαϊος, cf. ad 19, 29. Si tamen legeretur: και Τιμοθεος Δερβαιος, tutiusne statui posset, ita primitus fuisse lectum, omnia fluerent multo facilius. Tunc, post Γαϊος commate posito, et Caius ille idem apparebit, qui c. 19, 29 memoratur, et Timothei patria Derbe fuisse dicetur, quod congruit cum cap. 16, 1. Quod si igitur emendare fas esset, proponerem equidem lectionem: και Τιμοθεος Δερβαιος: quot enim casibus, quamque facile istiusmodi vocabulorum transpositio potuerit accidere, quilibet perspicit. Caeterum offendit multos, et nuperrime S. V. Schleyermacherum, quod iam hic in P. consortium rediisse dicitur Timotheus, vnde et hoc argumentum hypothesi suae, spuriam esse 1mam ad Tim. epistolam, addit: vid. eius *Sendschreiben über den sogenannten ersten Br. P. a. d. Tim. Berl.* 1807. Sed haud ita magno negotio conciliari posse omnia docuit, qui eum refellere conatus est, H. Planck *Bemerkungen üb. d. ersten Br. a. d. T.* Gött. 1809. Sed ad epist. ad Tim. pertinet haec quaestio aut seorsim est enucleanda. Ασιανοι qui erant ex Asia proprie sic dicta, ad quam non pertinebat Derbe, Lycaoniae oppidum. Τυχικος, notissimus Paulli tabellarius. Τροφιμος, 2 Tim. 4, 20. At Sopater, Secundus minus cogniti sunt. — Omni autem hac comitum enume-

5 Ἀσιανοὶ δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. Οὗτοι προ-
6 ελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρῳάδι. Ἡμεῖς δε
ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν Ἀζύμων ἀπὸ
Φιλίππων καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν
Τρῳάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ διετρίψαμεν
7 ἡμέρας ἑπτά. Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων,
συνηγμένων τῶν μαθητῶν κλάσαι ἄρτον, ὁ
Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ
ἐπαύριον, παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσο-
8 νυκτίου· ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπε-
ῥῴῳ,

ἡμων

VARIAE LECTIONES.

v. 7. Pro μαθητων indubie legendum ἡμων, quod adeſt in ABDE, 12 aliis ap. Wetſt. Griesb. et Birch., 1 ap. Matth., in Verſſ. Syr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Vulg. Itala, et apud patres Chryſoſt. Theophyl. Auguſtin. fauentibus grauiſſimis his vtriusque familiae teſtibus. Auſpicabatur quippe inde a v. 7 pericopa, quae coram ecclesia publice praelegebatur, vnde lectionaria το: ἡμων explicationis ergo mutarunt in μαθητων. Iisdem ex rationibus et v. 8 legendum ημεν συνηγμενοι, non, vt textus vulgaris ex lectionariis exhibet, ησαν συνηγμενοι. Perill. Matthaei quidem his argumentis non fauet, imo noſtrum ἡμων (v. 7) ex ημεν (v. 8) mutatum credit.

enumeratione illud ſibi voluiſſe videtur Lucas: "his ergo itineris ſociis iam et ipſe ego acceſſi." *Dieſe fand ich in dem Gefolge, als ich mich wieder an P. anſchloſs.*

v. 5. De hac re inter Lucam et Paullum eiusque ſocios Philippis conueniſſe videtur. Τρωαδι, quae iam Aſiae erat, cf. ad 16, 8.

v. 6. Ἡμεραι των αζυμων feſtum paſchale vid. intt. ad euangell. Αχρις *intra:* neque enim terminum ſolum, ſed et *interuallum* temporis particula denotat. Rom. 8, 22; 9, 25; Hebr. 3, 13.

v. 7. 8. Σαββατα integram hebdomadem indicat, Luc. 18, 12; 24, 1; Io. 20, 1. 19 etc. Μια, i. e. πρωτη vt Matth. 28, 1; Marc. 16, 2

coll.

ρῴῳ, οὗ ἦμεν συνηγμένοι. Καθήμενος δέ τις 9
νεανίας, ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, κατα-
φερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύ-
λου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου
ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω, καὶ ἤρθη
νεκρός. Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος ἐπέπεσεν 10
αὐτῷ, καὶ συμπεριλαβὼν εἶπε· μὴ θορυ-
βεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν.

Ἀνα-

coll. 9. prima hebdomadis die, i. e. die Dominica, qua die praecipua christianorum primorum conuentus habitos, eucharistiasque, seu agapas (illae enim indicatae hic videntur vocibus κλασαι αρτον, cf. ad 2, 42) celebratas fuisse, vestigia antiquissima in hoc loco inuenimus. Quia post exactum iam sabbathum paschale Troadem aduenerat Lucas (v. 6), et 7 dies ibi cum sociis substitit, sequitur, hebdomadem h. l. eam indicari, quae octauo post paschalia die infit. Παρετεινε λογον, (quod et αποτεινειν λογον dicitur apud Plutarch.) sc. quia postridie abitus instabat, ipse autem multa adhuc iniungenda et commendanda habebat μαθηταις, et ne horam quidem sine salutari doctrina praetermittere volebat, cf. v. 11. Ὑπερῳῳ ad 1, 13.

v. 9. 10. Sed impensissimum hoc euangelii commendandi studium parum aestimatur a iuuene quodam, qui pro iuuenili leuitate taedio sermonum longiorum ductus in altissimum soporem delabitur. Ευτυχος vulgare apud Graecos nomen famulorum, ad quorum familiam pertinuisse videtur iuuenis. Επι της θυριδος, ad fenestram. Καταφερεσθαι ὑπνῳ, somno quasi *deiici* et *prosterni:* recte graece ita dicitur, veluti apud Plutarchum. Posterius κατενεχθεις est: *deiiciebatur per fenestram*, απο του ὑπνου, *vi somni*, τριστεγου *de tabulato aedificii tertio*, i. e. summo, vbi ὑπερῳον erat. Νεκρος *quasi mortuus sublatus est*, v. 10. Συμπεριλαβων, *amplexu eum fouens*, et huc illuc mouens, vt vitae reliquias reuocaret.

v. 11.

11 Ἀναβὰς δὲ καὶ κλάσας ἄρτον καὶ γευσάμενος,
ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλ-
12 θεν. Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα καὶ παρε-
13 κλήθησαν οὐ μετρίως. — Ἡμεῖς δὲ προελθόντες
ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον, ἐκεῖ-
θεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον· οὕτω
γὰρ ἦν διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν.
Ὡς

v. 11. Κλασας αρτον vel: "continuauit euchariſtiae triſti illo caſu interpellatae celebrationem," vel: "cibum ſumſit, vt ad imminens iter ſe firmaret." Poſterius ob additum γευσαμενος, quod de agapis non adhibetur, praeferendum. Ὁμιλειν, familiariorem ſermonem innuit, ſicuti διαλεγεσθαι v. 9 ſolemniorem. Sed de eadem indubie re, de ſalutifera Chriſti doctrina, et hasce ὁμιλιας miſcuit vsque ad diluculum, ipſum abitus momentum.

Caeterum mirum et inſolitum rerum euentum nolimus hic inueſtigare. Omnis enim narratio eo tendit, vt non vere mortuum, ſed grauiſſime tantummodo caſu iſto affectum fuiſſe animique deliquium ad tempus paſſum eſſe iuuenem, mox tamen fotum a Paullo et refocillatum cernamus, id quod vel inde patet, quod, vbi viuus rediiſſe in conſeſſum dicitur iuuenis v. 12, non admiratione et ſtupore perculſi homines, ſed gaudio tantummodo et ſolatio affecti fuiſſe leguntur. Neque admodum cognitu digna res habebitur: multa ſimilia et grauiora accidiſſe veriſimile eſt Athenis, Corinthi, de quibus nil memoratum legimus, quia Lucas non interfuit: neque hunc caſum nobis innotuiſſe credo, niſi primus fuiſſet, qui, ex quo Lucas ſodalitio denuo ſe adiunxerat, ſe obtulerat.

v. 13 ſqq. Iter ad Miletum vsque continuatur. Ἡμεις Lucas cum aliis P. comitibus. Ασσον, vrbs Myſiae vel Troadis ad montem Idam: Plin. H. N. 2, c. 96; Strabo, Lib. 13, p. 908 B. Quod ſi alii legunt Θασσον, Θασον, vel Νασον, ex ignorantia vrbis accidit. Διατεταγμενος ην, forma paſſiua ſignificatur medio. "Ita diſpoſitus et ordinatus erat," i. e. "ita conſtituerat." Πεζευειν. Rationem

Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλα- 14
βόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην· Κἀκεῖ- 15
θεν ἀποπλεύσαντες τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν
ἀντικρὺ Χίου, τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σά-
μον· καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ τῇ ἐχομένῃ
ἤλθομεν εἰς Μίλητον. Ἔκρινε γὰρ ὁ Παῦλος 16
παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, ὅπως μὴ γένηται αὐ-
τῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἔσπευδε γὰρ, εἰ
δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς
γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα.

Ἀπὸ

nem conſilii huius a P. ſuſcepti ignoramus. Suſpicatur Michaelis: ad inſidias Iudaeorum eludendas. Sed non video, quid talia conanti profuerit iter pedeſtre.

v. 14. Συμβαλλειν τινι, *congredi cum aliquo, obuiam ei fieri*, Homer. Odyſſ. ω, 259 ſaepiusque apud Ioſeph. vid. Krebſ. ad h. l. et Elsner. Μιτυληνη princeps vrbs inſulae Lesbi, patria Pittaci, Alcaei, Sapphus etc.

v. 15. Αντικρυ *contra* i. e. in locum, qui eſt e regione Chii inſulae. Alii αντικρυ vertunt *directe;* Recta via in Chium deuenimus. Sed praeternauigaſſe videntur inſulam Chium; nam ad Samum inſulam, inter quam et Lesbum Chios media interiacet, appellunt (id enim eſt παραβαλλειν, etiam apud ſcriptores Atticos, cf. Raphel. ex Polyb. p. 383). Τρωγυλλιον, promontorium Ioniae non procul ab inſula Samo, ex qua verſus continentem eos nauigaſſe, ſilentio hic praetermittitur. Circa hoc promontorium aliquantiſper commorantur, diuerſanturque, et poſtridie mari perueniunt Miletum, nobilem Ioniae ſeu Cariae vrbem, Thaletis et Anaximandri patriam. Caeterum ſiue particip. μειναντες per *quum*, ſiue cum aliis per *quamuis* reſoluas, res eodem redit.

v. 16. Γενηται, ſc. occaſio, tentatio etc. Cf. c. 21, 5; 15. Χρονοτριβησαι (vox rarior, apud Ariſtotel. tamen occurrens). Indubie id accidiſſet, quia incolae vrbis, in qua tam diu degerat, vix eum ſtatim dimiſiſſe exiſtimandi ſunt. Πεντηκοστης. Per

17 Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον
μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας·
18 Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς.
Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας, ἀφ᾽ ἧς
ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς μετ᾽ ὑμῶν τὸν πάντα
19 χρόνον ἐγενόμην, δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πά-
σης ταπεινοφροσύνης καὶ πολλῶν δακρύων καὶ
πειρασμῶν, τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβου-
λαῖς

Per 7 ergo ſeptimanarum interuallum abſoluere voluit curſum Philippis v. 6 Hieroſolymam.

v. 17. Sed etiamſi Epheſum ipſam intrare non vult, non tamen poteſt praeterire vrbem, ſibi dilectiſſimam, ſine colloquio cum eccleſiae Epheſinae primoribus inſtituto (cf. proleg. ad 1 Tim. p. 8). Proinde Epheſinorum presbyteros Miletum conuocat et memorabili oratione valedicit incolis dilectiſſimae ſibi vrbis. Πρεσβυτερους, praefectos, omnino, ſiue ſeniores, ſiue iuniores, επισκοπους v. 28. Cf. ad c. 11, 30.

v. 18. Oratio vsque ad v. 35 protenditur. Rationem hic reddit Apoſtolus vitae ac modi, quo apud Epheſinos munus apoſtolicum geſſerit, ferè vt erga Theſſalonicenſes 1 Theſſ. 2, 1-12: et quoniam vltima iam hac vice alloqui ſe dilectiſſimos ſibi ſodales auguratur, monet, exhortatur, praeclara ad rem chriſtianam cum fide et ſtudio augendam praecepta iniungit, Deoque ſummo eos commendat. Quibus peroratis multis cum lachrymis vtrinque diſceditur. Verba hic videmus ex imis praecordiis depromta, tenerrimumque Apoſtoli erga eos, quos Chriſto adduxerat, amorem, indefeſſumque rei chriſtianae ſeruandae et augendae ſtudium teſtificantia. Iisdem ergo ſtudiis in legenda hac oratione afficiamur et ipſi. Πως, quanta inter nos amicitia fuerit, et quanta fide munus Apoſtolicum apud vos obierim.

v. 19. Ταπεινοφροσυνη, *modeſtia*, *humilitatisque ſtudium*, Eph. 4, 2; Phil. 2, 3; Col. 2, 18. Sunt tamen, qui de *animo* interpretentur, *ad mala perferenda promtiſſimo*, id quod ob ſequentia flagitari credunt: ſed deſunt huius

λαῖς τῶν Ἰουδαίων· ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν 20
συμφερόντων, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδά-
ξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ᾽ οἴκους, διαμαρτυρό- 21
μενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς τὸν Θεὸν
μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν
Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ 22
πνεύματι πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλήμ, τὰ ἐν αὐτῇ
συναν-

huius vocis significationis exempla. Nuperrime hanc explicationem defendit b. *Morus* ad h. l. Δακρυων και πειρασμων videtur esse hendiadyn pro: *lachrymis ob inflictas mihi calamitates obortis.* Επιβουλ. των Ιουδαιων. Innuit vel tumultum Ephesinum, c. 19, 23 sqq. (cf. 2 Cor. 1, 8), vel, quia istae insidiae non tam a Iudaeis, quam ab ethnicis Ephesi incolis structae erant, omnes calamitates alias, quas vbique locorum ei intulerat Iudaeorum odium, quasque Ephesi omnes mente recoluerat.

v. 20. Ὑποστελλεσθαι sensu medio 1) simpliciter dictum innuit: *subducere se, subterfugere;* sic infra, v. 27; Gal. 2, 12; Polyb. I, 16. 2) cum accus. rei iunctum: *celare et dissimulare aliquid prae metu*, ita h. l. Ita saepissime occurrit apud Iosephum. Του μη. Particula negandi hic ex more in pluribus linguis consueto abundat.

v. 21. Εις Θεον gentibus commendauit conuersionem ab idolorum vanitate ad verum Deum; Iudaeis autem conuersionem a Pharisaeismo ad Iesu veri Messiae doctrinam.

v. 22. Πνευματι. De Paulli animo intelligendum est, quo δεδεμενος ην, i. e. vrgebatur, cogebatur et quasi vinciebatur. Ita το δεειν eleganter poni pro *cogere*, ex Pindaro, Xenophonte commonstrauit Kypkius. Erit ergo sensus similis phrasi συνειχετο πνευματι, supra c. 18, 5, vertendumque: *ich fühle einen zwingenden Drang in mir.* Alii cum Grotio explicant: animo meo vincula mihi imminentia praesentio, *ich liege im Geiste schon in Fesseln:* sed ista phrasis hodiernum magis quam antiquiorem loquendi modum sapit. — Sed plurimi intt. το πνευμ. de spiritu sancto intelli-

23 συναντήσοντά μοι μὴ εἰδὼς, πλὴν ὅτι τὸ πνεῦ-
μα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί μοι, λέ-
24 γον, ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν. Ἀλλ᾽
οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου
τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου
μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν, ἣν ἔλαβον παρὰ
τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι τὸ εὐαγγέ-
λιον

telligunt, exponuntque fere eodem ſenſu: "Sp. S. me cogit impellit et quaſi vinculis conſtringit." Quin et ſollicitant lectionem alii, legendo δεδομενος, ego traditus et commiſſus πνευματι ἁγιῳ. Verum quia v. 23 diſerte πν. ἁγ. nominatur, indicari eo videtur, h. l. Paulum de ſuo ipſius πνευματι cogitare, eritque praeferendus ſenſus, quem primo loco poſui. Cf. Dinndorf. ad Morum in h. l. — Eodem fere modo in vrbem, vbi mors imminebat, proficiſcens loquitur Ieſus ipſe Luc. 18, 31.

v. 23. Quamuis neſciret, quae ſibi Hieroſolymis timenda erant, ex eis tamen, quae in omnibus per Aſiam Europamque diſperſis vrbibus, vbi euangelium promulgauerat, erat expertus, rectiſſime concludit, multo grauiora ſe in Hieroſolymae vrbe, Iudaismi ſede et arce experturum. Iam autem, ad quae cogitatione et mente delabitur ipſe, ea, quia ad rem chriſtianam ſpectabant, a Sp. S., rei chriſt. ſummo praeſide et tutore ſibi ſuggeſta exprimit. Conf. Excurſus 4. Sunt tamen, qui prophetas per Spir. S. loquentes hic indicari credant, veluti Agabum c. 21, 10. 11. Κατα πολιν non iung. c. ὁτι δεσμα — μενουσι, ſed cum διαμαρτυρεται, pro διεμαρτυρετο. Qui priorem nexum praeferunt, mirantur, dixiſſe haec Paullum, quum tamen in pluribus vrbibus nullis perſequutionibus fuerit infeſtatus.

v. 24. Εμαυτῳ, neque enim mihi ipſi; ſed Ieſu Chriſto ſacra eſt anima, Gal. 2, 20; Phil. 1, 21. Ὡς τελειωσαι, ecbaticως dictum, *ſo daſs ich denn auch mit Freuden vollenden werde* etc. Δρομον ad 2 Tim. 4, 7.

v. 25.

λιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ 25
οἶδα, ὅτι οὐκέτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου ὑμεῖς
πάντες, ἐν οἷς διῆλθον κηρύσσων τὴν βασιλείαν
τοῦ Θεοῦ. Διὸ μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον 26
ἡμέρᾳ, ὅτι καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάν-
των· οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι 27
ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ.

Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, 28
ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους,

ποιμαί-

v. 25. Ὑμεις παντες, ἐν οἱς διηλθον. Non Ephesinos solum, sed omnium terrarum, quas peragrauerat, incolas innuit. Frustra autem hunc locum torquent, quicunque post liberationem e carceribus Romanis vere rediisse Paullum in Asiam etc. contendunt. Fac enim, eum rediisse, etiamsi de fatis Paulli post Romana vincula omnia vaga et ambigua sunt, nil inde sequitur, quam illud, vanum hic et inanem timorem ab Apostolo exprimi.

v. 26. 27. Καθαρος εγω etc. formula, innocentiam profitendi, Matth. 27, 24. Καθαρος απο non ex hebraismo solum, sed et graece dicitur, occurritque ap. Iosephum, Demosth. cf. Kypke. Haudquaquam faustissimos futurorum temporum euentus praesagire videtur P. (cf. v. 29), siquidem expertus forsan erat procliuiores Ephesinorum animos ad audiendas doctrinas falsas et διεστραμμενας, fouendosque doctores, qui Christi asseclas tamquam gregem laceraturi sint. Hinc suam innocentiam testaturus fortius loquitur απο του αἱματος παντων, q. d. "Quod si in posterum praecepta mea negligendo falsisque doctoribus obediendo in exitium incurretis, nolite mihi illud crimini vertere, vtpote qui sum καθαρος" etc. Ὑπεστειλαμην, v. supra ad v. 20. Non me subduxi, sed in conspectu secus docentium mihi semper constiti, eadem vera et recta vobis tradens.

v. 28. Ποιμνιον, ποιμαινειν, voces ex metaphora repetitae, quae in N. T. in hunc sensum et alibi occurrit, v. c.

 Io.

ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ˜Θεοῦ, ἣν περιεποιή-
29 σατο διὰ ˜τοῦ ἰδίου αἵματος. Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦ-
το, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι
βαρεῖς

˜Κυρίου ˜τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου. Cf. Excurſ. 9.

VARIAE LECTIONES.

v. 28. Pro θεου, textus vulgaris et Bengeliani quoque lectione, legitur et Κυριου, porro Κυριου θεου, et Χριστου. De memorabili hac varietate, cui et connexa eſt alia, quae pro δια του ιδιου αιματος legit: δια του αιματος του ιδιου vid. Excurſum 9.

Io. 10, 11 ſqq.; 1 Petr. 5, 2 ſqq. Επισκοπους, i. e. ποιμενας, Eph. 4, 11, ſi imagini inſtare Apoſtolo placuiſſet: ſed iam proprie loquitur, et ita επισκοπος quemlibet cuiuis tandem rei praefectum deſignat, ergo et paſtorem, gregi praefectum, gregemque επισκοπουντα, 1 Petr. 5, 2. Caueamus ergo, ne ſenſu eccleſiaſtico titulum eis h. l. tribui credamus. Περιποιειν, (κτᾶσθαι, εὑρισκειν,) *acquirere*, *adſciſcere*, 1 Theſſ. 5, 9; 2 Theſſ. 2, 14; 1 Petr. 2, 9; Tit. 2, 14 etc. Cf. loca ex profanis abunde congeſta apud Wetſten. Acquiſiuit ergo eccleſiam I. C. et redemit, et quidem, quod ad altius permouendos animos addit, δια του ιδιου αιμ. Plura de varietate ſenſus ex lectionis varietate exorta vid. in Excurſu 9.

v. 29. Ratio, cur ad cautam circumſpectamque prudentiam admoneat. Αφιξις vulgo eſt *aduentus*, quod tamen nullum ſenſum commodum hic parit; proinde monuit iam Chryſoſtomus, h. l. ſumendam eſſe vocem pro αποδημιαν *diſceſſum*. Perinde et in paucis locis aliis apud claſſicos reperitur, quos videſis apud Schleusnerum. Λυκοι id eſt hoſtes violentiſſimi et callidiſſimi, quos imagini inhaerens λυκους, (Ioh. 10, 12) et quidem βαρεις, infeſtos et perniciofos (ita apud claſſicos adhibetur vox) nominat. Caeterum falſos magiſtros hic ab Apoſtolo taxari, qui peruerſa docentes a genuino et infucato chriſtianiſmo abſtrahere conaturi ſint coetum, ex v. ſq. diſcimus. Eadem mala ominatur Apoſtolus 1 Tim. 4, 1 ſqq; Cf. Eph. 5, 6; Coloſſ. 2, 4 et alibi.

βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου· καὶ 30
ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες
διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾷν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω
αὐτῶν. Διὸ γρηγορεῖτε, μνημονεύοντες, ὅτι τριε- 31
τίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δα-
κρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον. Καὶ τὰ νῦν πα- 32
ρατίθεμαι ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ
τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι
καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις
πᾶσιν.

v. 30. Εξ ὑμων *ex vestrae vrbis incolis.* Διεστραμμενον, incuruatum, 2) peruerſum, falſum; nam verum comparatur viae rectae, et falſum viae curuae, illud eſt ορθον, hoc διεστραμμενον, στρεβλον, σκολιον. Matth. 17, 17; Phil. 2, 15.

v. 31. Τριετιαν. Non pugnant haec cum 19, 10, vbi per biennium in ſchola Tyranni docuiſſe legitur P. Namque ſi addideris tres menſes, per quos in ſynagoga docuerat Epheſinos, c. 19, 8, tempusque, quod inde a c. 18, 19 itineribus confecit, adiunxeris, efficietur fere τριετια, quam vocem, ſicuti et ſequentia, νυκτα και ἡμεραν et ἑνα ἑκαστον, ad mathematicam certitudinem non eſſe reuocanda nemo non videt.

v. 32. Παρατιθεμαι, *commendo*, ſupra 14, 23; cf. ad 1 Tim. 1, 18. Λογος χαριτος, vt ſupra v. 24 ευαγγελιον της χαριτος, eſt doctrina Chriſti, quae de gratia et fauore Dei nos edocet eamque nobis conciliat. Haec doctrina iam dicitur poſſe nos εποικοδομησαι i. e. prodeſſe eo, quod vlterius ſubinde nos ducit, tam quoad intellectum, quam quoad mores; ſicuti aedificium fundamento ſuperſtruitur, altiusque ſubinde exſurgit. Sed eadem doctrina valet et δουναι κληρονομιαν, i. e. bonorum poſſeſſionem, maxime in regno Meſſ. id. qu. κληρον, *partem*, c. 26, 18 εν τοις ἡγιασμενοις, inter (εν, ב) Chriſtianos, qui, vt Deo potiſſimum conſecrati, audiunt ἁγιοι, ἡγιασμενοι, infr. c. 26, 18; 1 Cor. 1, 2; Iud. 1. Senſ. ergo: haec doctrina, i. e. obedientia ei praeſtita, et vos participes faciet felicitatis,

33 πᾶσιν. — Ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδε-
νὸς ἐπεθύμησα· αὐτοὶ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρεί-
34 αις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ
35 χεῖρες αὗται. Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω
κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούν-
των, μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ,
ὅτι αὐτὸς εἶπε· μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι ἢ
λαμβάνειν.

Καὶ

tatis, in regno Messiano a piis Dei cultoribus consequendae. Ita omnia quadrant aptissime, nec video, cur difficultates moueant nonnulli, contendendo, non bene dici posse: commendare aliquem doctrinae. Quidni enim ea doctrina benignae matri, aut hic λογος patri beneuolo possit comparari, qui tutela sua nos suscipit, et quasi sinu fouet? — Sed id nolentes nonnulli vel τῳ λογῳ της χαριτός per pleonasmum pro τῃ χαριτι ipsa dictum putant, quod eodem rediret, vel τῳ δυναμενῳ ad remotius Θεῳ referunt, contra verborum nexum, vel ad Ioanneum Λογον, i. e. Iesum satis insulse respiciunt.

v. 33-35. Ad finem orationis properans id quoque agit, vt animum a nimio proprii lucri studio absterreat: in qua re et ipsa se ipsum exemplar proponit. Ταις χρειαις — ὑπηρετησιν, elegans phrasis, et a Xenoph. adhibita, "Manus meae subministrarunt necessaria mihi et comitibus meis (τοις ουσι breuius pro ταις χρειαις των οντων)." Παντα ὑπεδειξα, i. e. εν πασιν ὑποδειγμα ὑμιν εδωκα (Io. 13, 15). Οὑτω κοπιωντας, etiamsi aerumnas labor et molestias attulerit. Δει αντιλαμβανεσθαι των ασθενουντων, non solum nobismetipsis victum et amictum parare, sed etiam opitulari (αντιλαμβανεσθαι, Luc. 1, 54; Sirach. 2, 6; Thucyd. 2, 61) pauperibus et afflictis. Id enim exprimit ex rerum nexu το· ασθενουντων, vt 2 Sam. 3, 1. Schol. Aristoph. ad Pac. v. 668, ασθενουντας, i. e. εν ενδειᾳ οντας. Sunt tamen qui eodem sensu sumant, quo occurrit Rom. 14, 1; 15, 1, vt sit: consulere eis, qui facilius offendi possunt (vid. Kopp. ad ill. l.), praeser-

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ σὺν 36
πᾶσιν αὐτοῖς προσηύξατο. Ἱκανὸς δὲ ἐγένετο 37
κλαυθμὸς πάντων· καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τρά-
χηλον τοῦ Παύλου κατεφίλουν αὐτόν· ὀδυνώ- 38
μενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ, ᾧ εἰρήκει, ὅτι οὐκέτι
μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν. Προέπεμ-
πον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον.

Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέν- Cap.
τας ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς τὴν XXI, 1

Κῶν,

praesertim si doctrina christiana non gratis traditur. Μνημονεύειν τε -- αυτος ειπε. Nusquam scriptum reperimus, Iesum diserte apophthegma hoc protulisse: sed adsunt similia Luc. 6, 30; 11, 41; 18, 22. Probabile ergo est, aut Paullum oratorem ipsum, aut Lucam, qui eum loquentem inducit, ex relatione eorum, qui Iesum hoc effatum saepius in ore habuisse nouerant, hoc apposuisse. Multa sane et fecisse et dixisse Iesum, quae non scripta exstant in historiographis sacris nemo dubitabit. Plures eiusmodi sententiae, a I. C. dictae, inter primos Christianos orc ferebantur, vt ex Patrum libris discimus; vid. Fabric. cod. Apocryph. N. T. I, p. 321, et Körneri programma de dictis I. C. αγραφοις. Nostrum hoc Clemens Rom. epist. 1 ad Corinth. §. 2 diserte affert cf. Constitutt. Apostoll. 4, 3. Sed apud profanos similes sententiae frequentissime occurrunt, v. c. Aristot. Nicom. 4, 1, μαλλον εστιν του ελευθερου, του διδοναι οις δει, η λαμβανειν ὁθεν δει. Plutarch. ευποιειν ἡδιον εστι του πασχειν. Plura videsis apud Wetsten. et Wolf. ad h. l.

v. 36 - fin. Haud praeter naturam haec acciderunt, siquidem eiusmodi scena, qualis hic instruitur, etiamnum ad permouendos animos aptissima est.

Cap. XXI. Hinc iam tendit P. in vrbem Hierosolymam, in qua fatales ei dies instant, neque amicorum exhortationibus absterreri se a proposito patitur; siue quod et hac vice saluum se et sospitem inde rediturum spera-

Κῶν, τῇ δὲ ἑξῆς εἰς τὴν Ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς
2 Πάταρα. Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς
3 Φοινίκην, ἐπιβάντες ἀνήχθημεν. Ἀναφανέντες
δὲ τὴν Κύπρον καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυ-
μον ἐπλέομεν εἰς Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς
Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον
4 τὸν γόμον. Καὶ ἀνευρόντες μαθητὰς ἐπεμείνα-
μεν αὐτοῦ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλε-
γον

ſperabat, ſiue potius quod ſciebat, non illud tantummodo munus ſibi implendum eſſe, vt per gentes praedicaret euangelium, verum et illud, vt Apoſtolorum collegio narraret, quae per ſe forent geſta, pauperibusque Hieroſolymitanis ſtipem per gentes collectam adferret. Tenditur autem iter per inſulas Côn, Rhodum, in vrbem Pataram, prope Cyprum in Syriam, deinde Tyrum, Ptolemaidem, Caeſaream, Hieroſolyma. In qua via quae acciderint, narratur c. 21, 1 – 16.

v. 1. Ευθυδρομησαν vid. ad 16, 11. *Cos* inſula maris Aegaei contra Cariae littus, Iunonis cultu celebris. In accuſatino ſcribitur Κων et Κω, Schol. in Iliad. ξ, 255. *Rhodus* notiſſima. *Patara* vrbs maritima Lyciae, Apollinis cultu inſignis.

v. 3. Αναφαινεσθαι vox nautica (ſicuti et αναγεσθαι nauem ſoluere, καταγεσθαι appellere, ſupr. 16, 11) diciturque nauta αναφαινειν την γην, ſi viatoribus per mare proficiſcentibus terram e longinquo conſpectam annunciat. Terra ipſa autem viatoribus αναφαινεται, paſſiue. Sed et de viatoribus ipſis ex Graeco loquendi vſu dici poteſt: αναφαινονται την γην, pro: ἡ γη αναφαινεται αυτοις. Ita πιστευεσθαι ευαγγελιον Gal. 2, 7, et ſexcenties alias. Non ergo eſt quod ſenſu actiuo cum quibusdam legamus αναφαναντες. Τυρον – γομον, nauis ergo mercatoria erat, Tyrum deſtinata: quae circumſtantiae niſi Apoſtolum prohibuiſſent coercuiſſentque, haudquaquam praeteriiſſe eum Antiochiam, eccleſiarum chriſtianarum inter paganos ſedem palmariam, crediderim.

v. 4. Ανευρισκειν perquirere, et perquirendo inuenire.

γον διὰ τοῦ πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερου-
σαλήμ. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς 5
ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων
ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἕως ἔξω
τῆς πόλεως· καὶ θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ τὸν
αἰγιαλὸν προσηυξάμεθα. Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλ- 6
λήλους ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκεῖνοι δὲ ὑπέ-
στρεψαν εἰς τὰ ἴδια.

Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες ἀπὸ Τύρου 7
κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ ἀσπασάμενοι
τοὺς ἀδελφοὺς ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς.

Τῇ

nire. Raphel. ex Polyb. ad h. l. *auffuchen.* Δια του πνευματος motu diuino agitati. Luc. 2, 27. Cf. Excurf. 4.

v. 5. Εξαρτισαι ἡμερας i. e. *perficere*, πληρωσαι, vt Oecumen. ad h. l., אלמ. Inufitatius ita dicitur, fed ex analogia facile deriuatur; αρτιος enim eft *integer, perfectus*, vnde εξαρτιζειν eft *perfectum reddere*, *abfoluere*, tam morali fenfu, 2 Tim. 3, 17, quam phyfico, vt h. l. Τας ἡμερας, illos dies 7. Tamdiu enim nauis illa ad negotia peragenda Tyri fubftitiffe uidetur, et deinde iter continuaffe. Pleonafticam autem eiusmodi conftructionem εγενετο εξαρτισαι ἡμας habebis et infra v. 35, vti et c. 20, 16. Επι τον αιγιαλον προσηυξαμεθα. Similis disceffus fcena, atque Cap. 20, 36. Non autem eft, quod cum nonnullis in fynagoga feu profeucha ad littus exftructa, perinde ac cap. 16, 13 peracta haec credamus. — Ασπασαμενοι. Legitur et απησπασμεθα, quod ex v. 1 correctum uidetur. Εις τα ιδια לביתם hellenift. Efth. 5, 10.

v. 7. Διανυσαντες. Non: *quum abfoluiffemus*, neque enim dum abfoluerant curfum, fed: *abfoluere conantes*, *continuantes*: ea enim vis ineft aoriftis. Nefcio ergo, quomodo ferri poffit coniectura ap. Bowyer. διαναυσαντες. Πτολεμαΐδα celeberrimam vrbem Phoeniciae, feu eius Galilaeae partis, quae Galilaea gentium

8 Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες ἤλθομεν εἰς Καισά-
ρειαν, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου
τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ, ἐμείναμεν
9 παρ' αὐτῷ. Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι
10 τέσσαρες προφητεύουσαι. Ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν
ἡμέρας πλείους, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας
προ-

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Pro ηλθομεν post εξελθοντες legitur: οι περι τον Παυλον ηλθον in textu vulgari, quod tamen abest ex ABCE, 17 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 3 ap. Matth. Verss. Syrr. Arab. Copt. Armen. Vulg. Manifesto ex lectionariis, quae nouam hinc pericopam incipiebant, in textum irrepserunt et haec verba, ab omnibus fere criticis improbata et e textu Bengelii, Griesbachii, Matthaei etc. proscripta.

tium dicebatur. Olim vocabatur Acco, Iud. 1, 31; Cf. Reland. Palaest. p. 537.

v. 8. 9. Εξελθοντες e naui: iam enim perfectum erat iter maritimum. Φιλιππου, eiusdem, qui c. 6, 5 et c. 8 memoratur. Nominatur hic ων εκ των ἑπτα, vnus e 7 diaconis illis c. 6, 5, quod tamen a seriore manu adpictum esse mihi videtur: vid. statim ad v. 10. Vocatur idem ευαγγελιστης, i. e. doctor non vni eidemque ecclesiae vacans, επισκοπος, διδασκαλος, sed varias vrbes ad euangelium docendum peragrans, vt fecit Philippus c. 8. Cf. ad Eph. 4, 11 et 2 Tim. 4, 5. Apostoli quidem idem muneris habebant: sed non omnes praecones insigniori hoc titulo compellabantur, nisi singulari diuino iussu ad id vocati essent. — Προφητευουσαι, quae interdum diuino afflatu abreptae de euangelio, Iesuque Messia loquebantur. cf. ad c. 2, 17; 19, 6 alibi.

v. 10. Αγαβος, idem indubie, qui supra c. 11, 28 memoratur, qui Hierosolymis sedem habens ad alias interdum vrbes descendere solebat ad prophetiam exercendam. Mirari profecto h. l. subit, de Agabo vt homine parum cognito hic loqui Lucam, idque indicare per additum τις, quum tamen eiusdem mentionem iam fecisset supra c. 11, 28, de septem autem illis diaconis, qui

προφήτης ὀνόματι Ἄγαβος· καὶ ἐλθὼν πρὸς 11
ἡμᾶς καὶ ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, δήσας τε
αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας, εἶπε· τάδε
λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν ἄνδρα, οὗ ἐστιν
ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω δήσουσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἱ Ἰου-
δαῖοι, καὶ παραδώσουσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν. Ὡς 12
δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς τε καὶ
οἱ εντόπιοι, τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς Ἱερουσα-
λήμ. Ἀπεκρίθη τε ὁ Παῦλος· τί ποιεῖτε κλαί- 13
οντές καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; ἐγὼ
γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς
Ἱερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ
Κυρίου Ἰησοῦ. Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ ἡσυχά- 14
σαμεν, εἰπόντες· τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω.—

Μετὰ

qui c. 6, 5 memorati erant, ita exponere eundem v. 8, ac si fama iam celeberrimi illi fuissent, nec distinctiore vllo alio indicio egisset eorum mentio, quum tamen antiquior res illa iam dudum in obliuionem abire facillime potuisse videatur. Proinde v. 8 quidem τα: ουτος εκ των ἑπτα a feriore manu adpictum equidem crediderim, at hic v. 10 aut alium Agabum indicatum esse, ab eo, cuius mentio fit c. 11, 28 diuersum, aut testimonium exhiberi, ibi quidem aliud documentum expressisse Lucam, h. l. autem de suo narrare, oblitumque esse, eundem Agabum iam supra in eodem libro, sed ex alio documento a se esse memoratum.

v. 11. Αὐτου sua ipsius membra. Ταδε λεγει το πν. το ἁγιον, spiritus sanctus, qui me prophetam regit et impellit. — Eiusmodi autem actiones symbolicae, qualem h. l., sublata zona, instituit Agabus, frequentissimae erant apud prophetas, etiam veteriores, vid. e. gr. Ier. 13; Ezech. 4. 5. 11; 1 Reg. 11, 30 sqq.

v. 12 - 14. Εντοπιοι *incolae Caesareenses*, qui quidem Christo nomen dederant. Vox et Arriano hoc sensu adhi-

15 Μετά δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἐπισκευασάμενοι ἀνε-
16 βαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν
μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες,
παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρ-
χαίῳ μαθητῇ.

Γενομένων

VARIAE LECTIONES.

v. 15. Επισκευασαμενοι. Ita exhibet textus Bengelianus, quod et inuenitur in ABE, 36 aliis ap. Wetst. Griesb. et Birch. 6 ap. Matth. nonnullisque patribus, Chrysost. Oecum. Theophyl. prob. Grotio, Krebsio etc. Verss. reddunt voce, quae significat *praeparantes*, quod cum vtraque voce possit exprimi (vid. Commentar.), ambigua semper manet lectio. At, αποσκευασαμενοι, quae est vulgaris lectio, a plurimis intt. defenditur, e. gr. Heumanno, Wolfio, retineturque in textu Griesbachiano, forte quia eodem sensu dictum difficilior est lectio. Legitur et παρασκευασαμενοι, επισκεψαμενοι, αποταξαμενοι, vt c. 18, 18. Cf. Commentar.

adhibita. Τι ποιειτε κλαιοντες vel: *cur fletis*, vel: *quid efficietis lachrymis vestris ad me permouendum? Nihil inquam: namque* etc. vel vtrumque; sensus eodem redit. Συνθρυπτειν καρδιαν, *effoeminare, roburque animi frangere*. Phrasis Polybio, Xenoph. Plutarcho etc. adhibita vid. Raphel. et Elsner. ad h. l.

v. 15. Επισκευαζειν est vasa et sarcinas *colligere*, et instruere se rebus ad iter necessariis: (Schol. Cod. h ap. Matth. τα προς την οδοιποριαν λαβοντες); at αποσκευαζειν (cf. Var. lect.) est vasa *deponere*. Illud commodius videtur dici de eis, qui ad iter se accingunt: sed et hoc eodem sensu valebit: deponere omnia, quae iter instituentibus inutilia habentur et impedimento sunt. Ita Polyb. ait: ταυτα δ' αποσκευασαμενους και γενομενους ευζωνας etc. Aiunt porro lectionis αποσκευασαμ. patroni, facile fieri potuisse, vt, quae in longinquo itinere collegerant socii, deposuerint, quia iam, propinqua Hierosolyma, non iam admodum fuerint necessaria.

v. 16. Αγοντες — Μνασ. Κυπρ. varie hic potest construi. Vel: "ducebant nos Μνασωνι τινι, i. e. ad Mnasonem quendam, (Datiuus perso-

Γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως 17
ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοί. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει 18
ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τε
παρεγέ-

personae; vt ל, pro accusat. cum praeposit. προς, Genes. 24, 54), a quo hospitio exciperemur," iamque αγοντες idem erit, quod alias προπεμποντες. Vel αγοντες est: "secum ducebant Mnasonem quendam, a quo exciperemur hospitio." Iam debuerat esse accusat. Μνασωνα etc. qui tamen ex Graecismo frequentatissimo ob praecedentem datiuum παρ' ω et ipse in datiuum abiit. Ex hac explicatione Mnason ille forte tunc temporis Caesareae aderat, et conuenerat inter Christianos Caesareenses et Mnasonem, christianum hominem Hierosolymae habitantem, vt Paullus, dum in vrbe versaretur, apud Mnasonem diuerteret.

---

v. 17. *Paullus postrema vice Hierosolymis.* Memorabilis admodum rerum tristissimarum narratio, quae nobis ob oculos ponit instantes iam Paullo fatales dies. Rata ergo et effecta sunt, quae ominati dehortatique erant amici, neque iam ex hoc itinere Hierosolymitano tam saluus et sospes euadit, atque antea. Sed, etiamsi pessima quaevis auguratus, noluit tamen deserere illas partes, quas sibi circa afferendas pauperibus Hierosolymitanis eleemosynas iniunctas sciebat. Nos vero attenti hic contemplabimur diuinum Messiae legatum, et admirabimur certo eius constantiam, qua et ipse exemplum magistri vltimis vitae diebus similia passi expressit, tamque strennuum rerum christianarum vindicem et propugnatorem citius in stadio suo subsistere debuisse merito dolebimus. Et haec quidem sectio, quia longius producitur, vsque ad c. 27, in plures particulas commode dispescetur.

a) *Excipitur P. comiter ab Apostolis Hierosolymitanis, et, ne prudens in pericula imminentia incurrat, indulget precibus amicorum obtestationibusque, ritusque Iudaicos celebrat.* v. 17 - 26.

v. 18. Ιακωβον. Petrus enim, qui antea quidem collegio Apostolorum Hierosolymis praefectus fuerat, non

19 παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι. Καὶ ἀσπασάμενος
αὐτοὺς ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἐποίησεν ὁ
20 Θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ. Οἱ
δὲ ἀκούσαντες ἐδόξαζον τὸν Κύριον, εἶπόν τε αὐ-
τῷ· θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰου-
δαίων τῶν πεπιστευκότων, καὶ πάντες ζηλωταὶ
τοῦ

non amplius degebat in vrbe; post eum autem nemo maiori auctoritate pollebat, quam Iacobus, vid. ad 15, 13.

v. 19. Καθ' ἓν ἕκαστον. Hic ergo audiit Lucas et multa eorum, quibus non interfuit ipse, sicuti et ex familiariore cum Paullo conuersatione eadem audire potuit. Nemo ergo eius fidem historicam et circa haec in dubium vocabit. Cf. Prolegom. p. 29.

v. 20. Gratissimo quidem animo accipiunt Apostoli Hierosolymitani narrationem de incrementis, quae inter paganos ceperat euangelium: attamen et illis consulere allaborant, qui ex Iudaismo ad Christum accesserant. Verentur autem, ne prorsus ab eo alienentur eorum animi, si omnes omnino ritus νομου Iudaici, quem summo adhuc honore prosequebantur, neglectos a Paullo viderent, metuuntque Paullo, quem νομου auctoritatem labefactasse inter gentes audierant, ne prodesse vlterius doctrina sua possit hominibus, quorum animi aduersus eum, qui semel in heterodoxiae crimen incurrerat, irritati erant. Proinde suadent Apostolo, vt indulgeat eis, et aliquod saltem inter eos, qui vel ex Iudaeis vel ex gentibus Christo nomina dederant, discriminis intercedere ostendat. Paullus autem, licet saepissime diserte discrimen hoc negauerat, Gal. 3, 28, hic tamen, qua erat sapientia, conniuet cum imbecillitate Iudaeorum et Apostolorum ipsorum, prout ipse docuit, Rom. 14; et quia minoris momenti res ab eo exigebantur, quae nullam euangelio noxam poterant afferre, eo promtius ea peragit, quo facilius animos inde poterat conciliare 1 Cor. 9, 20; Act. 16, 3. Πoσαι μυριαδ. Ἰουδ. πεπιστ. *Wie eine grosse Zahl gewesener Juden sich unter denen befinde, die du in heydnischen Staaten bekehrt hast.* Ita accipiunt nonnulli, cum *Moro*,

τοῦ νόμου ὑπάρχουσι. Κατηχήθησαν δὲ περὶ 21
σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τοὺς
κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, λέγων μὴ περι-
τέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περι-
πατεῖν. Τί οὖν ἐστι; πάντως δεῖ πλῆθος συνελ- 22
θεῖν·

Moro, vocibus ποσαι μυριαδες inducti. Sed et de Iudaeochristianis intra Palaestinam viuentibus valebunt eae voces, quia per tantum temporis interuallum Apostolorum Palaestinensium, Philippi etc. studio et labore et illos ad myriades vsque excreuisse haudquaquam a fide abhorret. De his autem accipiendae vtique videntur voces, quia alias haec non bene concinunt sequentibus. *Sehr gut ist es, und Gott sey dafür gelobt, dass du so viele Myriaden aus dem Heidenthume bekehrt hast: aber du siehst auch, wie viel Myriaden wir während der Zeit aus dem Judenthum bekehrt haben. Nun bedenke* etc. Και παντες ζηλωται. *Hi autem omnes impensissimo servandae legis, rituumque sacrorum, circumcisionis* etc. *studio tenentur*, neque possunt abduci a conatibus suis, Iudaismi cum Christianismo iungendi.

v. 21. Κατηχηθησαν, *rumore ad eos de te perlato edocti sunt.* Ita occurrit vox apud Philon. legat. ad Cai. c. 52, cf. supr. ad 18, 25. Rumor autem iste ad Iudaeochristianos Palaestinenses facillime penetrare potuit per Iudaeos, Iudaeochristianosque exteros, qui ad festa, vt nunc pentecostalia, celebranda vndique in vrbem confluebant. Παντας Ιουδαιους desunt in quibusdam, sed subintelligenda tamen sunt. Griesb. suspicatur οντας Ιουδ. Λεγων - περιπατειν. Falso autem haec crimini Apostolo dabantur, aut falsa saltem veris admixta erant. Proselytorum tantummodo et ethnicorum libertatem vbique vindicare allaborabat, vt in epist. ad Rom. Gal. etc., non Iudaeos a νομου studio auertere. Rom. c. 14. Act. 16, 3. Et hac ipsa de caussa voces παντας Ιουδ. in nonnullis exemplis omissas puto, vt οἱ κατα τα εθνη eos exprimerent, quos ex gentibus ad Christum conuerterat P.

v. 22. Παντως δει, i. e. *necessario accidet, euitari nequit,*

23 θεῖν· ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας. Τοῦτο οὖν
ποίησον ὅ σοι λέγομεν· εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες
εὐχὴν

nequit, quin plebs Iudaeochristianorum Hierosolymitanorum ζηλωτων *concurrat.* Eodem fere ſenſu Matth. 18, 7 dicitur αναγκη ἐστι, et h. l. δει, quibus exprimitur id, quod neceſſario ex re aliqua ſequitur. Sunt tamen, qui malint: *Oportet nos vtique conuocare eorum coetum*, quod non placet, quia ſic Apoſtoli Hieroſolymitani magis irritaſſe animos videri poterant. In quibusdam exemplis autem prorſus haec abſunt nec niſi legitur: παντως ακουσονται, ὁτι εληλυθας.

v. 23 ſq. Votum aliquod ſuſcipere, quod ſoluatur, ſi morbo, naufragio aliiue periculo eripuerat aut inſigniore beneficio praeſentius ſe exhibuerat numen, apud omnes fere gentes vſu erat receptum, ergo et apud Iudaeos. Apud quos, qui eiusmodi voti rei erant, ἡγνιζοντο i. e. abſtinebant a vino cibisque nonnullis, luſtrabantur, comam alebant, precibus operam dabant etc., peractis autem rite omnibus, quae per plures dies continuabantur, abſolutoque ἁγνισμῳ, in templo coram ſacerdotibus ſacrificia offerebant. Sed et illud apud Iudaeos more obtinuit, vt non ſolum illi, qui votum ſuſceperant, his legibus, et huic ἁγνισμῳ ſe ſubiicerent; ſed et aliis ditioribus maxime in magnam pietatis laudem verteretur, ſi vna cum eis ἁγνισμου leges obſeruarent, viuerentque, ac ſi ipſi votum ſuſcepiſſent, ſumtusque ad ſuſtentandos alios erogarent, quo citius voto liberarentur: ſiquidem eiusmodi vota, vt credi poteſt, maiores interdum ſumtus deſiderabant. Ita Herodes Agrippa ap. Ioſ. Ant. 19, 6, 1 Hieroſolymam reuerſus multa impendit ad Naſiraeos voto liberandos. Perinde et hic Paullus facit, quem haudquaquam pauperem fuiſſe, et aliunde et hinc diſcimus, quique collectam aliunde ſtipem ſecum ferebat, his autem Apoſtolorum precibus indulgendo luculentiſſime poterat oſtendere, ſe haudquaquam ſpernere Iudaeorum ritus ſacros, neque tamen contra grauiora praecepta peccabat.

v. 24.

εὐχὴν ἔχοντες ἐφ᾽ ἑαυτῶν· τούτους παραλαβὼν 24
ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ᾽ αὐτοῖς,
ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλὴν, καὶ γνῶσι πάντες,
ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ
στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων· περὶ 25
δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν,
κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ
φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό τε εἰδωλόθυτον καὶ τὸ

αἷμα

v. 24. Ἁγνιζεσθαι, קדש, טהר, et התחטא, ἁγνον ἑαυτον τηρειν, 1 Tim. 5, 22. h. l. viuere in castimonia, conuenienter legibus voti suscepti. *Επ᾽ αυτοις.* Alias dicitur *δαπαναν εις τι*, sumtus in aliquam rem impendere, Aelian. Var. Hist. 9, 9; legiturque et hic in quibusdam *εις* seu *προς αυτους*. Ex nostra lectione *αυτοις* vel ad homines illos, vel ad res caerimoniales, *αυτα*, referri potest, sensu eodem. *Ἱνα ξυρησωνται τ. κεφ.* i. e. *vt voto liberentur*, metonym. Liberatis enim a voto, nouaculam admittere licuit. Exeunte inprimis voti tempore victimas sumtuosiores offerendas fuisse annotat Morus, et his tandem oblatis voto solutos fuisse homines. Potest ergo sensus huc redire: "adsunt hic inter Iudaeochristianos ecclesiae nostrae Hierosolymitanae homines 4, voti rei, sed pauperiores tamen, vt legitimas victimas offerre et sic voto liberari nequeant. Quin tu sumtibus in eos erogatis, eis succurris, partemque eleemosynarum, quas per gentes in nostrae ecclesiae commodum collegisti, et in hunc finem impendis, vt tandem solui voto possint miseri illi."

v. 25. "Noli tamen timere, ne his admonitionibus nos et paganis iugum legis caerimonialis imponere velle videamur. Quod ad eos attinet, litteras nosti, semel a nobis scriptas, statque et stabit sententia nostra" etc. De litteris illis plura vid. ad c. 15, 20. 29. *Φυλασσεσθαι τινα* vel *τι*, *cauere, abstinere ab aliquo*, vt 2 Tim. 4, 15, alias *φυλ. απο τινος* 1 Io. 5, 21. Absunt hic in quibusdam *τα: μηδεν τοιουτον τηρειν αυτους, ει μη.*

26 αἷμα καὶ πνικτὸν καὶ πορνείαν. Τότε ὁ Παῦλος
παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν
αὐτοῖς ἁγνισθεὶς εἰσῄει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων
τὴν

v. 26. Συν αυτοις ἁγνισθεις, vna cum eis ritus illos obſeruans, atque ita in partem voti veniens et ipſe. Διαγγελλων ſcil. ſacerdotibus in templo verſantibus. Την εκπληρωσιν των ἡμερων του ἁγνισμου, impletionem eam et a ſe ſuſceptam eſſe, i. e. ſe et ipſum tamdiu eiusdem voti reum manſurum, donec exierint dies, qui illis, qui votum ſuſceperant, adhuc reliqui erant (ſeptem adhuc ſuperfuiſſe ex v. 7 patet); alii: "annunciauit ſacerdotibus, impleta eſſe omnia, finitosque iam luſtrationis dies." Ita Schleusnerus. Non bene tamen cum ſequentibus mihi cohaerere haec videntur. Alii: "annunciauit eis, qui votum fecerant, quid ipſis implendum ſit, donec" etc. Sed prior explicatio praeferenda mihi videtur: iungit illa τα: ἑως οὗ — προσφορα cum εκπληρωσιν διαγγελλων: ſed aeque bene iungi poſſunt cum: εισῄει εις το ἱερον, vt quotidie eum templum intraſſe, nulloque die votum hoc alienum, in cuius conſortium venerat, neglexiſſe dicatur.

Haec ergo explicatio noſtra neque h. l., ſicuti nec ſupra c. 18, 18, ad vota Naſiraeorum reſpicit (Num. 6. Michael. Moſ. Recht P. 3, §. 145), quae ſuſcipiebantur a Iudaeis, qui Iudaiſmo fideles manſerant; ſed ad vota quaedam ciuilia, quibus ſe obſtrinxerant Chriſtiani homines quatuor, e Iudaeis ad Chriſtum conuerſi. Neque enim probabile eſt, Paullum, vt qui infenſiſſimo iam odio proſequeretur Iudaismum ipſum, eo vsque indulgentiae proceſſiſſe, vt in monachorum Iudaicorum gratiam tale quid committeret. At vero inter Iudaeochriſtianos facile exſiſtere potuerant quidam, qui, veluti Aquila (c. 18, 18), ciuile votum ſuſceperant, illudque aeque celebrabant, ac ſi in Iudaismo remanſiſſent. Atque cum his conniuere, et in eorum gratiam ſumtus quosdam impendere tam ex ſuis ipſius opibus, quam ex eleemoſynis, quas Hieroſolymam adferre ſolebat, profecto cautae et circumſpectae prudentiae, praeſertim temporum opportunitatibus ita ſuadentibus, Apoſtolo

τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμέρων τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά.

Ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, 27
οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, θεασάμενοι αὐτὸν ἐν
τῷ ἱερῷ συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπέβα-
λον

ſtolo citra dubium habebitur. Nos autem nolimus id fraudi illi habere aut leuitati mobilitatique ducere, eiusue integritatem animique candorem in crimen vocare, qui Gal. 3, 28 et alibi omne diſcrimen in noua republica ſuſtuliſſet. Profecto enim his ritibus celebrandis non peccare exiſtimabat contra Chriſti doctrinam, quam non nouam religionem, vt nos hodie loquimur, ſed nouam tantummodo veteriorum ſacrorum viam et rationem, ὁδὸν, (non αἵρεσιν c. 24, 14) habendam eſſe credebat: eaque omnia eo minus, quod hac via conciliare Ieſu Chriſto Iudaeorum animos, et imminentia pericula declinare ſibi poſſe videbatur. Iidem tamen non magis iniqui erimus Paullo, quod vbi et hanc indulgentiam neque in euangelii neque in ſui commodum quidquam proficere videbat, ſeriori tempore prorſus contraria eis, quae hic peragit, docere videtur Col. 2, 16. 17; ſtrenue propugnans ea, quae ſcripſerat Gal. 3, 28.

v. 27 ſqq. b) *Sed in his ipſis ritibus celebrandis exorto tumultu corripitur, et de templo protrahitur Paullus: iamque tum fuiſſet oppreſſus, niſi interueniſſet Lyſias, Romanae cohortis chiliarchus, a quo in vincula coniicitur P., v. 27-39.*

Ἑπτὰ ἡμέραι. Tot ergo dies ſupererant voti reis eo tempore, quo in eorum ſocietatem venerat P. Iam autem ante Paulli aduentum per maius temporis interuallum votis perſoluendis incubuerant. Verte ergo αἱ ἑπτ. ἡμ. *diejenigen 7 Tage, welche ihnen noch übrig waren.* Εμελλον συντελεσθαι. Ergo nondum transacti erant: neque potuit P. ad finem vsque eis praeſto eſſe, vt ſpoponderat v. 26. Sed fortaſſe vltimus iam voti abſoluendi dies ille aderat. Οἱ ἀπο της Ασιας Ιουδαιοι, qui feſti pentecoſtalis celebrandi cauſſa in vrbe

28 λον τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτὸν, κράζοντες· Ἄνδρες
Ἰσραηλῖται, βοηθεῖτε· οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ
κατὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου
τούτου πάντας πανταχοῦ διδάσκων· ἔτι τε καὶ
Ἕλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ κεκοίνωκε
29 τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον· (ἦσαν γὰρ ἑωρακότες
Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν
ἐνόμιζον ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ Παῦλος).
30 Ἐκινήθη δὲ ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ
τοῦ λαοῦ· καὶ ἐπιλαβόμενοι τοῦ Παύλου εἷλκον
αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ· καὶ εὐθέως ἐκλείσθησαν
αἱ

vrbe aderant. Infenſiore autem odio hos Iudaeos, quam Palaeſtinenſes Apoſtolum perſequutos hic eſſe, nemo mirabitur, qui reputauerit, eosdem vbique locorum inſectatos iam fuiſſe Apoſtolum, ſed in locis ethnicorum ditioni ſubiectis conatus ſuos ſemper fere irritos vidiſſe et inanes: quare Hieroſolymis iam odium et iram explere ſe poſſe ſperant eo promtius.

v. 28. *Ανδρες Ισραηλιται* vid. ad 2, 22. *Τοπου τουτου*, templum indicat vt c. 6, 14. *Διδασκων κατα λαου* etc. i. e. tradens ea, quae nocent, auctoritatemque populi infringunt. *Ἑλληνας εισηγαγεν*. Erat in templo atrium paganorum, quod vocabatur, quod intrari a paganis nulla lex vetabat. Verum in Iſraelitarum atrium nemo prorſus paganus admittebatur, aut morte plectebatur. Aderant ibi columnae inſcriptae: '*μη δειν αλλοφυλον εντος του ἁγιου παριεναι*, Ioſ. Bell. Iud. 5, 14; 2, 12.

v. 29 gloſſam Lucae continet, quae cauſſam falſae huius criminationis affert.

v. 30. *Εκλεισθησαν αἱ θυραι*, ſc. a templi ianitoribus, metuentibus ne paganus iſte denuo templum intraret, neue ſeditio in templo oriretur, locumque ſanctum pollueret. Non niſi in extremis deſperatisque rebus templi portae claudebantur.

v. 31.

αἱ θύραι. Ζητούντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέ- 31
βη φάσις τῷ χιλιάρχῳ, ὅτι ὅλη συγκέχυται Ἱε-
ρουσαλήμ· ὃς ἐξαυτῆς παραλαβὼν στρατιώτας 32
καὶ ἑκατοντάρχους κατέδραμεν ἐπ᾽ αὐτούς. Οἱ
δὲ ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ τοὺς στρατιώτας
ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον. Ἐγγίσας δὲ 33
ὁ χιλίαρχος ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἐκέλευσε δε-
θῆναι ἁλύσεσι δυσί· καὶ ἐπυνθάνετο, τίς ἂν εἴη
καὶ τί ἐστι πεποιηκώς· Ἄλλοι δὲ ἄλλό τι 34
ἐβόων ἐν τῷ ὄχλῳ. Μὴ δυνάμενος δὲ γνῶναι τὸ
ἀσφαλὲς διὰ τὸν θόρυβον ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐ-
τὸν εἰς τὴν παρεμβολήν. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ 35
τοὺς ἀναβαθμοὺς, συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν
ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου·

ἠκο-

v. 31. *Φασις*, indicium in caussa forensi. Pollux 8, 47 *Φασεις εκαλουντο αἱ μηνυσεις των λανθανοντων αδικηματων*. Cf. Wetsten. ad h. l. *Gerichtliche Anzeige*. *Χιλιαρχῳ*, praefecto cohortis Romanae (Lysiae, c. 23, 26), quae in acropoli Antonia excubibas agebat, festisque diebus ad opprimendas seditiones porticibus templi praesidebat, cf. Proleg. p. 71, 72. vnde, quia in editiore arce versabatur, *αναβαινειν* dicitur *Φασις*, et infra v. 23 *κατεδραμε*, alibi. Cf. intt. ad Matth. 27, 27; Io. 18, 12. *Συγκεχυται* tumultuose congregata erat, supra 19, 32.

v. 33. *Επυνθανετο* non Paullum ipsum, sed homines per tumultum congregatos.

v. 34. *Παρεμβολη* denotat et *castra* et *aedificia* quaevis alia, in quibus *milites* degunt, excubiasque agunt; *Casernen, Wache*. Pars illa *παρεμβολη* erat arcis Antoniae, ergo scandendum erat in eam, editiore loco sitam, per

v. 35 *Αναβαθμους*, *Treppen*. Ioseph. B. Iud. 5, 5, 3. Ὁ *πυργος της Αντωνιας – συνηπτο – ταις του ἱερου στοαις, και εις αυτας ειχε καταβασεις*. *Συνεβη βασταζεσθαι* pleonastice pro *εβασταζετο*

 (c.

36 ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ κράζον· αἶρε
37 αὐτόν. Μέλλων τε εἰσάγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν
ὁ Παῦλος λέγει τῷ χιλιάρχῳ· εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν
38 πρός σε; ὁ δὲ ἔφη· Ἑλληνιστὶ γινώσκεις; οὐκ ἄρα
σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνα-
στατώσας καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρα-
39 κισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων; Εἶπε δὲ ὁ Παῦ-
λος· ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεὺς, τῆς
Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης· δέομαι δέ
σου, ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν.

Ἐπι-

(c. 21, 5). vid. Raphel. ex Polyb. et Munth. ex Diodoro.

v. 37. Ἑλληνιστι. Hac ergo lingua, quam homines excultiores callebant, alloquitur tribunum, quem Hebraicae linguae ignarum recte suspicabatur.

v. 38. Ὁ Αιγυπτιος. Narrat Ioseph. Ant. 20, 8, 6; Bell. Iud. 2, 13, 5. Aegyptium quendam ingentem hominum multitudinem collegisse, peragrataque magna Palaestinae parte consedisse tandem in Oliueto, ibique pollicitum esse suis, effecturum se, vt Hierosolymae moenia collaberentur, ipsisque liber in vrbem aditus pateret. Sed quum Romani sub auspiciis Claudii Felicis, procuratoris, eis obviam irent, pars caesa pars dissipata est. Difficultates autem mouere visus est numerus 4000, quem chiliarchus hic affert, quum Ioseph. 30000 hominum numeret. Ait ergo Valesius, ad 30000 homines excrevisse *omnem* turbam, sed ex iis nonnisi 4000 fuisse *sicarios*, i. e. armatos sica, cultro curuo, qui vestimentis poterat tegi: cf. Ioseph. Ant. 20, 7. Sed lubentius adstipulabimur Grotio, qui *initio* quidem 4000 collectos, *postea* autem in 30000 auctos fuisse eosdem existimat. Sed et memoria aut verbis labi potuit chiliarchus: quis talia ad viuum resecabit? Cf. Lardner credib. of Gosp. hist. Vol. 2, cap. 8.

v. 39. Ταρσευς — πολιτης. Erat Tarsus vrbs perantiqua et satis celebris, totiusque fere Ciliciae caput. Strabo 14, p. 991; Plin. H. N. 5, 22; Xenoph.

Ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν 40
ἀναβαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ
σιγῆς γενομένης προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ,
λέγων· Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου CAP. XXII,
τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας. Ἀκούσαντες δὲ, ὅτι 1 2
τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον
παρέσχον ἡσυχίαν· καί φησιν· Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ 3
Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνα-
τεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, παρὰ τοὺς πό-
δας

Xenoph. Exped. Cyr. I, p. 195. Ταρσος, πολις Κιλικιας μεγαλη και ευδαιμων, vnde modeſtius per litotem loquitur P. ουκ ασημου.

---

v. 40. c) *Iam oratione apologetica coram populo innocentiam teſtatur P. — c. 22, 21, ſed interpellatur ſtrepitu populi, et male indigneque tractatus, honori tamen ſuo mox reſtituitur — c. 22, 29.* Argumentum orationis eo redit, vt haudquaquam ſe legis, ſacrorumque patriorum contemtorem eſſe demonſtret: imo ſe propugnaſſe eadem oſtendat contra nouaturientium impetus vel maxime: deſerere tamen ea et ad Ieſu caſtra transire coactum eſſe per miros illos rerum euentus, quae ſibi Damaſcum proficiſcenti acciderint. Hinc repetit ex iſtorum temporum more narrationem illam, quae c. 9. iam perhibebatur, eaque peracta indubie concluſionem addidiſſet: videtis ergo, haud iniuria me Iudaiſmum deſeruiſſe. Sed eadem experiebatur, quae acciderant Stephano c. 7, 51.

Cap. XXII, 1. 2. Πατερες eos indicat, qui natu maiores aderant. Ἑβραϊδι, idiomate illo Aramaico, in quo iſto aeuo loquebantur Palaeſtinenſes; vid. *PFANNKUCH* in Eichh. Bibl. B. 7, p. 439. Hac lingua eos alloquens facilius ſibi conciliabat audientium animos, quos irritaſſet magis, ſi diſſeruiſſet helleniſtice.

v. 3. Γαμαλιηλ. cf. ad 5, 34. Παρα τους ποδας eſt pleonaſtice dictum pro ſimpl. *παρα, apud, prope, aſſidens ei vt diſcipulus magiſtro.* Hebraiſmus videtur

 eſſe,

δας Γαμαλιὴλ πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ
πατρῴου νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ, κα-
4 θὼς πάντες ὑμεῖς ἐστε σήμερον. Ὃς ταύτην τὴν
ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδι-
δοὺς

esse, רגלי; sed et in Graecis interdum occurrere dicit Rosenmüll. licet exempla ab eo allata alius videantur esse generis. Exprimit indubie reuerentiam, doctoribus debitam, vt et supra c. 4, 37. *Bereschith*, 99, 11. "Hi sunt discipuli, sedentes in terra coram sapientibus": Cf. Vitring. Synagog. vet. I, 1, c. 7. Rectissime tamen monet Loesnerus, non esse hinc fingendum morem, ex quo magistri in altiore loco, et discipuli ad eorum pedes sedisse dicerentur. Kypkii autem explicatio: *sub ductu*, vt ברגליו 2 Sam. 15, 16, dubia admodum manebit. Caeterum τα: παρα τους ποδ. Γ., commate vel ante vel post posito, iungi possunt vel τῳ: ανατεθραμμενος vel τῳ: πεπαιδευμενος. Et quia ανατρεφεσθαι de nutritione et educatione omni, παιδευεσθαι autem de institutione dicitur (saepe vtrumque iungitur, vt apud Appianum, vid. Wetst.), illud quidem referret fere nostrum: *ich bin bey ihm in der Kost gewesen*, hoc autem: *institutus ab eo sum accuratissime in lege Mos.*, quorum et prius ferri potest ob c. 26, 4. Inuenit et hic vestigia congregationum sapientum Ven. Nachtigall: Ueber die Weisenversammlungen der Israeliten, in Eichh. Bibl. B. 9, St. 3, p. 392. Κατ' ακριβειαν. Non tam diligentiam summam et exactissimum studium, quo institutus erat P., h. l. exprimit ακριβεια, vt c. 18, 26, quam seueritatem disciplinae circa seruandam legem caerimonialem, in qua excelluisse Pharisaeos, ad quos pertinuerat cum Gamaliele et Paullus, notissimum est, Ios. B. Iud. 1, 33, 2; 2, 8, 18; Ant. 17, 2, 3. Id ex c. 26, 5, vbi vide, et ex subsequentibus ζηλωτης etc. patet. Ζηλωτης Θεου, vt Rom. 10, 2, i. e. του νομου, c. 21, 20; των πατρικων παραδοσεων, Gal. 1, 14, quia, qui Dei legem etc. propugnat, pro Deo ipso dici potest pugnare. Σημερον εστε, vel: *hodie potissimum vos geritis*, vel: *ad hunc vsque diem estis*.

v. 4. Ὁδον ταυτην, Christi doctrinam, vt saepius in libro nostro, vid. ad c. 9, 2.

v. 5.

δοὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, —ὡς καὶ 5
ὁ ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον·
παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς
εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄν-
τας δεδεμένους εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν.
Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμα- 6
σκῷ περὶ μεσημβρίαν ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περια-
στράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ· ἔπεσά τε εἰς τὸ 7
ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι Σαοὺλ, Σαοὺλ,
τί με διώκεις; Ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην· τίς εἶ, Κύριε; 8
εἶπέ τε πρός με· ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν
σὺ διώκεις. Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν φῶς ἐθεά- 9

σαντο

v. 5. *Προς τους αδελφους* i. e. ad Iudaeos Damascenos, fratres nostros ob communem stirpem: c. 9, 2 *προς τας συναγωγας*. Et hactenus quidem beneuolentiam auditorum captauerat. Iam repetit historiam cap. 9 expositam, vbi vid. Cf. Excursum 5.

v. 7. *Περιαστραπτειν*: cf. c. 9, 3, vox rarius occurrens, sed nil significans maius, quam *περιλαμπειν* c. 16, 13.

v. 9. Pugnare haec visa sunt cum illis, quae c. 9, 7 narrantur. Siquidem ibi comites *φωνην* quidem *ακουσαι*, *μηδενα* autem *θεωρησαι* narrantur: hic autem *το φως θεασαι*, *την φωνην* autem *ουκ ακουσαι*. Quae quidem enantiophonia facile sibi conciliabitur; dummodo c. 9, 7 intelligas: "tonitru, seu sonum tonitru similem (*φωνη*; קול יהוה sou קול Io. 12, 28; 1 Thess. 4, 16.) audiisse eos mites, nullam autem personam vidisse". nostrum autem locum: "vidisse quidem eosdem lumen coelitus delapsum, caeterum loquentis cum Paulo vocem articulatam vel non audiisse prorsus vel non intellexisse" (id enim infert verbum *ακουειν*, sicuti Hebr. שמע). Ita iam antiquiores intt. rectissime nodum soluerunt, Grotius, Limborch etc. Cf. nuperrime de his exponentem HASELAAR in dissertat. exegetica de nonnullis Act. Apost. et epist. Paul. ad historiam

N 5 Pauli

σαντο — καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκου-

VARIAE LECTIONES.

v. 15. Και εμφοβοι εγενοντο. Absunt haec ex AB, 4 all. ap. Wetst. Griesb. et Birch., 1 ap. Matth. Syr. Arab. Copt. Arm. Vulg. Et aliunde inuecta videntur, lectioque praeferenda erit breuior. Haselaarius tamen nuperrime in dissertatione in commentar. ad v. 9 laudata propugnat haec verba, quae a librariis idcirco omissa putat, vt τα; την φων. ουκ ηκ. proxime, nullisque aliis intercedentibus, exciperent τα; το φως εθεασ., sicuti c. 9, 7 similia sibi arctius iuncta essent.

Pauli pertinentibus locis, quam praeside I. van Voorst defendit, Leydae 1806. Adde commentationem in b. *Henkii* Museo B. 3, Heft 4, no. 2, p. 551, inscriptam: *Ideen über ein System des Apostels Pauli.* Neque praeter naturam acciderunt cuncta haec. Siquidem Paulus solus ecstasi abreptus erat, vt adeo caeteri quidem comites, licet tonitru audirent, haudquaquam tamen perciperent ῥηματα illa ἀῤῥητα, 2 Cor. 12, 4. Plutarchus de genio Socratis: οἱ των δαιμονων λογοι – – μονοις ενηχουσιν τοις αθορυβον ηθος και νηνεμον εχουσι την ψυχην, οὑς δη και ἱερους και δαιμονιους ανθρωπους καλουμεν. Sed neque conspiciuntur ab hominibus omnibus promiscue numina, sed ab iis tantummodo, qui eis in deliciis sunt. Accedit quod praeter Paulum nemo malorum erga christianos hominea consiliorum sibi conscius erat, vt adeo solus Paullus increpantem se vocem audire sibi videretur. Perperam ergo et incassum torsisse locus interpretes videtur, qui variam admodum medicinam ei afferre conati sunt. Veluti Chrysostomus ait, audiuisse comites illam quidem vocem τις ει, Κυριε; nullam autem aliam vocem; sed vidisse tamen illud Φως. *Sonnenmayer* in commentat. *Ueber die Stimme, welche die Gefährten des Ap. P. hörten*, in *Augusti neuen theol. Blättern*, B. 3, St. 2 *Φωνην* de voce Paulli male intelligit, opinatus, satellites audiisse quidem Paullum clare loquentem cum aliquo, sed non vidisse illum, quicum esset locutus. Sunt et qui locum c. 9, 7 deprauatum putent, legendumque suadeant θεωρουντες μεν το Φως, μηδενα δε ακουοντες, id quod ex

ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι. Εἶπον δέ· τί ποιήσω, 10
Κύριε; ὁ δὲ Κύριος εἶπε πρός με· ἀναστὰς πορεύου
εἰς Δαμασκόν· κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων,
ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι. Ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον 11
ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος
ὑπὸ τῶν συνόντων μοι ἦλθον εἰς Δαμασκόν. Ἀνανίας 12
δέ τις, ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον μαρτυρούμενος
ὑπὸ πάντων τῶν κατοικούντων Ἰουδαίων, ἐλθὼν 13
πρός με καὶ ἐπιστὰς εἶπέ μοι· Σαοὺλ ἀδελφέ, ἀνά-
βλεψον· κἀγὼ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν.
Ὁ δὲ εἶπεν· ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρί- 14
σατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸν δί-

καιον,

ex similitudine soni Φωνη et Φως facillime accidere potuisse credunt. Vid. Laur. Valla et P. Iunius in nott. critt. ap. Wetsten. ad c. 9, 7. Plura de variis, vtrumque locum conciliandi, conaminibus legere qui satagit, adeat Haselaarium in differt. modo laudata.

v. 10. Τασσειν, *praecipere, mandare*, Matth. 28, 16; τετακται σοι, sc. ὑπ᾽ εμου. id. qu. 9, 6, τι σε δει ποιειν.

v. 11. Δοξα h. l. nil est, quam *splendor*, qui soli, phaenomenisque coelestibus inest, 1 Cor. 15, 40; Luc. 2, 9 sqq.

v. 12. Μαρτυρουμενος arctissime nectendum cum ανηρ ευσεβης etc. (sc. ων) summa ob pietatem, legisque studium laude ornabatur ὑπο παντων των κατοικουντων (sc. Δαμασκον, quod et in multis Codd. explicationis ergo additum inuenitur) Ιουδαιων. Sed possunt et seiungi haec, commate post νομον interposito, eodemque redibit sensus. Non sine caussa haec adduntur, sed id sibi volunt: "nolite credere, eum, qui me ad alia omnia traduxit, fuisse hominem leuem mobilemue: imo fuit cultor legis Mosaicae studiosissimus."

v. 14. 15. Προεχειρισατο i. e. *elegit*, cf. ad c. 3, 20. LXX ita vertunt το: שלח Exod. 4, 13 et לקח Ios. 3, 12. Cf. c. 10, 41. Δικαιον i. e. Messiam,

καιον, καὶ ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ·
15 ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὧν
16 ἑώρακας καὶ ἤκουσας. Καὶ νῦν τί μέλλεις; ἀναστὰς
βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σοῦ, ἐπι-
17 καλεσάμενος τὸ ὄνομα ~ τοῦ Κυρίου. Ἐγένετο δέ
μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσευχο-
μένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαί με ἐν ἐκστάσει,
18 καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι· σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν
τάχει ἐξ Ἱερουσαλὴμ, διότι οὐ παραδέξονταί σου
~ αὐτοῦ τὴν

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Pro του Κυριου legend. αυτου, quod adeſt in ABE, 6 ap. Wetſt. Griesb. et Birch., 1 ap. Matth. Syrr. Arab. Copt. Aeth. Armen. Vulg. Chryſoſt. Theophyl. At Κυριου explicatio eſſe videtur ſicuti et additum Ιησου. Praeferenda igitur erit lectio breuior difficiliorque, vnde et αυτου in textum admiſit Griesb.

Meſſiam, ſupr. ad 3, 14; 7, 52. "Te ante omnia, magno huic muneri deſtinauit Deus, quia ex acerrimo ſtudio, quo propugnaſti Iudaiſmum, concludi poteſt, quanta incrementa afferre poſſis Chriſtianismo. Tu ergo ante alios omnia, quae de Ieſu, vero Meſſia, vidiſti audiuiſtique, coram omnibus gentibus in eiusdem honorem (αυτῳ) promulgabis." Eadem c. 9, 15 exprimuntur, ſed aliter.

v. 16. Τι μελλεις; i. e. βραδυνεις, quid cunctaris? Ariſtoph. Nub. v. 1031. Βαπτισαι και απολουσαι etc. iunguntur, quia poſterius hoc baptiſmo efficiebatur c. 2, 38. Satis multas autem αμαρτιας P. cumulauerat, perſequendis atrociſſime Chriſtianis: eae enim αμαρτιαι hic indicantur. Επικαλεσαμενος το ονομα αυτου, ex Hebraiſmo eſt: "eius cultum profitearis publice, diſcipulisque eius te adiungas." Minus bene alii: "preces in re tam graui ad Deum fundas."

v. 17 ſqq. Quae iam ſequuntur, non pugnant cum eis, quae c. 9, 26 ſqq. narrabantur, vti pugnare nonnullis viſa ſunt, ſed locupletius tantummodo perhibent rem, ibi aut omiſſam aut

τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ. Κἀγὼ εἶπον· Κύριε, αὐ- 19
τοὶ ἐπίστανται, ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων
κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σέ· καὶ 20
ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου,
καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς καὶ συνευδοκῶν — τῇ ἀναι-
ρέσει αὐτοῦ:, φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούν-
των

VARIAE LECTIONES.

v. 20. Τῃ αναιρεσει αυτου, Desunt haec in A B D E, Copt. Vulg.: et in aliis admodum variat lectio, vnde proscribendae voces sunt, quas ex c. 8, 1 inuectas esse nemo non videt, cf. et Haselaar. — Paullo ante etiam Στεφανου omittitur in A, prob. Griesb. siquidem glossam sapit.

aut succincte traditam. Cf. inter alios et Haselaar, in dissertat. ad v. 9 laudata. Εκστασει, ad c. 10, 10. Sunt qui 2 Cor. 12, hanc ecstasin indicatam putent, de quo tamen merito dubitandum est.

v. 19 sqq. Φυλακιζειν *in custodiam coniicere* Sapient. 18, 4. Συναγωγας. Indicat hic, vt et infra c. 26, 11, Synagogas Iudaeorum, quae et ipsae posthac frequentabantur ab eis, qui Christo iam nomen dederant. In his ergo Synagogis quaesiverat Saulus auitorum sacrorum proditores, et flagellis caedendo eos impleuit, quae praedixerat Iesus Matth. 10, 17; 23, 34. At Haselaar dissert. ad v. 9 laud. de priuatis aedibus, in quibus congregabantur christiani homines, vt c. 12, 12, intelligit; male, vt mihi videtur.

Iubetur ergo P. exire Hierosolyma v. 18: ipse autem cunctatur morasque nectit v. 19. 20: sed iterato incitatur ad iter suscipiendum v. 21. Videtur ergo primo in eo acquiescere voluisse P. quod ipse ad rel. christ. erat traductus, at eiusdem praeconium apud alios suscipere noluisse. Saepius enim cunctari leguntur prophetae, quibus eiusmodi mandata iniunguntur, vt Moses Exod. 3, 11 sqq. Ezech. c. 2 sqq. (Perinde fere et apud gentiles vates et oracula μαντευεσθαι cunctabantur, e. gr. Lucan. 5, 141 sqq. et sexcent. alias.) Sed non liquere videtur, quasnam tandem cunctandi caussas afferre P. voluerit per ea, quae v. 19. 20 loqui-

21 των αὐτόν. Καὶ εἶπε πρός με· πορεύου, ὅτι ἐγὼ
εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε — —
22 Ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, καὶ
ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, λέγοντες· αἶρε ἀπὸ τῆς
23 γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκεν, αὐτὸν ζῆν. Κρα-
ζόντων δὲ αὐτῶν καὶ ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια, καὶ
κονιορ-

loquitur: imo argumenta profert, quae ſuadere poſſent, vrbem quamprimum relinquere. Sed haec ferme ſibi voluiſſe videtur nonnullis: "omnis Hieroſolyma nouit, acerrime me perſequutum eſſe Chriſtianos: quod ſi tam ſubito et inopinato ad Chriſti caſtra acceſſiſſe me ipſum viderint, non niſi mirabili rerum euentu accidiſſe id exiſtimabunt, mihique obtemperabunt eo procliuiores. Proinde praeſtat Hieroſolymis manere, quam exire ad alias gentes." Ita vulgo accipitur. Sed melius, vt videtur, αυτοι de Iudaeis aliis per omnem Palaeſtinam et extra Pal. quoque degentibus accipitur, quapropter idcirco iter Apoſtolicum extra vrbem detrectat, quod vndique odio petitum ſe iri praevidet, Hieroſolymis autem in Apoſtolorum collegio (c. 9, 27. 28) deliteſcere ſe poſſe opinatur. Non reſpuit exire ex vrbe, ſed exire ad euangelium promulgandum abnuit: verum, quum inſtaret Meſſias, v. 21, tum demum iter ad gentes ſuſcipit. Sed

v. 22 hic abrumpitur ſubito et conticeſcit apologia, audientium murmure interpellata; cf. c. 7, 50; 17, 31. Videntur autem ira efferbuiſſe non tam taedio orationis in longius productae, vt c. 7, ſed audientes vocem εθνη, vnde exſpectabant concluſionem hanc ferme: "videtis ergo, Apoſtolum gentium et paganorum me eſſe, diuinitus conſtitutum, " qualia prorſus ferre nequibat Iudaeorum particularismus.

v. 23. Ῥιπτουντων ἱματια, vt fieri ſolet partim ob petulantiam, partim vt a longius diſtantibus ſigna darentur, ſe conſentire: Ouid. Amor. 3, 274; Lucian. de ſaltat. c. 83, το θεατρον απαν — και παντες εβοων και τας εσθητας ανεῤῥιπτον. Κονιορτον βαλλοντων vel data opera, quod et ipſum petulantiae erit ſignum, vel indicatur

κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα, ἐκέλευσεν αὐτὸν 24
ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν
μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν· ἵνα ἐπιγνῷ δι' ἣν αἰτίαν
οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ. Ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν 25
τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ
Παῦλος· εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον
ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν; Ἀκούσας δὲ ὁ ἑκατόνταρ- 26
χος,

catur nil aliud, quam: "nimio tumultu et concursu nubem pulueris ciebant." Non ferendi autem, qui aiunt, exuisse se plebem vestibus, quo expeditiores essent ad P. lapidibus petendum.

v. 24. Επεφωνουν αυτω vel *sibi*, nesciens quid sibi Romano semper *acclamarent*, vel potius *Paullo*, quid in eum *conuiciarentur*. Nemo iniquus ob hoc facinus erit chiliarcho Romano, quippe qui Hebr. linguae ignarus ex immenso clamore haud immerito concludebat, scelus aliquod et flagitium a Paullo esse commissum.

v. 25. Προετειναν αυτον τοις ιμασιν *tradiderunt, admouerunt, obiecerunt eum loris* (μαστιξιν, flagellis) *caedendum*. Est enim προτεινειν *tradere, porrigere*. Hesych. προτεινει· διδωσι: Suid. προτεινειν δορεισθαι, χαριζειν. Insusitatior tamen est constructio προτεινειν τινα ιμασι, μαστιξι, πληγαις, potiusque Graecis dicitur: προτεινειν τινι ιμαντας, μαστιγας, πληγας, vt loquitur Lucianus. Sed praestat tamen haec explicatio, quae et a Loesnero ex Philone commendatur, et ab omnibus fere recentioribus intt. praefertur, aliis, quas apud Wolfium diligenter collectas videsis. Siquidem lora alii non de flagellis, sed de vinculis dicta volunt, quibus vel adstrictus omnino sit, vel a terra vtrinque leuatus, et ita ad paulum seu columnam protensus, vt anteriore corporis parte columnae incubans μετεωρος flagellaretur. Ita Scaliger Lib. 2, ep. 146, p. 362. Alii alio discedunt. Ει ανθρωπ. Ῥωμ. ακατακριτ. εξ. μαστ. Cf. supr. ad 16, 37. Pari modo defendit se ciuis Rom. quem in foro Messanensi virgis caedi iusserat Verres, Cic. Verrin. Lib. 5, c. 57. 62. 65. Cf. Ios. Bell. Iud. 2, 14. Nimium tamen

χος, προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων·
ὅρα, τί μέλλεις ποιεῖν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ῥω-
27 μαῖός ἐστι. Προσελθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος εἶπεν αὐ-
28 τῷ· λέγε μοι, σὺ Ῥωμαῖος εἶ; ὁ δὲ ἔφη· ναί. Ἀπε-
κρίθη τε ὁ χιλίαρχος· ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν
πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην· ὁ δὲ Παῦλος ἔφη· ἐγὼ
δὲ

tamen agunt, qui ex his iurisprudentiae Romanae peritissimum Paullum fuisse volunt. Haec enim et huiusmodi neminem fugiebant.

v. 27. 28. Ius ciuitatis Romanae summi erat momenti et pretii. Pluribus ob merita aut originis et prosapiae splendorem dono concedebatur, vt Antipatro, patri Herodis M., multique, Augusto imperante, Iudaei Romae etc. versabantur, hoc iure insigniti: Philo legat. ad Cai. p. 1014, C; Ioseph. Bell. Iud. II, 14. Aliis autem vendebatur, et interdum summi pretii, ob auaritiam Claudianorum temporum. Ergo hic Lysias, quem in Romana ciuitate haudquaquam natum fuisse nomen indicat, fatetur, se id sibi comparasse πολλου κεφαλαιου (i. e. magna aeris summa, *Capital*, Num. 5, 7; Leuit. 6, 5. Cf. Kypke et Krebs ad h. l.). Παυλ. εφ. εγω δε και γεγεννημαι quasi dictum voluerit: *en ergo me nobiliorem te*. Multum quaesitum est, quomodo Paullus dicere potuerit, natiuitate se iam ius Rom. adeptum esse: creditumque olim est, Tarsum, patriam Apostoli vrbem, iure ciuitatis Romanae excelluisse. Verum longioribus iam disquisitionibus effectum est, coloniam quidem Romanam fuisse Tarsum, et ab Antonio liberam vrbem pronunciatam immunitateque donatam (Plin. Hist. N. 5, 27; Ammian. Marcell. 5, p. 657), sed ciuitate Rom. haudquaquam ornatam. Quod si vrbs Tarsus iam ciuem Romanum produxisset Paullum, indubie et h. l. et c. 16, 21. 37 ad vrbem Tarsum prouocare suffecisset; neque neglexisset c. 21, 39 post Ταρσευς addere, Ρωμαιος ανθρωπος: neque chiliarchus ausus fuisset Tarsensem flagellis torquere (ανεταζειν). Praestat ergo sumere, maiores Paulli vel ob bene de Romanis in bellis forte ciuilibus merita, vel pretio ita adeptos esse ciuitatem Romanam, vt successione

δὲ καὶ γεγέννημαι. Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐ- 29
τοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν· καὶ ὁ χιλίαρχος
δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς, ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι καὶ ὅτι ἦν
αὐτὸν δεδεκώς.

Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, 30
τὸ τί κατηγορεῖται, παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν
αὐτὸν — ἀπὸ τῶν δεσμῶν· καὶ ἐκέλευσεν ~ ἐλθεῖν,

~ συνελθεῖν τοὺς

VARIAE LECTIONES.

v. 30. Απο των δεσμων. Absunt haec ex ABCE, 6 all. ap. Wetst. Griesb. et Birch. 1 ap. Matth. Syrr. Ar. Erp. Copt. Aeth. Arm. Vulg. ergo ex grauissimis vtriusque stirpis testibus. Satis clare apparet, interpretationis ergo haec esse allata a sciolo aliquo, qui cauere voluit, ne ελυσε de omni Apostoli liberatione intelligeretur, vt c. 24, 26.

Ibid. pro ελθειν, quae est lectio vulgaris et Bengeliana quoque, Griesb. in textum admittit συνελθειν, quodest in ACE, 15 all. ap. Wetst. Gr. et Birch. 2 ap. Matth. Aeth. Arab. Vulg. Chrysost. Theophyl. probante Grotio, quia chiliarchus non ad se vocare potuit synedrium, sed in loco maiorum conuenire iussit.

cessione illa in liberos nepotesque propagaretur. Cf. pluribus LARDNER credibility of Gosp. hist. Vol. I, c. 10, §. 6, et DINNDORF ad Morum in h. l. p. 550.

v. 29. Ὁτι αυτον ην δεδεκως (c. 21, 33; 22, 25). Cf. c. 16, 38. 39. Cic. pro Rabirio: "facinus est vincire ciuem Romanum, scelus verberare."

v. 30. d) *Paullus a Lysia chiliarcho sistitur coram Synedrio Hierosolymitano.* c. 22, 30 – 23, 11. Videtur iam aut a praesentium aliquo edoctus fuisse Lysias, aut ex eo, quod omnis tumultus in templo inceperat, collegisse, crimen, quod Paullo impingebatur, ad religiones Iudaeorum pertinere. Proinde curam egit, vt congregaretur collegium, a quo cognoscebatur in istiusmodi caussis (proleg. p. 74). Verum et hic, sicuti in caussa Iesu, turbas potius et dissidia inuenies, quam cautam prudentem-

τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον αὐτῶν· καὶ κα-
Cap. XXIII, 1 ταγαγὼν τὸν Παῦλον ἔστησεν εἰς αὐτούς. Ἀτενί-
σας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ εἶπεν· Ἄνδρες ἀδελ-
φοὶ, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ
Θεῷ

que rei disquisitionem. Nil ergo ad Paullum vel damnandum vel absoluendum hic efficitur.

Παρα των Ιουδαιων vel ad κατηγορειται deferendum, vel ad γνωναι το ασφαλες, quem nexum me praeferre interstinctio indicat. Adhuc quidem nonnisi a praesentium aliquo cognouerat, criminis religiosi eum inculpari. Sed non erat illud indicium ασφαλες, neque παρα των Ιουδαιων, a Iudaeis ipsis, allatum. Αρχιερεις και ολον (seu vt plures legunt παν) συνεδρ. cf. proleg. p. 72. 73. Συνελθειν, in oeco illo, in quo congregari antiquitus solebant, ergo non in παρεμβολη arceue Antonia. Eo enim vsque contemtus erga Iudaeorum collegium summum non progressus videtur chiliarchus: atque et vocem εκελευσε mitiori sensu accipiendam credo, *hortatus est*, vt Matth. 14, 19; 15, 35; Curtius 5, 5, 8: nam etiamsi procurator Rom. tale quid iubere potuerit synedrium, at tribuni potestatem vix credo eo vsque processisse. Καταγαγων ex acropoli Antonia in oecum templi, vbi conueniebat presbyterium.

Cap. XXIII, 1. Ατενισας. vtpote nullius criminis sibi conscius. Πεπολιτευμαι i. e. *vitam gessi*. Cf. illustratam vocem ad Phil. 1, 27. Τῳ Θεῳ idem quod αξιως του Θεου, vt Phil. 1, 27. Ita ζησαι τινι, 2 Cor. 5, 15. Ανανιας, Nebedeni filius, qui, Quadrato Syriae praeside, pontificatu maximo functus est, et licet a Quadrato ad caussam quandam defendendam in vincula coniectus, Romamque missus erat, citra dubium tamen, innocentia eius cognita, absolutus et in Iudaeam reuersus est. Cf. Ioseph. Ant. 20, 6, 2; coll. 20, 9, 2. Eius successor fuit Ionathas, sub procuratore Felice isto munere ornatus, Ios. Ant. 20, 8, 5. Et quia haec, postremis annis, quibus Iudaeae praeerat Felix, gesta sunt, Ananias, qui tunc temporis munere hoc non amplius fungebatur, aut vsurpauit hanc dignitatem, vt Michaeli videtur, aut vices Ionathae, absentis fortasse, gerebat.

Plura

Θεῷ ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας — —. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς 2
Ἀνανίας ἐπέταξε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ, τύπτειν
αὐτοῦ τὸ στόμα. Τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε· 3
τύπτειν σὲ μέλλει ὁ Θεός, τοῖχε κεκονιαμένε· καὶ σὺ
κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν
κελεύεις.

Plura de eo disputat Krebsius ex Iof. ad h. l. Caeterum, quod h. l. etiamnum titulo αρχιερεως salutatur, licet non amplius officio praeerat, neminem offendet. Cf. ad c. 4, 5. 6. Τυπτειν το στομα, Cf. Io. 18, 22. Ex his apparet, nimia Paulli libertate et παῤῥησια, quae ore, vultu, voce (cf. v. 6 εκραξε), gestibus indubie augebatur, offensum fuisse hominem fastuosissimum, qui tali exordio coram consessu tam venerabili vti indecorum putaret, vnde hominem tam perfrictae frontis coercere iubet.

v. 3. En Paullum ob tantam indignitatem excandescentem. Τοιχε κεκονιαμενε, *paries dealbate.* Est locutio prouerbialis, qua, sicuti et ταφοις κεκονιαμενοις, Matth. 23, 27, exprimitur homo, extrinsecus quidem piam et sanctam speciem prae se ferens, at intus malus et impius, ergo hypocrita: siquidem parietes intus luto conficiuntur, et extrinsecus calce (κονιε, quae vox non solum puluerem indicat, sed et calcem, Deut. 27, 2) collinuntur. Quae quidem communis explicatio quum commodissimum sensum pariat, non est cur ab ea recedat BOLTENIUS, qui voces ܦܘܠܐ ܚܘܪܐ, quibus P. Aramaica lingua loquens vsus videtur, exprimere autumat *veteratorem canum*, fere vt Susann. v. 52 πεπαλαιωμενου ἡμερων κακων, *du grauer Schelm;* siquidem ex canitie et pallida facie ad istam salutem seni impertiendam inductus sit P. Και συ καθῃ melius interrogatiue, quam cum nonnullis indicatiue accipiuntur. *Etiamne tu?* vt Iul. Caes. Ap. Sueton. c. 82 και συ τεκνον; παρανομων ciui Romano alapas infligens, quod ne tribunus Rom. quidem ausus erat. Monent interpretes, non irritas fuisse diras, quas hic seni cano imprecatur P., siquidem in tumultu a latronibus cum fratre Ezechia interfectus est, narrante Iosepho B. Iud. 2, 17, 9.

4 κελεύεις με τύπτεσθαι; οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπον·
5 τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς; Ἔφη τε ὁ Παῦ-
λος· οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοί, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς· γέ-
γραπται γάρ· ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς
6 κακῶς. Γνοὺς δὲ ὁ Παῦλος ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐστὶ
Σαδδουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔκραξεν ἐν
τῷ

v. 5. Ουκ ῃδειν etc. haud dubie ironice haec proloquitur, ex qua eadem ironia explicanda etiam eſt citatio loci Exod. 22, 28, ex verſſ. LXX expreſſa, vbi αρχων του λαου, נשיא, quemlibet caeteris ſuperiorem denotat, ergo et ad pontificem ſacris praefectum et in ſenatu praeſidentem adhiberi poteſt. *So, ſo, das wuſste ich nicht — — denn da heiſst es freylich* etc. Eiusmodi ironiam homine probo et integro, me quidem iudice, haudquaquam eſſe indignam, vid. in *Beyträgen zur Beförder. der theol. Wiſſenſch. inſonderh. d. neuteſtam. Exegeſe.* B. 1. St. 1, no. II, p. 57 ſqq. Proinde et antiquiſſimorum iam intt. compluresh anc ſententiam tuentur, Camerarius, Marnixius etc. Sed quum indignam diuino legato ironiam haberent plerique, nullo modo admittere volebant hanc explicationem, variasque vias ingreſſi ſunt. Vertunt ergo Wetſtenius, Stolzius etc.: *non conſideraui, feſtinantius egi*, quod poenitere Paullum horum dictorum indicaret. Grotius: *non agnoſco pontificem illum, qui poteſtate ſua tam flagitioſe abutitur;* refragantur tamen ſequentia. Bolten: *non credebam, pontificem ita potuiſſe loqui.* Alii: non cognoſco pontificem: ergo nec ſcire potui, eum, quem ſum allocutus, pontificem fuiſſe. Ferri hoc poteſt, ſi reputamus, diutius Hieroſolymis abfuiſſe Paullum: ſed repugnat tamen, quod P. vel ex veſtimentorum ornatu, vel ex prima ſede, quam occupauerat, concludere potuit, hunc fuiſſe ſummum ſacerdotem. Neque Clerico aſſentiemus, qui Paullum conuertiſſe vultum et verba haec dixiſſe ſuſpicatur contra eum, a quo erat verberatus, quia omnis nexus obloquitur.

v. 6. Alia molitur P. ſatisque callide ſe expedit, imminentique periculo eripitur.

τῷ συνεδρίῳ· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι,
υἱὸς Φαρισαίου· περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν
ἐγὼ κρίνομαι. Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος ἐγένετο 7
στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων, καὶ
ἐσχίσθη τὸ πλῆθος. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέ- 8
γουσι, μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον μήτε
πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα.
Ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη· καὶ ἀναστάντες γραμ- 9
ματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων διεμάχοντο λέγον-
τες· οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ·
εἰ

pitur. Εκραξε cf. ad v. 1. Φαρισαιος, υἱος Φαρ. Cf. Phil. 3, 5. Ελπις και αναστ. hendiad. pro ελπις της αναστασεως. Κρινομαι pro κατακρινομαι, "accuſor, quod αναστασιν Chriſti praedicans, mortuorum αναστασιν omnino defenderim, adeoque eiusdem ελπιδος patronum me geſſerim, quam profitentur maiores noſtri." Ad hoc recurrit deinceps ſaepiſſime, maxime c. 26, 6-8. Non placet *Mori* explicatio, ex qua κρινομαι, vt נשפטתי exprimit *contendo*, πραγμα εχω, 1 Cor. 6, 1. "Res, de qua inter me et accuſatores diſceptatur, ſpectat ad etc."

v. 8. De Sadducaeis loc. claſſ. apud Ioſeph. Ant. 13, 8; 18, 2; Bell. Iud. 2, 12 fin. Ii praeter Deum, cuius exiſtentiam credebant, nil in rerum natura, niſi materiem, ſtatuebant adeſſe, adeoque nec πνευμα (animam humanam) materia carentem neque eiusdem immortalitatem, αναστασιν etc. Αμφοτερα ſc. exiſtentiam entium ſpiritualium, eorumque immortalitatem (αναστασιν). Addita haec gloſſae inſtar ſunt a Luca, vt explicarentur Theophilo, quae nondum cognita ei eſſe poterant.

v. 9. Μερος, *pars*, *ſectio*, *factio*, ita et alibi. Quaelibet factio Iudaeorum habebat ſuos γραμματεις, i. e. *peritos*, *litteratos*, oppoſ. τοις ιδιωταις. Διεμαχοντο, acriter et contentioſe tamquam pro aris ac focis pugnabant. Ουδεν κακον etc. "nam quaeſtio haec eſt mere dogmatica; et quidem vera hic pronunciauit is, quem accuſauiſtis." Magis tamen ad ſua ipſorum dog-

 mata

εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος, — μὴ
10 θεομαχῶμεν. Πολλῆς δὲ γενομένης στάσεως, εὐ-
λαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος, μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος
ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβῆναι καὶ
ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς τὴν
παρεμ-

VARIAE LECTIONES.

v. 9. Μη θεομαχωμεν desunt in ABCE, 3 all. ap. Wetst. Gr. et Birch. Copt. Aeth. Armen. Syr. post. Vulg. Theophyl. Isidor. (4, 112) Oecum. ergo ex grauissimis vtriusque familiae testibus. Inuecta sunt manifesto ex Act. 5, 39. Omittenda ergo haec credunt Mill. prol. 918, Erasmus, Bengel. Morus etc. neque in textu Griesbachiano reperiuntur.

mata tuenda, quam ad Paullum defendendum ita locutos esse Pharisaeos, facile apparet. Πνευμα η αγγελος: nil praeter *ens maioris naturae sublimiorisque cognitionis* indicant hae voces, de quibus, aeque ac ad v. 8, necquicqnam varie disputatum est. Sed videmus hic Pharisaeos ad confutandos Sadducaeos easdem naturas vt numinis instrumenta appellasse, quorum existentiam negabant illi. Μη θεομαχωμεν, si genuina sunt, explicabuntur, vt c. 5, 39. Sed quia suspecta est haec lectio, voces ει δε vel explicandae sunt: *quid si*, — — vt post αγγελος aposiopesis accipiatur, vel ante has voces subaudiendum, *quis nouit*, *nonne* etc. vel legendum cum quibusdam ιδε, vel ηδε.

v. 10. Το στρατευμα vel omnem cohortem, vel minorem manum.

Ita P. e synedrio eripitur, nec quicquam certius iam et exploratius cognoscebat Lysias (c. 22, 30), siquidem omnia tumultnarie gerebantur, iudicioque tam confuse res suas peragenti vi et violentia finem imponebat tribunus. Verum nec negari potest, multa hic commisisse Paullum et ipsum, quae prohibebant, quo minus clarius hoc in iudicio et apertius innotesceret, quid de caussa sua sit statuendum. Nam 1) debitam iudicibus suis reuerentiam, ni pertinacioribus verbis v. 1, at tamen voce nimis clamante v. 6 (cf. 24, 21), haud dubie neglexerat: tum 2) tam conuiciis, quam ironia

satis

παρεμβολήν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ 11
ὁ Κύριος εἶπε· Θάρσει, Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω
τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς
Ῥώμην μαρτυρῆσαι.
Γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές τινες τῶν Ἰου- 12
δαίων

ſatis acerba proſciderat conſeſſum, in primis pontificem max. v. 3, 5, et tandem 3) diſſidium inter ſenatum eum in finem excitauerat, vt abs re, de qua agebatur, auerteret animos et ad alia omnia traduceret. Qua in re et eatenus videbitur peccaſſe, quod accuſationem, qua contra omnem νομον, templum etc. egiſſe inſimulabatur, c. 21, 28, ad hoc vnum detorquet, ſe ob ſpem αναστασεως ex Ieſu αναστασει deriuatam praeconioque ſuo promulgatam in vinculis haberi. Nusquam autem hoc ei crimini verterunt, et haud dubie his argumentationibus occurriſſent aduerſarii, ni diſſidium et tumultus ſola voce αναστασεως exortus occaſionem contra dicendi eis praeripuiſſet. Defendi ſane et ob haec poterit P. et defenſus eſt a multis, e. gr. Grotio, cui columbae ſerpentem ſapienter ille miſcuiſſe videtur. Sed apparet tamen, quantum inter manſuetudinem Ieſu et vehementiam Paulli in aerumnis, quibus obiiciebatur vterque, perferendis diſcrimen interceſſerit: ſiquidem et Paulli perplurimum intererat, vt, quam longiſſime fieri poterat, euangelio praedicando viuus ſeruaretur ipſe.

v. 11. Tam feliciter quum et coram Lyſia et coram Synedrio ſucceſſiſſent omnia, animus Apoſtolo additur, ſtatuitque ſecum, ſi vel minima ſibi iniuria fieret, id quod facile ſuſpicari poterat, illico ſe ad Caeſarem prouocaturum, vt et vere prouocat c. 25, 11. Et talia quidem animo ſecum volutanti quid mirum ſomnia contigiſſe, in quibus ea, quae in honorem Meſſiae fauſte et feliciter euentura praeuiderat ipſe, a Meſſia ipſo ei annunciantur. Επιστας apparens: ſiquidem de numinum apparitione vſurpari ſolet verbum εφιστημι, v. c. Herod. 3, c. 141 etc. Κυριος Meſſias.

v. 12. e) *Plus quam quadraginta Iudaeorum conſpirant contra vitam Paulli:* ſed

δαίων συστροφὴν ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς, λέγοντες,
μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν
13 Παῦλον. Ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα οἱ ταύτην
14 τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες· οἵτινες προσελθόντες
τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις εἶπον· ἀναθέ-
ματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς, μηδενὸς γεύσασθαι,
15 ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦλον. Νῦν οὖν ὑμεῖς
ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως
αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας
διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ
πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν
αὐτόν.

ſed ſatis tempeſtiue detegitur coniuratio; iamque et his inſidiis ereptus Paullus, a Lyſia tribuno Caeſaream ad procuratorem Claudium Felicem deducitur v. 12-35. Forſitan a Sadducaeorum quibusdam electi ex ima plebe fuere hi homines, qui ſicariorum inſtar vitae eiusdem Pauli inſidias ſtruerent, qui in heſterno conſeſſu dogmata ſuis placitis repugnantia protulerat, auctorque fuerat eorum tumultuum, qui conſeſſum infecta re diſſoluerant. Quod tamen ſi minus placuerit, ſicarios hos partem eorum Iudaeorum effeciſſe putabimus, qui c. 21, 27 ſq. primum contra P. tumultum concitauerant, aegreque tulerant, interueniente tribuno Paullum ſoſpitem euaſiſſe, et ne Synedrii quidem auctoritatem ad eum condemnandum aliquid valuiſſe. Συστροφη c. 19, 40 indicauerat *tumultum*: h. l. *coniurationem* (συνωμοσιαν, v. 13) denotat, Amos 7, 10; 2 Sam. 15, 31. Suid. ἡ επι κακῳ συμφωνια. Ανεθεματισαν (cf. mox v. 14). Eſt αναθεμα inter alia et *dira imprecatio*, חרם, et αναθεματιζειν, *diris imprecationibus deuouere*, quae notio intenditur augeturque, ſi ex Hebr. loquendi vſu v. 14 dicitur αναθεματι αναθεματιζειν. Cf. de vocabulorum vſu egregie diſput. Kopp. ad Rom. 9, 3 et Schleusn. in lex. ſub h. voce.

v. 15. Εμφανισατε *indicate*. cf. ad c. 24, 1. Ακριβεστερον. Siquidem prima cogni-

αὐτόν. Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὸ 16
ἔνεδρον, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμ-
βολὴν ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ. Προσκαλεσάμενος δὲ 17
ὁ Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων ἔφη· τὸν νεανίαν
τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον· ἔχει γάρ τι
ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ· Ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν 18
ἤγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καί φησιν· ὁ δέσμιος
Παῦλος προσκαλεσάμενός με ἠρώτησε, τοῦτον τὸν
νεανίαν ἀγαγεῖν πρός σε, ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι.
Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος καὶ 19
ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν ἐπυνθάνετο· τί ἐστιν, ὃ ἔχεις
ἀπαγγεῖλαί μοι; Εἶπε δὲ· ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι συνέ- 20
θεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε, ὅπως αὔριον εἰς τὸ συνέδριον

κατα-

cognitio tumultu interpellata est. Προ του εγγισαι etc. caedem perpetrabimus procul oeco, in quo Synedrium cogitur: ne vos criminis participes credamini. Ita Rosenmüllerus, subtilius, vt videtur. Quod si vere a Synedrii assessoribus quibusdam argento corrupti sunt hi sicarii, v. 14 et 15 eum sensum habent: mandata vestra exsequi parati sumus. Sin eo vsque flagitii processisse summum Iudaeorum magistratum dubitaueris, apparet tamen, quam indignam is de se opinionem Iudaeis iniecerit: alias enim, qui potuissent audere sicarii adire summum senatum; eumque ad tam indignum facinus perpetrandum in consortium vocare?

v. 16 sqq. narratur copiosius quam opus erat, quo pacto grauissimis his insidiis ereptus sit Paullus. Αδελφης. Prope fidem est, sororem hanc Paulli sedem suam Hierosolymis fixisse.

v. 17. Data opera et prudenter iuuenem hunc ad Lysiam, puerorum amicum, vt videtur (v. 19, επιλαβομενος της χειρος) missum a Paullo suspicatur Wetstenius, vt eius aetas et simplicitas pleniorem fidem faceret.

v. 20. Συνεθεντο, *constituerunt* Io. 9, 22.

v. 21.

καταγάγῃς τὸν Παῦλον, ὡς μέλλοντές τι ἀκρι-
21 βέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ. Σὺ οὖν μὴ
πεισθῇς αὐτοῖς· ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν ἐξ αὐτῶν
ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα, οἵτινες ἀνεθεμάτι-
σαν ἑαυτοὺς, μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀνέ-
λωσιν αὐτόν· καὶ νῦν ἕτοιμοί εἰσι προσδεχόμενοι
22 τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. Ὁ μὲν οὖν χιλίαρ-
χος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ
ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με.
23 Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς ἑκατοντάρχων
εἶπεν· ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ὅπως
πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομή-
κοντα, καὶ δεξιολάβους διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας
τῆς

v. 21. Επαγγελια, *promissum*. Exſpectant, vt promittas, daturum te, quod petunt, Paullumque ex παρεμβολῃ educturum. Alii dictum putant pro απαγγελιαν, *mandata*, *Befehle*, *oder Nachricht*, ſuadetque ita legere Henr. Stephanus, ſed eodem ſenſu et επαγγελλειν etc. occurrit et in Polybio, Arriano etc. Heſych. επαγγελλωσιν, κελευσωσιν.

v. 22. Ενεφανισας. En iterum tranſitum ab oratione indirecta in directam c. 1, 4.

v. 23. Καισαρειας, ſedem procuratoris Romani (proleg. p. 72). Quia enim morte dignum a Iudaeis haberi crimen a Paullo commiſſum cognouerat tribunus, capite autem plectere Iudaeis magiſtratibus neminem licuit, nedum Romanum, quem eſſe P. cognouerat, omnino haec cauſſa ad forum Romanum pertinere recte a Lyſia credebatur, metuente inſuper, ne per tumultum indicta cauſſa necaretur reus. Δεξιολαβους. Non ſatis conſtat, quodnam militum genus hi effecerint. qui in Cod. Alex., ex correctione, vt videtur, nominantur δεξιοβολοι, quale et translatione exprimunt Verſſ. Syr. Arab. etc. Quae lectio ſi vera eſt, indicarentur milites leuioris cuiusdam armaturae, qui, dextra
lanceas

τῆς νυκτός· κτήνη τε παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβι- 24
σαντες τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς Φήλικα τὸν
ἡγε- 25

lanceas gestabant, emittebant sagittas, lancearii, sagittarii. At δεξιολάβοι varie explicantur; v. c. Meursius in Glossario graeco-barbaro opinatur, fuisse horum δεξιολάβων munus in militia idem, quod lictorum in vrbibus: siquidem maleficis manus iniiciebant manuque eos in carcerem ducebant, ibique habebant in custodia, vnde et per παραφύλακας eorum nomen explicatur, veluti in Schol. cod. ap. Matth. et alibi. Alia via vocis sensum deriuat S. V. SCHLEUSNER, explicans per *satellites*, *stipatores*, (*Leibgarde*), nobiliorum hominum, regis, praesidis, chiliarchi etc. quorum cura fuerit a) non solum seruare corpus patroni (παρα το λαβειν την του βασιλεως δεξιαν), b) sed et custodire captiuos, quorum dextrae catenis alligabantur (παρα το λαβειν την των δεσμιων δεξιάν). Placet quidem prius, sed vix credendum, milites e satellitum numero, qui caeteros dignitate antecedere sibi videntur, et ad custodiendos captiuos ex regula adhibitos fuisse, vnde, si hic adhibitos eos legimus, accidit forte idcirco, quia etiamsi cohortis partem Caesaream miserat, idoneam tamen manum et in vrbe ad coercendam seditionem secum linquere satius ducebat. Ita casu euenit, vt quia forte fortuna minor tum solito in vrbe adesset militum numerus, et stipatores suos in partem huius officii adhibere coactus sit; cf. ad v. 31. Ita aut similiter accidisse videtur res, de qua nil certius constat, nec sane multum attinet.

v. 24. Παραστησαι sc. ειπεν v. 23, εκελευσε, vt adeo vice versa (v. 22) a directo ad indirectum transeat oratio. Διασωσωσι προς Φ. etc. praegnanter dictum: *vt eum eriperent insidiatorum manibus ereptumque perducerent ad F.* Ita saep. Ios. Ant. 2, 6, 9; cf. Raphel. ex Xen. et Polyb. Φῆλιξ, qui tunc temporis Iudaeae procurator erat. Cf. de eo proleg. p. 69. Ἡγεμονα honoris caussa, vt et hodienum fit, ita appellatum, quum proprie fuerit nonnisi επιτροπος (proleg. p. 72). Cf. Paulus Comment. Th. 3, p. 672, ad Matth. 27, 2.

v. 25.

25 ἡγεμόνα· γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν
26 τύπον τοῦτον· "Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ
27 ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν· Τὸν ἄνδρα τοῦτον συλ-
ληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων καὶ μέλλοντα ἀναι-
ρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι
28 ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι. Βου-
λόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνεκάλουν
αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν.
29 ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου
αὐτῶν, μηδὲν δὲ ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλη-
30 μα ἔχοντα. Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς
τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων,
ἐξαυτῆς ἔπεμψα πρός σε, παραγγείλας καὶ τοῖς
κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. Ἔῤῥωσο".

Οἱ

v. 25. Τυπον. Est τυπος h. l., vt 3 Macc. 3, 30, *imago expressa*, v. c. aere, seu, vt h. l. cera, cui inscribebantur litterae: nostrum *Abdruck*. Ita Cic. ad famil. 10, 5 vtitur voce *exemplum*. Indicatur ergo *argumentum*, neque quaerendum, num forma hac integra expressa sit epistola (*in extenso*), an breuis eiusdem summa. Argumentum quidem epistolae cognoscere potuerat P. et ab eo Lucas, sed haud facile verba ipsa. Cf. proleg. p. 37, not. 22.

v. 26. Κρατιστῳ, titulus honorificentior, quo salutabantur ἡγεμονες, et h. l. επιτροπος, fere nostrum *Sr. Excellenz*.

v. 27. Επιστας subito adueniens c. 4, 1. *Da ich noch grade zur rechter Zeit darauf zu kam*. Αυτον pleonasmus Hebr.

v. 29. Εγκλημα εχειν phrasis haud inusitata pro εγκαλεισθαι, occurrens apud Appianum. *Inueni, non quidem re a Synedrio discussa, sed ab aliis auditu percipiens, ob nullam rem aut morte aut carceribus dignam eum accusari.*

v. 30. Μηνυθεισης - μελλειν εσεσθαι. Anacoluthon: aut enim debebat esse μελλουσης εσεσθαι, aut μηνυθεντος δε μοι,

Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται κατὰ τὸ διατεταγμέ- 31
νον αὐτοῖς ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον ἤγαγον διὰ
τῆς νυκτὸς εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα. Τῇ δὲ ἐπαύ- 32
ριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ,
ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν· οἵτινες εἰσελ- 33
θόντες εἰς τὴν Καισάρειαν καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπι-
στολὴν τῷ ἡγεμόνι παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον
αὐτῷ. Ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτή- 34
σας

μοι, επιβουλην μελλειν εσεσθαι. Et admodum varie haec leguntur emendanturque, vnde haud immerito suspicatur Griesbach., omnino omittenda esse τα: εις τον ανδρα — εξαυτης. Επι σου *coram te*, ita c. 24, 19; 25, 10; 26, 2; Marc. 13, 9. Quod si his iisdem verbis a Lysia consignatas esse litteras existimamus, apparet rudiore et incomtiori stylo, quam decebat Graecum aut Romanum, scriptas eas esse: tum id agere chiliarchum, vt strenuam suam industriam et cautam prudentiam, qua cauit, ne quid Paullo mali accideret, Felici procuratori, quem praesidem nominat, quam maxime commendet; quibus contrarie prorsus loquitur Tertullus c. 24, 7. Verum vix credendum, litteras, sicuti scriptae erant, Paullo deinceps in manus venisse. Proinde non nisi argumentum et summam Lucas expressisse videbitur. Cf. proleg. l. c.

v. 31. Αντιπατριδα, oppidulum inter Hierosolymam et Caesaream, alias Caphar-Salama vocatam, sed ab Herode M. amplificatam et patris Antipatri nomine nuncupatam. Saepissime occurrit vrbs apud Iosephum v. c. B. I. 2, 19, 1. Cf. Reland. Palaest. p. 409. Caeterum exinde, quod noctu haec gesta sunt, apparet, tum odium Iudaeorum infensissimum erga Paullum pertimuisse et Lysiam ipsum, tum manum militum, quam tunc temporis secum habebat, minus fuisse frequentem: cf. ad v. 23.

v. 32. 33. Εασαντες — υπεστρεψαν. Quia iam a sicariorum insidiis satis tutum eum existimabant. Οἱτινες referendum ad remotius ιππεις.

v. 34. Εκ ποιας επαρχιας. Romanum esse cognouerat ex

34 σας, ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος, ὅτι
35 ἀπὸ Κιλικίας· διακούσομαί σου, ἔφη, ὅταν καὶ
οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται. Ἐκέλευσέ δε
αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι.

Cap. XXIV, 1 Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας κατέβη ὁ ἀρχιερεὺς
Ἀνανίας μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ῥήτορος Τερ-
τύλλου

ex litteris: fcifcitatur ergo, ex quanam Rom. imperii prouincia effet, fcifcitandoque cognofcit (πυνθανεσθαι, vt διερωτησαι c. 10, 17; ανευρισκειν, c. 21, 4), Cilicem effe.

v. 35. Διακουσομαι, *plenius et diftinctius cauffam tuam audiam examinaboque, quam nunc licet.* Ita διακουειν Deut. 1, 16; Iob. 9, 33. Cf. Raphel. ex Polyb. ad h. l. Πραιτωριον. Erant praetoria domus et palatia, in prouinciarum vrbibus, fumtibus et in vfum imperatorum, eorumque miniftrorum exftructa (*herrfchaftliche Gebäude*), dicta ita, quoniam et proconfules propraetores etc. in eis degebant, ius dicebant etc. cf. ad Phil. 1, 13 et intt. ad Matth. 27, 27. Einsmodi aedificia plura vtique in eadem vrbe erant, ergo et Caefareae, vbi vnum πραιτωριον vocabatur praetorium Herodis, quia illud ad fauorem Caefaris Romani aucupandum aedificauerat Herodes M. Non tamen in eodem palatio et habitaffe Felix videtur. Conclauia ad cuftodiendos captiuos adaptata eiusmodi palatiis interdum adftructa fuiffe, hinc patet.

Cap. XXIV. f) *Paullus coram Claudio Felice, procuratore Romano accufatus cauffam fuam dsfendit: fed non ferio tractat ille cauffam, eamque cum Paullo vincto fucceffori Porcio Fefto peragendam relinquit.* c. 24, 1 - 26.

v. 1. Πεντε ἡμερας fc. ab eo die, quo Hierofolymis Caefaream deductus erat P. Alii minus bene cum Michaele ab illo die computant, quo P. Hierofolymis in vincula coniectus erat c. 21, 33, quod 4 fere diebus ante factum eft. Minus bene, vt videtur: nam fequeretur, accufatores ipfo poft abitum die Caefaream effe fequutos, quod minus eft probabile, quia rem prius cum cauffidico Rom. communi-

τύλλου τινὸς, οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ
τοῦ Παύλου. Κληθέντος δὲ αὐτοῦ ἤρξατο κατη- 2
γορεῖν ὁ Τέρτυλλος, λέγων· "Πολλῆς εἰρήνης 3.
τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ κατορθωμάτων γινομέ-
νων

municare, omniaque ad caussam rite peragendam instruere debebant, quod vix intra vnius diei spatium poterat peragi. Cf. infr. ad v. 11. Κατεβη ὁ αρχ. Ανανιας etc. vel a Felice ad accusationem proferendam vocatus (23, 35), vel sua sponte, indignabundus quippe, quod in synedrii consessu caussae cognitio tumultu intempestiue interpellata fuerat. Ῥητορος. Apud Romanos *rhetores* dicebantur magistri artis eloquentiae. Ast apud Graecos inter alia et *caussidici*, *patroni*, *Advocaten*, *Sachwalter*, quia orationibus coram iudicio habendis clientium caussas agebant, δικολογοι, δημηγοροι, Thucyd. 8, 1. Ael. V. H. 9, 19: et apud Xenoph. et Aeschin. ῥητορες φαυλοι saepe sunt mali caussidici, rabulae. Eiusmodi caussidicus fuit et Τερτυλλος, Romanus, forte oriundus ex familia Cornuti Tertulli, qui vt optimus caussarum patronus laudatur a Plinio, epist. 5, 15; Panegyr. 90, 3. Eiusmodi patroni aderant in omnibus Rom. imperii provinciis, quia, quicunque caussam habebat apud forum aliquod Romanorum, certis quibusdam iuris Romani formulis debebat, vti quas nemo callebat accuratius caussidicis. Earum ergo etc. quia expertes erant et Iudaei et Synedrii quoque assessores, optime sibi consultum putant opem caussidici Romani implorando. Ενεφανισαν. 1) Est εμφανιζειν τινι τι notum alicui quid facere, c. 23, 15. 2) Idem saepissime denotat facere indicium, cui inhaeret et accusatio alicuius, Ios. Ant. 14, 10, 8 etc. 3) Εμφανιζειν τινι (τι) κατα τινος, accusare quem apud aliquem (de re aliqua): nomen eius deferre. Ita dicitur εγκαλειν κατα τινος Rom. 8, 33. Exemplis hanc phraseos vim comprobat Krebs. ex Ios. ad h. l.

v. 2. Αυτου. Paullo ex custodia adducto.

v. 3. Incipit orator adulationibus, quibus procuratoris beneuolentiam captet. Κατορθωματα, *res bene et cum successu gestae:* Alio sensu morali occurrit vox ap. Cic. de fin. 3, 7. Αποδεχεσθαι,

νων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας πάντη
τε καὶ πανταχοῦ, ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ,
4 μετὰ πάσης εὐχαριστίας. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν
σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντό-
5 μως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα
τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰου-
δαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε
6 τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως· ὃς καὶ τὸ ἱερὸν
ἐπείρασε βεβηλῶσαι, ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν καὶ

—κατὰ

δεχεσθαι, agnoſcere, ſynonym. fere επαινειν, cui et iungitur apud Ioſeph. Ant. 7, 1, 2, apud quem ſaepius haec vox occurrit, vt et ap. Iſocr. Phil. Polyb. Cf. Raphel. ex Polyb. Krebſ. et Loesn. ad h. l. Παντη και πανταχου ſynonym. ad augendam vim, vt Hebr. 1, 1. Multa ſane in Iudaeorum commodum praeclare geſſiſſe Felicem conſtat, cf. proleg. p. 70: at vero flagitia eius longe excedebant, quae tamen, vt par erat, reticet orator.

v. 4. Εγκοπτειν viam inſcindere, curſumque euntis impedire, dein impedire omnino, cf. *Pott.* ad 1 Petr. 3, 7. Συντομως ſc. λεγοντων. Τῃ σῃ επιεικειᾳ, quae eſt tua humanitas et in audiendis ſupplicibus facilitas.

v. 5. Ευροντες etc. deeſt apodoſis: ſiquidem interdum pro verbis finitis vſurpantur participia, apud Hebr. maxime, ſed et apud Graecos. Γαρ *ſcilicet*, Λοιμον *peſtem*: ita homines noxii ſaepiſſime vocantur in orationibus Ciceronianis. Πρωτοστατης, Iob. 15, 24, qui in acie primus ſtat, anteſignanus, ergo auctor et princeps alicuius rei omnino id. qu. αρχηγος c. 3, 15. Ναζωραιων αἱρεσις. Ita per contemtum vocabatur I. C. coetus, ſicuti et Γαλιλαιοι audiunt, et extra Palaeſtinam Χριστιανοι, c. 11, 26; 1 Petr. 4, 16. Cf. de etymolog. vocis S. V. *Paulus* ad Matth. 2, 23 in Commentar. Th. 1, p. 153.

v. 6–8. Βεβηλωσαι, falſo haec crimini data fuiſſe Paullo vid. c. 21, 29. Recte ergo obſeruat Wetſten. "non minus impudenter Paullo conuiciatur et Lyſiam accuſat, quam adulatus fuerat Felici."

— κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν.
Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος μετὰ πολλῆς 7
βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε, κελεύσας 8
τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ σέ: παρ' οὗ
δυνήσῃ αὐτὸς, ἀνακρίνας, περὶ πάντων τούτων
ἐπιγνῶ-

VARIAE LECTIONES.

v. 6. 7. 8. Τα: Κατα τον ἡμ. νομ. v. 6 — Ερχεσθαι επι σε v. 7 desunt in A B C, all. 27 ap. Wetst. Griesb. et Birch. 3 ap. Matth. Copt. Sahid. In aliis, in quibus adsunt, tam varie leguntur et inconstanter, vt rectius proscribenda esse statuantur. Impeditur quidem sensus, si τα: παρ' ου δυνηση v 8 trahantur ad Paullum ipsum, ὀν εκρατησαμεν v. 6. siquidem nemo accusator prouocabit ad testimonium rei ipsius. Sed id ipsum contra haec verba pugnat, siquidem lectio difficilior praeferenda erit. Nec sine veri specie statuere videtur Morus, adfuisse hic lacunam quandam, quam vetustissimis iam temporibus alii expleuerint aliter. Omittenda autem haec ducunt fere omnes rei criticae periti, Mill. Bengel. Griesb. Matthaei etc.

Felici." — Quae sequuntur, κατα τ. ἡμ. νομ. — ερχ. επι σε, si genuina sunt (cf. Var. lect.), κρινειν id potissimum innuere videtur, voluisse assessores Synedrii rem et caussam eius cognoscere, cognitaque caussa ad Felicem mittere reum: neque enim κρινειν, κατακρινειν, capitis damnare aliquem fas erat Synedrio. Παρ οὗ, vel ad Lysiam, vel, quia spuria videntur, quae praecesserant, ad Paullum ipsum ferenda sunt; quasi dicere velit: exquire tu ipse captiuum, neque enim ipse negare haec poterit.

Et de hac oratione accusatoria eadem valebunt, quae circa Lysiae epistolam ad c. 23, 30 scripsimus. Namque tametsi satis callidum se hic caussidicum gerere videtur Tertullus, beneuolentiamque iudicis vbique fere locorum aucupat, vix tamen credendum, oratorem Romanum, dicendi arte, quae tunc temporis florebat vel maxime, imbutum et perpolitum tam breuiter locutum esse, argumentaque tam lacera, tam omni ornatu orbata protulisse, licet breuitati studere se fateatur, id quod aucupandae gratiae caussa

9 ἐπιγνῶναι, ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ." Συν-
επέθεντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες ταῦτα
οὕτως ἔχειν·

10 Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ
ἡγεμόνος λέγειν· ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν
τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθυμότερον τὰ περὶ
ἐμοῦ

caussa et rabulas multos profiteri et tamen longissimos fieri nemo ignorat. Et qui potuisset ad verbum vsque memoria tenere P. orationem eo temporis momento habitam, quo de vita seruanda agebatur? Sed rei argumentique summam vtique animo impresserat, forte et passim verba ipsa: deinde ea tradidit Lucae, qui ex suo ingenio orationem ita formauit, vt nunc eam legimus, cf. Proleg. p. 34.

v. 9. Iam adstrepit praesentium Iudaeorum turba. Συντιθεναι, quae est lectio vulgaris, seu συνεπιτιθεναι *assentire*, *confirmare*. Sic apud Xenoph. Thucyd. etc.

v. 10. Apologia Paulli contra hanc accusationem, perducta vsque ad v. 21. Ex πολλων ετων. Siquidem iam inde ab anno 47 post Chr. n. Palaestinae partes alias procurauerat Felix, inde ab a. 52 autem Iudaeam: exeunt ergo 15 anni. Cf. proleg. p. 63, adiunctamque tabellam chronologicam. Κριτης, vt שפט rector, praefectus alicui terrae omnino. Plurimi addunt δικαιον: quae tamen glossa profecto neque a Paullo neque a Luca addita est, sed a librario quodam, qui Felicem non nouerat. Ευθυμοτερον. "Alacrius, confidentiusque, quam coram Synedrio." Innuere vult haec ferme: "quum iam per tot annos Iudaeorum populo praefueris, haud ignoras eius mores, superstitiones, animumque ad seditiones mouendas procliuiorem, vnde bono animo caussam meam orare potero, sperans, te omnia, quae aequa et bona sunt, mihi concessurum, id quod illi κριται, quos adhuc nactus sum, non potuerant, neque Lysias, rerum talium ignarus, neque synedrium non nisi impetu et odio erga me incedens." His verbis P. beneuolentiam captat et ipse, verum prorsus aliter, ac Tertullus.

ἐμοῦ ἀπολογοῦμαι· δυναμένου σου γνῶναι, ὅτι 11
οὐ πλείους εἰσί μοι ἡμέραι δεκαδύο, ἀφ' ἧς ἀνέβην
προσκυνή-

v. 11. Δυναμενου σε γνωναι, sc. per inquisitionem et testimonia aliorum. Neque enim aliunde scire haec potuit Felix, siquidem totius prouinciae praefectus haudquaquam singulas caussas omnes in mente habere valet. Οὐ πλειους – δεκαδυο etc. Plures autem vtique dies exire videntur, 1, aduentus P. Hierosolymam c. 21, 15–17; 1, dies quo conuenit Apostolos, 21, 18–25; 7, quibus in castimonia vixerat, 21, 26. 27; 1, quo peracta sunt ea, quae narrantur 21, 27 – 22, 29; 1, quo coram Synedrio adfuerat; 22, 30 – 23, 10; 1, quo insidiae ei structae erant, 23, 11 – 31; 1, quo Caesaream erat deductus 23, 31. 32 – 35; 5, vsque ad aduentum accusatorum c. 24, 1, quibus cunctis efficitur summa 18 dierum. Sed probabile est, Paullum nonnisi intelligere eos dies, quos degerat inde a cap. 21, 18 in vrbe Hieros. ipsa, atque si inde a c. 21, 18 vsque ad c. 23, 31 computaueris, exeunt dies 11 vel 12, ergo ου πλειους δυοδεκα. Et par erat, Paullum Caesareae coram Felice stantem nonnisi de illis diebus loqui; namque id agit, vt ostendat Felici, se nullam seditionem mouisse; quam Hierosolymis quidem, inscio Felice, mouere potuisset, sed haudquaquam Caesareae, vbi a Felice custodiebatur; superfluum ergo fuerat, et de illis diebus, quibus Caesareae iam fuerat, loqui. Sed quia et hos in computum admittunt alii, ne 18 dies exeant, ταυτα illas ἡμερας v. 1. ab eo termino computant, quo Hierosolymis in vincula erat coniectus, vid. ad v. 1, atque ab ea explicatione, quae ex rerum natura facillima est suaque sponte offertur, recedunt, a qua nunquam, nisi vrgente summa necessitate, recedendum est interpreti, ne Gal. 2, 1 quidem, vti in prolegom. p. 62 disseruimus. — Vult autem P. haec ferme euincere, se, quum nonnisi 12 dies versatus sit Hierosolymae, nullo modo tanta damna inferre potuisse Iudaeorum sacris, vt pestis vocari mereatur. Verum non Hierosolymae solum, sed iam antea κατα πασαν οικουμενην eum talia molitum esse clamauerant accusatores. Videmus ergo hanc apologiam neutiquam esse perfectam, neque satisfacere

12 προσκυνήσων ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ οὔτε ἐν τῷ
ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον ἢ ἐπισύστα-
σιν ποιοῦντα ὄχλου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς,
13 οὔτε κατὰ τὴν πόλιν· οὔτε παραστῆσαί με
14 δύνανται περὶ ὧν νῦν κατηγοροῦσί μου. Ὁμο-
λογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγου-
σιν αἵρεσιν, οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ, πι-
στεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς προ-
φήταις

facere potuisse vel accusatoribus vel iudici.

v. 12. Επισυστασις. Vox paullo rarior: dicitur de hominibus, qui tumultus ciendi caussa conglomerantur consistuntque, επι τινα, adversus aliquem, collatisque capitibus διαλεγονται tacite προς αλληλους, synonym. επιβουλη, δημαγωγια, cui iungitur 3 Esdr. 5, 70. Cf. Num. 14, 35, coll. 16, 19, et passim apud Ioseph. et Philon. cf. Krebs. et Loesner. Meminit huius rei, quia, simulatque apud Romanum accusabatur Iudaeus quis, ille statim seditionem motam esse suspicabatur ab homine, qui ad gentem ad seditionem procliuem pertinebat. Ουτε εν ταις συναγωγαις sc. διαλεγομενον. Forte innuit, se ne illud quidem ius exercuisse, quod, de rebus ad religionem spectantibus in Synagogis publice disserendi, habebat vnusquisque. Παραστησαι, ob oculos ponere, 2) demonstrare, probare, αποδειξαι, αποφαινειν. Ita ap. Ioseph. Ant. 4, 3, 2; 8, 2, 5: subaudi με ποιουντα τι τουτων.

v. 14. Αἱρεσις nomen non quidem inuisum, siquidem et de Pharisaeorum, Sadducaeorum etc. placitis dicebatur; attamen Paullo non satis dignum visum, quod et ad doctrinam I. C. adhiberetur. Πατρῳω Θεῳ, sicuti et vos gentiles Deos patrios summo cultu prosequimini. Iudaeis autem per decreta Rom. Deum patrium colendi potestas concessa erat. Caeterum αἱρεσις et πατρῳος Θεος sibi opposita erunt, quasi dicat: quo pacto, quaeso, αἱρεσεως criminis impingi poterit is, qui Deum patrium colit?

v. 15.

φήταις γεγραμμένοις, ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν Θεὸν, 15
ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλ-
λειν ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων· ἐν 16
τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχων
πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός.
Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην ἐλεημοσύνας 17
ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου καὶ προσφοράς. Ἐν 18
οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ οὐ μετὰ ὄχλου
οὐδὲ μετὰ θορύβου τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰου-
δαῖοι

v. 15. Οὗτοι, dicitur δειχτικως. Αδικων. Horum tamen resurrectionem negasse multi Pharisaeorum dicuntur.

v. 16. Εν τουτῳ i. e. εν ταύτῃ τῃ ἐλπιδι, *hanc spem fouens*. Alii εν τουτῳ sc. vel πραγματι, vel χρονῳ, *quae cum ita sint, interea* vid. Lamb. Bos ellips. voce χρονος. Ασκω pro intransitiuo seu medio ασκουμαι; ita et apud Polyb. 9, 19. Απροσκοπος, inoffensus, purus, vid. ad Phil. 1, 10. Προς respectu erga — habito: alias ενωπιον, εμπροσθεν.

v. 17. Δια vel *per* vt Luc. 5, 5, sens. "per plures iam annos itinera faciens interdum accessi Hierosolymam" etc., vt c. 11, 30. vel, quod vsitatius est, *post*, vt Gal. 2, 1, vbi vid. Kopp. "post plures annos, ex quo Hierosolymis adfui, tandem aliquando reuersus sum in vrbem." Adfuit P. Hierosol. postrema vice c. 18, 22, anno post. Chr. 54; haec autem geruntur anno 60, vid. tab. chronol. ergo πλειονα illa ετη efficiuntur 6 annorum spatio. Προσφορας. Vel subaudiendum εις τον Θεον πατρῳον, id. fere qu. προσκυνησων v. 11 omnino, vel intelligendae distinctius sunt illae προσφοραι, quas in subleuationem eorum, qui voto se obstrinxerant, obtulit c. 21, 23 - 27. Neque impedit multum, quod Paullo in vrbem proficiscenti hoc consilium nondum animo obuersabatur, sed in vrbe demum ipsa ad haec peragenda admonebatur ipse. Prius tamen praefero.

v. 18. Εν οἷς. Quibus rebus (non seditiosis, sed castis, piis, ad religionem patriam spectantibus) dum occupor.

19 δαῖοι᾽ οὓς δεῖ ἐπὶ σοῦ παρεῖναι καὶ κατηγορεῖν
20 εἴ τι ἔχοιεν πρός με. Ἢ αὐτοὶ οὗτοι εἰπάτωσαν,
τί εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα, στάντος μου ἐπὶ τοῦ
21 συνεδρίου, ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἔκραξα
ἑστὼς ἐν αὐτοῖς· ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ
κρίνομαι σήμερον ὑφ᾽ ὑμῶν.

Ἀκούσας

cupor. Εὗρόν με, inuenerunt me inter alias res facras peragendas et id agentem quondam, vt in caftimonia viuerem etc. c. 21, 27. Lectio εν αἷς fc. ελεμοσυναις manifefto ex correctione orta eft, licet non defit teftium numerus. Δε poft τινες conftructionem admodum impedit. Expungendum quidem non eft, licet in plerisque teftibus defit. Forte effinxit Lucas vocem τις δε (*quidam*) ad formam τοιος δε. Ad praecedentia faltem εὗρον etc. fine vlla interpunctione trahendum erit τινες: nam qui ante τινες puncto pofito, et v. 19 vncis inclufo, ad ειπατωσαν v. 20 referunt τινες, magis impediunt conftructionem; obftantibus τοις: η αυτοι.

v. 19. Οὓς δει. Sumas emphatice το: οὓς, et fenfus erit: "illorum Iudaeorum Afiaticorum eft, non autem horum, qui ex fynedrio adfunt, accufare me apud te, quia non hi, fed illi in templo me deprehenderunt." Verum pro δει legitur quoque εδει, fenfusque prodit: "ad *te deferre* debuiffent illi rem meam *legitime*, non autem per tumultum me rapere."

v. 20. Sed quandoquidem parum hic adfunt illi, qui me in templo viderant, hi autem, qui vere adfunt, non quomodo me in templo, fed tantummodo, quomodo me coram fynedrio gefferim, iudicium ferre poffint, agedum vel hoc iam profiteantur hi.

v. 21. "Nifi forte illud fit αδικημα contra νομον, quod αναστασιν defendo doctrinaque mea promulgo, quodque clamore fublato, ob hoc crimen me accufari aegre tuli." Sentire videtur P., clamore fe ifto contra auctoritatem Synedrii peccaffe: fubeffe tamen his, quae v. 21 eloquitur, videtur ironici quid.

v. 22.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς· 22
ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών, ὅταν
Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ
καθ᾿ ὑμᾶς, διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ 23
τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν καὶ μη-
δένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν — ἢ
προσέρχεσθαι: αὐτῷ.

Μετὰ

VARIAE LECTIONES.

v. 22. Ακουσας δε ταυτα ὁ Φηλιξ ανεβαλετο αυτους. Breuius legitur, ανεβαλετο δε αυτους ὁ Φ. in ABCE, 3 all. optimisque verss. sensu eodem, probante Griesb. quia lectio breuior praeferenda est.

v. 23. Η προσερχεσθαι αυτῳ desunt in ABCE, 3 all. ap. Wetst. Griesb. et Birch. 1 ap. Matth. Syrr. Arab. Copt. Armen. Vulg.

v. 22. Ἀναβαλλεσθαι terminus est iudicialis, significans, caussae cognitionem in alium differre diem. Lat. *ampliare*, Cic. Verr. I, 26, 9. Ειδως ακριβεστερον varie vertitur: 1) "vsque dum ea, quae ad doctrinam hanc pertinerent, cognouisset accuratius": sed id debuerat efferri non per, praeteritum ειδως, sed per futurum. Alii 2) "etsi accuratius iam nouerat ea, tamen distulit rem in alium terminum," quod vix probandum est. Optime videtur ex interpunctione, quam et nos sequuti sumus, iam inde ab ακριβ. ειδως loqui Felix ipse, vt ειπων verbis eius sit interiectum. "Quando accuratius cognovero haec omnia, ait, et Lysias huc deuenerit, tunc etc."

v. 23. Ανεσις *relaxatio, remissio*. Ex custodia aspera et rigidiore in custodiam liberiorem, τηρησιν, φυλακην αδεσμον (Arrian. Expedit. 2, 15, 17) mittebatur, (*Hausarrest, Stubenarrest.*) Videtur plerisque διαταξαμενος, sine insequenti apodosi per anacoluthon esse dictum, vt v. 5 et 26, sed absque necessitate. Facilius enim pendere credetur ab ανεβαλετο v. 22, ανεβαλετο ειπων et διαταξαμενος.

 v. 24.

24 Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ
σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ οὔσῃ Ἰουδαίᾳ,
μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ
25 περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Διαλεγομένου
δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ τοῦ
κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενό-
μενος ὁ Φῆλιξ ἀπεκρίθη· τὸ νῦν ἔχον πορεύου·
και-

v. 24. Παραγενομενος abundare videtur, vt c. 5, 21; 23, 16 ex Hebraismo. Δρουσιλλῃ. De hac vide prolegomena p. 67. 69. 70. Videtur illa, vtpote Iudaea natione, Paulli cognoscendi et de eius doctrina noua audiendi curiosissima fuisse. Ηκουσεν αυτου, vel vox iudicialis: *er nahm ihn in Verhör: er vernahm ihn wegen* etc. vel potius simpliciter: andiit eum loquentem: *er liess sich etwas erzählen von* etc. Nam extra iudicium haec peraguntur, non επι του βηματος, vt c. 25, 6. Περι της πιστεως εις Χριστον, quid tandem sit illud, quod de Messia seu Christo aliquo et de fide ei habenda dixerat P. — Studet ergo hic Felix ακριβεστερον ειδεναι τα περι της ὁδου.

v. 25. Longiorem hic aut orationem habuerit, aut, vt potius videtur, familiariorem sermonem cum Felice et Drusilla extra iudicium miscuerit P. necesse est. Atque quum de Messia Iesu, eiusque doctrina, περι της ὁδου, copiosius dissereret, non potuit quin et de virtutibus hominis christiani loqueretur, ergo et de εγκρατεια, *temperantia maxime circa venerem* oppos. πορνεια, ασελγεια. Gal. 5, 19, 22; nec non de δικαιοσυνῃ, i. e. virtute christ. omnino, quae tamen de iustitia sensu proprio intellexit Felix, tum de Christi mortuorumque resurrectione futuroque per Messiam iudicio. Eodem ferme tramite vbique incedit, vbi cum paganis ei res est, v. c. C. 17, 31; Gal. 5, 19 sqq.; Col. 3, 4 sqq. et in multis epistolarum locis aliis. Quae cuncta terrorem incussere Felici, qui primo quidem nonnisi noua tantummodo audiendi curiosus fuisse videtur, iam autem, virtutes commendatas audiebat, quas a se sibi conscius erat abesse quam longissime (Tac. Hist.
V,

καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε· ἅμα 26
καὶ ἐλπίζων, ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ
τοῦ Παύλου, — ὅπως λύσῃ αὐτόν· διὸ καὶ πυκ-
νότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος ὡμίλει αὐτῷ.

Διετίας

VARIAE LECTIONES.

v. 26. Ὁπως λυσῃ αυτον deſunt in ACE, 4 all. ap. Wetſt. Grieſb. et Birch. 1 ap. Matth., nec non in Verſſ. Syrr. Arm. Vulg. probb. Millio, Grieſb. Gloſſematis inſtar indubie addita haec ſunt, varieque leguntur.

V, c. 9. per omnem ſaeuitiam ac libidinem exercuit Felix ius regium), quasque, in primis praeſente Druſilla (proleg. p. 70), memorari vtique nolebat. Το νυν εχον *in praeſentia, für jetzt,* formula Graecis vſitatiſſima, vid. Kypke ad h. l. Πορευου inſultare ei videtur, fere vt nos dicimus: *jetzt magſt du reiſen.* Μεταλαμβανειν, poſt aliquod interuallum denuo in manus ſumere quid: vnde μεταλαμβανειν καιρον alio tempore opportunitatem nanciſci. Exempla exaggerata vid. ap. Wetſten.

v. 26. Ἁμα και ελπιζων. Non eſt anacoluthon, ſed pendet ab απεκριθη v. 25. cf. ad v. 22. Ομιλειν de familiariori ſermocinatione adhibetur. Ob auaritiam nimiamque lucri cupidinem increpantur a Ioſepho fere omnes procuratores Rom. neque alium ſe hic geſſit Felix. Credebat ille indubie, Paullum, ciuem Romanum, magnaeque ſectae πρωτοστατην (v. 5), facile rem eo adducere poſſe, vt aſſeclae iſtius ſectae pecunias conferrent, principemque ſuum inſigniore λυτρῳ redimerent. Longius ergo, per biennium, v. 27. a Felice in cuſtodia habetur P. quia proceſſu temporis curaturum Paullum ſperabat, vt pretio ſolueretur. Sed ab his artibus abhorruit Apoſtolus, etiamſi forſitan maiores ſumtus in cauſſa ſua perſequenda impendendos vidiſſet. Caeterum in hac cuſtodia epiſtolam ad Philippenſes a Paullo conſcriptam eſſe ſtatuit S. V. PAULUS progr. paſch. Ienenſ. 1799 *de tempore ſcriptae prioris ad Tim. atque ad Philipp. epiſtolae Paulinae.* Vid. proleg. in epiſt. ad Philipp. p. 15 ſqq.

27 Διετίας δὲ πληρωθείσης ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον· θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον.

Cap. XXV, 1 Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Καισα-

v. 27. h) *Porcius Festus* (proleg. p. 70.) *in gubernanda prouincia Felici successit. Serio is tractat caussam Paulli, atque in eiusdem cognitione ad Caesarem Romanum prouocat Paullus.* c. 24, 27 — 25, 12. Felicem Romam reuocauerat Nero, forte, quia nimium de eo conquesti erant Iudaei. Sane postquam successor aduenerat, primores Iudaeorum Romam profecti sunt, Felicem accusaturi, Ios. Antt. 20, 8, 9. Cf. proleg. p. 70; tab. chronol. p. 63, et Ven. *Hug Einleit. ins N. T.* §. 73, vbi multa circa tempus constituendum disputantur accuratissime. — Διετιας πληρωθ. sc. ex quo P. Hierosolymis captus fuerat, c. 21, 30, seu ex quo Caesareae in custodia a Felice habebatur, c. 23, 35: vtrumque enim nonnisi paucis diebus differt. Κατατιθεναι χαριν (c. 25, 9) seu χαριτας τινι, *gratiam alicuius inire, gratum ei facere.* Ita loquitur Xenoph. sicuti et dicitur κατατιθ. δοξαν, εχθραν, ευεργεσιαν vid. Schleusner. lex. voce κατατιθ. Cf. Krebs. ad h. l. 1 Macc. 10, 23. Gratam in re, quam postremam peragendam habebat, sui memoriam relinquere conabatur Felix, sed incassum; neque enim sufficiebat Iudaeis, Paullum custodia detentum relinqui: sanguinem eius flagitabant.

Cap. XXV, v. 1. Επιβαινειν dicuntur ei, qui terram aliquam ingrediuntur, construiturque cum εις, c. 20, 18, et datiuo, vt h. l. Επαρχιᾳ in Iudaeam prouinciam, cuius procurator denominatus erat ipse. Erat tamen non επαρχος, ἡγεμων, sed nonnisi επιτροπος, cuius prouincia proprie επιτροπη dicitur (Ios. Bell. Iud. 2, 13 init.), sed honoris augendi caussa ea h. l. dicitur επαρχια, cf. supra ad c. 23, 24. Ανεβη εις Ἱεροσ. Non quidem, vt quae pertinebant ad Paulli caussam exploratius ibi pernosceret: tanti enim ea non videbatur momenti: sed vt vrbem capitalem inuiseret, con-

Καισαρείας. Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς 2
καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου,
καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, αἰτούμενοι χάριν κατ᾽ 3
αὐτοῦ, ὅπως μεταπέμψηται αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ,
ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδόν.
Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη, τηρεῖσθαι τὸν Παῦ- 4
λον ἐν Καισαρείᾳ, ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει
ἐκπορεύεσθαι. Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησί, 5
συγκαταβάντες, εἴ τι ἐστὶν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ,
κατη-

conueniret gentis nobiliores etc.

v. 2. Ενεφανισαν αυτῳ κατα του Π. cf. fupr. ad c. 24, 1: repudianda ergo eft lectio ενεφανησαν *apparuerunt*. Ὁ αρχιερευς. Probabiliter idem Ananias, de quo ad c. 23, 1 dictum eft, licet eius fucceſſorem Ionathanem (vid. ibidem), Fefto procuratore, iam exceperat alius, Ifmael, Iof. Ant. 20, 8, 8.

v. 3. Αιτεισθαι χαριν κατα τινος, expetere fibi gratiam, quae vertit in alterius detrimentum.

v. 4. Τηρεισθαι, vel: "fatis bene ibi Paullum feruari, neque aufugere poffe," vel, quod praeferendum: "in aedibus *Caefareis* in cuftodia detineri, quia eius cauffa iam ad forum Romanum fit delata, vnde fibi non licere, alii foro eius cauffam peragendam committere." Proprie tamen id fibi voluiffe videtur Feftus, 'neminem poffe indicta cauffa damnari, vt loquitur v. 16, vbi hanc rem narrat Agrippae. Sed humanius ea profert homo vrbanus, ne libere prolocutus, quae fentiebat, offenderet Iudaeorum primores. Sed hoc, addit, nulli fraudi eis fore, fiquidem mox fe Caefaream rediturum effe, ad eius cauffam cognofcendam. Εν ταχει non folum *celerrime*, fed et *mox*, *propediem* indicat; veluti Apocal. 1, 1.

v. 5. Φησι. cf. ad c. 23, 24. Δυνατοι, *primores*, *optimates*, honoribus et auctoritate infignes: ita occurrit vox apud Ioseph. Ant. 12, 4, 3, vbi iidem nominantur επισημοι, τοις αξιωμασι διαφεροντες. Nondum fatis accurate cognouiffe Feftus videtur Iudaeorum ftatum: proinde

6 κατηγορείτωσαν αὐτοῦ. Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας ✠ πλείους ✠ ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισαρείαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέ-

✠ ου ✠ οκτω

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Legendum omnino est ἡμερας ου πλειους οκτω η δεκα. Ita est in ABC et 14 all. ap. Wetst. Griesb. et Birch. 1 ap. Matth. Verss. Copt. Armen. Vulg. Theophyl. Lucif. In aliis aliter variat lectio. Scriptum erat antiquitus ου πλειους η η ι, siquidem per notas litterales exprimebantur numeri, vnde procliui incuria accidit, vt vnam η praetermitteretur a librario. Proinde longiori lectioni fauent fere omnes critici, Grotius, Millius, Bengel. Wetsten. Griesbach. qui voces in textum admisit. Obloquuntur tamen Wolfius, alii. Ingeniosa autem magis quam vera videbitur coniectura apud Bowyerum: πλειους ηδη και καταβας, siquidem signo litterali ι scribebatur δεκα, quod si plene scriptum fuisset, ex ηδη και facile vtique exsistere potuisse η δηκαι, η δεκα facile largimur. Cf. Commentar.

inde vniuersim loquitur οἱ δυνατοι pro οἱ αρχιερεις, πρεσβυτεροι etc. infr. v. 15. Malunt tamen alii explicare: "ii, qui inter vos eum accusare poterunt, caussamque eius bene cognitam habent artemque accusandi callent; οἱ δυνατοι (alias δεινοι) κατηγορησαι: ita occurrit δυνατος Luc. 24, 19; Act. 7, 22. Ita exponit Erasmus Schmid, aliique, haudquaquam refragante linguae vsu. Sed prius vtique praeferendum videtur. Alii vertunt: *quibus commodum est*, *quibus placuerit*. Ει τι εστι sc. αιτιαμα, v. 7. Cf. Lamb. Bos. Additur in nonnullis explicationis caussa ατοπον.

v. 6. Πλειους η δεκα. Legendum esse ου πλειους οκτω η δεκα vid. Var. lect. neque requirimus lectionem πλειους η οκτ. η. δεκ. quia post comparatiuum πλειους non est, quod necessario subsequatur η, et ab auctore nostro omitti id solet, vid. e. gr. c. 4, 22; 23, 13. 21, saepissime apud Graecos class. Horat. Epist. 2, 192, alibi. Illud autem ου praefigendum est omnino: nam sic melius conuenit eis, quae promiserat, se εν ταχει abiturum. Gignit tamen et vulgaris

ἐκέλευσε τὸν Παῦλον ἀχθῆναι. Παραγενομένου 7
δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων κατα-
βεβηκότες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα
φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀπο-
δεῖξαι, ἀπολογουμένου αὐτοῦ, ὅτι οὔτε εἰς τὸν 8
νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν, οὔτε εἰς τὸν
Καίσαρα τὶ ἥμαρτον. Ὁ Φῆστος δὲ τοῖς Ἰου- 9
δαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι, ἀποκριθεὶς τῷ
Παύλῳ εἶπε· θέλεις εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβὰς ἐκεῖ
περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ; Εἶπε δὲ ὁ 10
Παῦλος· ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι,
οὗ

garis lectio, ex qua abest οὐ, sensum non inconuenientem, vt abiturum quidem se mox Festus professus, verum interuenientibus negotiis inopinatis plus quam decem dies ibi detentus sit. Επι του βηματος. En ergo Festum rem serio aggredientem, et longe alium se gerentem, quam Felix se exhibuerat c. 24, 24, vbi vide annotata.

v. 9. Χαριν καταθεσθαι, (v. ad 24, 17), eo quod precibus eorum v. 3 indulgeret. Θελεις: ita *rogare* debebat procurator, quia P. ciuis Rom., cuius caussa iam ad Rom. iudicium delata esset, neutiquam iam ad agnoscendam synedrii auctoritatem *cogi* poterat. Επ' εμου, *me praesente et praeside*. Etiamsi enim res erat religiosa, de qua agebatur, attamen, si vel Synedrio sese committere voluisset P., fieri id iam nequibat, quin synedrio praesideret procurator ipse; quia Romanos semel habuerat iudices, nemo autem a maiori iudicio ad inferius prouocat. Proinde talia ne proponere quidem Paullo audet Festus, vt solus Synedrio se committat. Procuratores autem non Caesareae solum, sed et Hierosolymis praetoria sua habuisse, iusque ibi dixisse, vel ex cognitione caussae Iesu constat, Matth. 27, 2; Io. 18, 28.

v. 10. Recusat tamen P. quae a Festo proponebantur, haud ignarus, quanta sibi pericula imminuerint c. 23, 12; quamque sero deferuesceret

οὐ με δεῖ κρίνεσθαι· Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς
11 καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις. Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ
καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι
τὸ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγο-
ροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι.
12 Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι. Τότε ὁ Φῆστος, συλλα-
λήσας

ſceret Iudaeorum inuidia. Βηματος Καισαρος, cuius perſonam ſuſtinebat procurator (proleg. not. 56.). Ὡς — καλλιον επιγινωσκ. ſc. ex eis, quae de cauſſa mea adhuc transacta ſcripta reliquit Felix, qui, ſi reum me et ſontem comperiſſet, dudum iam me ſupplicio tradidiſſet.

v. 11. Χαρισασθαι αυτοις, eorum libidini committere, et in eorum gratiam vel abſoluere (c. 3, 14.), vel accuſare, vt h. l. Ita eleganter apud Graecos dici, docuit Krebſ. ad Act. 3, 14. Ουδεν εστι, *falſa ſunt*, ſupr. c. 21, 24. Raphel. ex Polyb. Cf. infr. ad v. 25. Καισαρα επικαλουμαι, *ad Caeſarem*, (*Neronem*) *prouoco*, (proleg. not. 57.). Vid. ſingularem Krebſii commentationem de prouocatione P. ad Caeſarem in eius opuſculis. Multo faciliorem erga Iudaeos Feſtum ſe gerere cernebat P. adeoque facile fieri poſſe arbitrabatur, vt Hieroſolymam mitteretur, atque in inſidias incurreret. Proinde eludit eas, ad Caeſarem prouocando. Sed cogitari tamen poteſt, Feſtum, dummodo ei narraſſet Paullus ea, quae de inſidiis ſibi ſtructis huc pertinebant, haudquaquam iniuſtiorem futurum, quam fuerat Lyſias et Felix. Itaque ea maxime de cauſſa ad Caeſarem prouocaſſe Paullum equidem crediderim, vt Romam videndi occaſio ſibi contingeret, vbi contra ſicariorum machinas tutiſſimum ſe fore videbat, cf. ad c. 23, 11.

v. 12. Tantam παῤῥησιαν non opinatus erat Feſtus. Res videbatur curatiore inquiſitione digna. Vocat ergo in conſilium et eos, qui cum eo in prouinciam devenerant. Neque enim legabantur in prouincias proconſules etc. ſoli, ſed, vt et hodienum fit, comites eis adhaerebant, qui iuris periti, iudiciis aſſiderent, conſilia ſuppeditarent, aliisque in rebus praeſto eſſent. Cic. ad Fam. 8, 8; Sueton. Tiber. 33; Plin. Epiſt. 7, 27. Cf. Perizon.

λήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη· Καίσαρα ἐπικέκλησαι; ἐπὶ Καίσαρα πορεύσῃ.

Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας ὁ 13
βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν,
ἀσπασόμενοι τὸν Φῆστον. Ὡς δὲ πλείους ἡμέ- 14
ρας διέτριβον ἐκεῖ, ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο
τὰ

Perizon. diss. de Praetorio p. 718. Horum autem consessus hic vocatur συμβουλιον. Cum hoc ergo consessu deliberata re Festus respondet: Καισαρα - πορευσῃ. Vix credo cum ira et indignatione enunciata haec a Festo fuisse, licet, vt par erat, percelleret hominem aequum, vt videtur, et iustum, quod in caussa, quam primam forte in Iudaea transigendam habebat, suum iudicium illico spernebatur. cf. Ioseph. Ant. 20, 7 fin. Credo potius, lubentissime eum arripuisse hanc occasionem, vt a caussa molesta, multumque habitura inuidiae supersedere posset: cf. proleg. p. 70, et praemonend. not. 5. Επι καισαρα πορευσῃ, quia iam non sub mea es potestate. Cf. proleg. p. 75, et not. 58.

---

v. 13 sqq. i) *Aduenit Hierosolymam Agrippa rex ad salutandum Festum* c. 25. 13. *Hunc ergo ad cognoscendam Paulli caussam in consilium vocat Festus*, v. 14-fin. *efficitque, vt coram hoc Agrippa caussam suam defendat ille, id quod fit c.* 26, 1-29, *quibus peroratis insons Paullus reperitur*, c. 26, 30-fin.

Αγριππας ὁ βασιλευς, Agrippa iunior, cf. proleg. p. 68. Βερνικη, nomen, quo plures mulieres in Graecia, Aegypto, Iudaea appellabantur. De nostra hac, Agrippae sorore, vid. proleg. p. 69. cf. Ios. Antt. 20, 7, 3. Ασπασομενοι τον Φηστον: siquidem omnes isti reguli, qui circa Palaestinam imperabant, ab arbitrio Romanorum pendebant omnes, vnde horum gratiam iniisse, intererat illorum vel maxime. Agrippam autem, Romae a Claudio educatum, Romanorum studia cum primis sectatum esse, ex Iosepho liquet. cf. praemonenda not. 6.

v. 14. Ανεθετο sumo simpliciore sensu: *communicavit cum eo, exposuit:* ita Gal. 2, 2; 2 Macc. 3, 9; Artemid. Oneir. 2, 64. Malunt tamen

τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, λέγων· ἀνήρ τις ἐστὶ κα-
15 ταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος, περὶ οὗ,
γενομένου μου εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνισαν οἱ ἀρ-
χιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, αἰτού-
16 μενοι κατ' αὐτοῦ δίκην. Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην,
ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις, χαρίζεσθαί τινα
ἄνθρωπον — εἰς ἀπώλειαν :, πρὶν ἢ ὁ κατηγορού-
μενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τό-
πον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος.
Συν-

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Εις απωλειαν desunt in ABCE, 7 all. ap. Wetst. Griesb. et Birch. Verss. Copt. Sahid. Armen. Syr. post. Vulg. Athanas. Basil. Theodoret. prob. Millio proleg. 806. Additamentum esse videtur, breuiorque lectio antehabenda est. *Ibid.* paullo ante pro τινα legitur et τινι, quod in eodem probabilitatis gradu habet Griesbach.

tamen Kypk. Rosenmull. Dinndorf, inhaerere simul verbo notionem *iniungendi*, *mandandi*, quo sensu apud Aristoph. Aeschinem etc. venit, vt adeo exprimatur: *commisit caussam P. Agrippae, quippe qui vtpote Iudaeus, melius de eadem posset statuere.*

v. 15-18. Ενεφανισαν etiam h. l., sicuti v. 2 et c. 24, 1, est *accusarunt*, seu potius, quia h. l. non construitur cum κατα, sed cum περι, *rem caussamque ad me detulerunt.* Δικη i. e. *sententia condemnatoria*, de quo vocis sensu copiose disputantem vid. Erasm. Schmid. ad h. l. 2) *poena*, quae hanc sententiam sequitur, ipsa, *supplicium*, εκδικησις, 2 Thess. 1, 9; Iud. v. 7, ita et h. l. Ita dicitur Graecis frequentissime διδοναι δικην, υπεχειν δ. et h. l. αιτειν δ. Απωλεια, si genuina verba sunt, indicat *supplicium capitale*. Τοπον λαβοι, *locum*, *i. e. facultatem*, *copiam*, *occasionem nactus sit:* phrasi ad latinam dictionem expressa. Lex haec, sicuti in qualibet ciuitate bene et sapienter constituta, ita et in Romana valuit. Συνελθοντων, quum mecum huc essent pro-

Συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε, ἀναβολὴν μη- 17
δεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βή-
ματος ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα· περὶ οὗ 18
σταθέντες οἱ κατήγοροι οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον,
ὧν ὑπένοουν ἐγώ. Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς 19
ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς αὐτὸν, καὶ περὶ
τινος Ἰησοῦ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν.
Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, 20
ἔλεγον εἰ βούλοιτο πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ
κἀκεῖ κρίνεσθαι περὶ τούτων. Τοῦ δὲ Παύλου 21
ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σε-
βαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι αὐτὸν,
ἕως οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα.

Ἀγρίπ-

profecti, ſupr. v. 5. *Αναβολην ποιεισθαι*, i. qu. *αναβαλλεσθαι* (Thucyd. 2, 42), ſupra ad c. 24, 22. Αχθηναι, *προαχθηναι* c. 12, 6. *Αιτιαν επιΦερειν*, pluralis eſt propria ſatisque frequens, latin. *crimen inferre*. Ὑπενοουν, *quale ego ſuſpicabar*. Suſpicabatur quippe, Paullum maioris alicuius criminis de mota ſeditione, aut latrociniis infeſtata prouincia inſimulatum iri, quia, quo tempore adibat prouinciam Feſtus, latronibus, ſicariisque ſcatebat Iudaea, Ioſ. Antt. 20, 7.

v. 19. 20. *Δεισιδαιμονια* et h. l. pariter ac c. 17, 22 in bonam partem accipienda eſt: quis enim credat, Feſtum, hominem quam maxime vrbanum (ad v. 4), eo vsque proceſſiſſe, vt coram Iudaeo eodemque rege ſuperſtitionis inuiſo nomine appellauerit Iudaeorum ſacra? Eſt ergo noſtrum: *Religion*, Heſych. *Φοβοθεια*; Suid. *ευλαβεια περι το θειον*. Απορεισθαι dicimur *τι*, vel *εις τι*, vel *περι τινος*. Περι *τουτου* ſc. *πραγματος*. Alii ſuppl. Ιησου.

v. 21. Τηρηθηναι, elliptice pro pleniori *εις το τηρηθηναι αυτον*. Σεβαστου, Auguſti, i. e. Caeſaris, ſiquidem inde ab Octauio hunc titulum aſſumſiſſe Romanorum imperatores notiſſimum eſt. Διαγνωσις

22 Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Φῆστον ἔφη· ἐβουλό-
μην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι· ὁ δὲ, αὔ-
23 ριον, φησὶν, ἀκούσῃ αὐτοῦ. Τῇ οὖν ἐπαύριον
ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ
πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροα-
τήριον, σύν τε τοῖς χιλιάρχοις καὶ ἀνδράσι τοῖς
κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως, καὶ κελεύσαντος
24 τοῦ Φήστου, ἤχθη ὁ Παῦλος. Καί φησιν ὁ Φῆ-
στος.

γνωσις plenior et accuratior rei diiudicatio, nostrum fere: *Endurtheil*, cf. c. 24, 22.

v. 22. Non erat insolitum iudicibus Romanis, hospiti nobiliori, quem maiori aliquo honore prosequendum ducebant, quin et feminis sedem et in iudiciis concedere, Ios. Ant. 16, 11, 4; 17, 5, 3. *Αυριον ακουσῃ αυτου.* Summa cum vrbanitate prolata haec a Festo putanda sunt, simulque iisdem verbis et ad coenam inuitasse Agrippam videtur.

v. 23. *Φαντασια* est 1) forma adspectabilis quaelibet, 2) in specie forma pulchra et splendida, maxime 3) quoad eum splendorem, quem quis prae se fert vestibus, pedissequis, equis, omnique apparatu ditiorum. Ita adhibetur vox ap. Polybium, Diodorum, Athenaeum, Herodian. etc. cf. Wetsten. et Raphel. ex Polyb. ad h. l. Dein ad animum transfertur, quae tamen significatio huc non pertinet. Eiusdem splendoris luxusque amantissimus fuerat et pater Agrippa c. 12, 21, vbi vide. Nec mirum, quia innitati erant ab eo, quem heri salutauerant, hodie iam in summo ornatu eos pompaque se exhibere. *Ακροατηριον.* Locus in quo rei accusati inquirebantur, quales oeci a Romanis vocabantur *auditoria*, ad quam vocem hic efficta est vox Graeca *ακροατηριον*. Nostrum: *Verhörzimmer, Audienzzimmer*. *Χιλιαρχοις*, iis, qui Caesareae cohortibus circa procuratorem versantibus praeerant: Hierosolymae non nisi vnus adfuit. *Ανηρ κατ' εξοχην ων*, i. e. *εξεχων*, *nobilitate alios excellens*. Ita dicitur ὁ *λογος* ὁ *κατ' αληθειαν*, ἡ *ζωη* ἡ *κατ' ευσεβειαν* pro *αληθης*, *ευσεβης*.

v. 24. *Εντυγχανειν* est 1) obuiam fieri cui; 2) data

opera

στος· Ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον, περὶ οὗ πᾶν το πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ἐνθάδε, ἐπιβοῶντες, μὴ δεῖν ζῆν
25 αὐτὸν μηκέτι. Ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι, καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν ἔκρινα πέμπειν αὐτόν.
26 Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ Κυρίῳ οὐκ ἔχω· διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ᾽ ὑμῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὅπως, τῆς ἀνακρίσεως γενομένης, σχῶ τι γράψαι.

Ἄλογον

opera adire quem, rogandi, interponendi se, accusandi etc. caussa; 3) si cum κατα τινος iungitur, semper indicat *accusare* Rom. 9, 2 et passim in libr. Maccab., aeque ac εμφανιζειν κατα τινος, c. 24, 1; 25, 2. Hesych. εντευξις· απαντησις κατα των πλημμεληκαντων, δεησις εις εκδικησιν. H. l. tamen media significatio valet, eundem sensum gignens: videtur autem τοις: παν πληθος, εν Ιεροσ. και ενθ. additis, et cum indignatione proferendum esse το: ενετυχον, q. d. allenthalben hat mich der ganze Haufe *bestürmt, überlaufen.*

v. 25. Μηδεν αξιον θαν. sc. ex legibus institutisque Romanorum. Num vero ex Iudaeorum institutis crimen capitale commiserit P. nec ne, in vtramque saltem partem disputari poterat, Tract. Sanhedrin 10, 5. "Vates mendax, qui vaticinatur, quod non audiuit, quodque ipsi dictum non est a Deo, ab hominibus morte plectitur." Cf. praemonenda. Αυτου τουτου, est δεικτικως dictum, "Paullo hoc, quem videtis."

v. 26. Κυριω *Caesari.* Id enim nomen, tametsi Augustus (Sueton. 53) et Tiberius (Suet. 27) deprecati fuerant, caeteri tamen post eos Caesares receperunt, sicuti et Plin. Traianum ita saepe appellat. Μαλιστα επι σου, honoris caussa a Festo dicitur, tum quia is optime de hac re iudicare poterat, c. 26, 3.

27 Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, πέμποντα δέσμιον μὴ καὶ
τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι.
Cap. XXVI. Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· ἐπιτρέ-
1 πεταί σοι ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν. Τότε ὁ Παῦλος
2 ἀπελογεῖτο ἐκτείνας τὴν χεῖρα. Περὶ πάντων
ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα,
ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον ἐπὶ σοῦ μέλλων ἀπο-
3 λογεῖσθαι σήμερον, μάλιστα γνώστην ὄντα σε
πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητη-
μάτων· διὸ δέομαί σου, μακροθύμως ἀκοῦσαί μου.
Τὴν

v. 27. **Αλογον**, *abſurdum, ridiculum.* Haudquaquam ſane Neroni ſe commendaſſet Feſtus, ſi Paullum miſiſſet, confeſſus, ſe cauſſam, de qua accuſatus fuerit, exploratiſſime cognoſcere nequiiſſe. Atqui accidiſſet ita, ni tempeſtiue ſuperueniſſet Agrippas.

Cap. XXVI. Iam coram Agrippa apologiam ſuam perorat P. idque eo liberius, quod coram Iudaeo loquebatur, rerum, de quibus disceptabatur, gnaro et perito, neque tamen caeco ardore tuendi *νομου* auiti flagrante. Quapropter iuuabit profecto hanc potiſſimum apologiam legere, quam et feliciore ſucceſſu haudquaquam caruiſſe merito laetabimur. Ea autem via incedit orator, qua ad finem peruenire poterat facillime, vt ſcil. vitam ſuam innocentem et pro auitis ſacris quaelibet auſam enarret, memorabilemque illum euentum addat, quo ad nouam doctrinam Ieſu Meſſiae, nouam illam *ὁδον*, quam ingreſſus fuerat, deductus ſit. Nec melius ſane de re, quae altioris erat indaginis, ſi breviter coram iudicibus erat peragenda, diſputari poterat, quam hiſtorice.

Εκτεινας χειρα, vt ſolent ii, qui verba faciunt, vid. ad 12, 17.

v. 2. 3. *Επι σου*, *te praeſente et iudice:* 25, 9. *Μελλων απολογεισθαι* iungenda cum *περι παντων*. *Γνωστης* rarius occurrit, Hiſt. Suſan. 42. Plutarch. Vit. Flamin. c. 4, rei alicuius gnarus, *ein Kenner*. Alio ſenſu eſt 1 Sam. 28, 3; 2 Reg. 21, 6. *Γνωστην οντα*

Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν 4
ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μου ἐν Ἱεροσο-
λύμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, προγινώσκον- 5
τές με ἄνωθεν, ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν, ὅτι κατὰ
τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας
ἔζησα Φαρισαῖος. Καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς 6
τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ
ἕστηκα

οντα σε, accuſatiui abſoluti, qui interdum pro genetiuis abſolutis ponuntur, Ael. Var. Hiſt. 2, 13, ibique Perizonius. Cf. Kypke ad h. l. Captare quidem regis beneuolentiam his verbis videtur, veruntamen vera ea fuerunt et ex animo depromta. *Nun fühle ich mich endlich glücklich, daſs ich einen Richter habe, der die Sache verſteht, und dabey kein blinder Zelot iſt.*

v. 4. 5. Νεοτητος — εν Ιεροσολυμοις. Admodum adoleſcens ergo Tarſo Hieroſolymam peruenerit neceſſe eſt: cf. ad c. 22, 3. Ανωθεν ſynonym. εκ νεοτητος μου: minus bene alii: *ab origine et proſapia mea auita.* Iungendum autem cum προγινωσκοντες, non, vt quidam iungunt, cum εζησα. Αἱρεσιν. cf. ad c. 24, 14. Ακριβεστατην. Phariſaeos circa cultum externum (θρησκειαν) fuiſſe accuratiſſimos, conſtat, cf. ad c. 22, 3.

v. 6 ſqq. *Illi autem ipſi, qui me tam bene norunt, quod accuratiſſime, vixerim et ſeueriſſime, iam (mirabile dictu!) ob id ipſum me accuſant, quod* αναστασιν *propugno, cuius patroni ſunt ipſi.* Videmus hic ad eadem argumenta recurrere Paullum, quibus vſus erat coram ſynedrio c. 23, 6, non quidem, quia h. l. aeque atque ibi imminentia pericula declinanda erant, ſed vt ſibi ipſe conſtaret vbique locorum. Caeterum plenioribus hic idem argumentum verbis profert, ad mouendos animos quam maxime idoneis. Ελπιδι της επαγγελιας, *ob ſpem promiſſae felicitatis:* indubie ſpectat ad ſpem futuri e mortuis reditus, vt 23, 6; 24, 21. Eam autem promiſſam eſſe maioribus, adeoque nominari poſſe επαγγελιαν προς τους πατερας γενομενην, negabat quidem Sadducaeorum ſecta, at Phariſaei, ad quos pertinuit et P., ſtatuebant.

7 ἕστηκα κρινόμενος, εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν
ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον ἐλπίζει
καταντῆσαι· περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, βασι-
8 λεῦ Ἀγρίππα, ὑπὸ Ἰουδαίων. Τί; ἄπιστον κρί-
νεται

bant. Num tamen in V. T. vere inueniri a nobis possint vestigia huius επαγγελιας, quaestio est grauior multoque locupletior, quam vt hic breuissime possit expediri. Exagitata illa est saepissime, commentationibus librisque seorsim in hanc rem conscriptis, a Tellero (histor. doctr. de resurr. mort.), Colbergio (argumenta immortal. animor. ex Mose collect. in Michaelis Syntagm. Commentatt. p. 80), Thymio, Schmidio, Flüggio (Gesch. des Glaub. an Unsterblichk.), Conzio (Paulus Memorab. St. 3, no. 6), Zieglero (Henck. Magaz. B. 5, St. 1.) Paulus etc. — Alii tamen επαγγελιαν hanc ad bona Messiae patribus promissa omnino referunt, veluti Eckermann, Michaelis, Morus etc. fauente v. 7, refragante tamen v. 8. Videamus de singulis.

v. 7. Δωδεκαφυλον, ornatius dictum pro: *Israelitae.* Gaudere solent homines, si honorificentiori maiorum nomine compellantur, cf. ad 2, 22; Iac. 1, 1. Εν εκτενειᾳ, εκτενως, 1 Petr. 1, 22, vbi vid. Pott. supr. c. 12, 5. Νυκτα και ημεραν i. e. *assidue*, Luc. 2, 37. Καταντησαι εις τι, *consequi quid*, Eph. 4, 13: alius vocabuli sensus distinctior, quem ei inesse posse suspicati sumus ad Phil. 3, 11, si recte ibi sumus argumentati, huc tamen parum pertinebit. — Hoc quidem versu ελπις de sperata per futurum Messiam felicitate intelligenda erit; neque enim in spem futurae resurrectionis assiduis precibus incumbere dici poterant Israelitae seu Iudaei omnes (δωδεκαφυλον), siquidem magna pars eam respuebat, ii autem qui eius spem fouebant, non bene dicuntur εν εκτενειᾳ eam fouisse, quod tamen ad spem Messiae adhibebitur commodissime. — At vero

v. 8 ad mortuorum resurrectionem spectat. Τι vel absolute ponatur (Rom. 3, 9; 6, 15), vel iungatur cum απιστον, *cur.* Ει *quod* infr. v. 23. Cf. Raphel. ex Polyb. Iam quia hoc versiculo mortuorum in vitam reditus, at vero vers. 7 Messiae bona omnino satis clare indicantur,

νεται παρ᾽ ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; Ἐγὼ 9
μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ
Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι. Ὃ καὶ 10
ἐποίησα ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ πολλοὺς τῶν ἁγίων

ἐγὼ

tur, vtrumque in mente habuisse Paullum apparet, de maiorum ελπιδι loquutum. Neque id mirum: nam qui adfuturum Messiam sperabant, sperabant iidem et mortuorum e vita reditum: siquidem Messias ex Iudaeorum dogmatice in statu mortis permanere nequibat, vid. loc. Rabb. ad c. 2, 24; resurrectione autem sua primus commonstraturus erat, homines e mortuis et posse redire et vere redituros esse, infr. v. 23 et 1 Cor. 15, 20. Ita ergo argumentari poterat quilibet Iudaica doctrina imbutus, sed nemo promtius Paullo, vt qui persuasissimum habebat, Iesum pro hoc Messia habendum esse, quia resurrectione talem se probauerat, hominibusque resurrectionis spem fecerat, 1 Cor. 15. Contortior quidem videbitur argumentatio, sed ea neminem arripiet, cogitantem, id agendum fuisse Paullo, vt sibi constaret; siquidem semel coram synedrio περι ταυτης της ελπιδος accusari se professus erat, hic autem rhetorice haec et ornate ad Agrippam permouendum efferre allaborat; vnde accidit, vt ad eiusmodi phrases delabatur, quibus assuetus fuerat de futura Messiana felicitate omnino loquens. Erit ergo ελπις v. 6. 7 *spes, quam Iudaeorum maioribus fecerat Ioua, fore, vt exsisteret aliquando Messias, gentis sospitator, qui* (infr. v. 23) *resurrectione sua commonstraturus sit, fieri posse et vere futurum, vt homines e mortuis in vitam redirent.* Huic ελπιδος notioni concinunt omnia, quae v. 6. 7. 8. proferuntur. Cf. DINDORF. ad MORUM p. 594.

v. 9. Εδοξα εμαυτῳ δειν, *Videbar mihi facere debere,* i. e. partem officii mei habebam. Ονομα Ιησου, pleonast. pro Ιησουν. At HASELAARIUS in dissertat. ad c. 22, 9 laudata *professionem* seu *religionem* indicari existimat. Εναντια πραξαι *aduersari*, ita adhibetur et a Demosthene.

v. 10. Αναιρουμενων αυτων. Plures enim e christianorum hominum coetu praeter ius fasque a Synedrio necatos fuisse, non Stephanum solum,

ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν ἀρχιε-
ρέων ἐξουσίαν λαβών· ἀναιρουμένων τε αὐτῶν
11 κατήνεγκα ψῆφον. Καὶ κατὰ πάσας τὰς συν-
αγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτοὺς ἠνάγκαζον
βλασφημεῖν· περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς
12 ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Ἐν οἷς καὶ
πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ᾽ ἐξουσίας καὶ
13 ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων, ἡμέρας μέ-
σης, κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν
ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν
14 με φῶς καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους. Πάντων
δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσα φωνὴν
λαλοῦσαν πρός με καὶ λέγουσαν τῇ Ἑβραΐδι δια-
λέκτῳ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; σκληρόν
15 σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Ἐγὼ δὲ εἶπον· τίς
εἶ

lum, tam per se, quam ex c. 8, 1; 22, 4; 9, 31 probabile est: sin de Stephano solo cogitari velis, pluralis haec forma per enallagen frequentissimam accipietur pro singulari. Cf. Haselaar l. c. Κατηνεγκα ψηφον, proprie: *sententiam meam tuli*, sed quia neutiquam ad synedrii assessores pertinebat Paullus, et ne illud quidem suffragiis suis capitis quemquam damnare poterat, nil est h. l. quam *approbaui*, sicuti et latine dicitur: *calculum adieci*, συνηδοκησα, c. 8, 1; 22, 20.

v. 11. Τιμωρων, *tormentis afficiens*. Suid. τιμωρω σοι· βοηθω σοι· τιμωρω σε, βασανιζω. Κατα τας συναγωγας, cf. ad 22, 19. Βλασφημειν, i. e. publice coram omnibus profiteri, Iesum istum fuisse hominem fraudibus alios decipientem, maleficum, seditiosum, meritisque poenis affectum; hisque omnibus repudiare doctrinam eius, et ad antiquiora sacra redire. Ad talia cogebantur interdum μαθηται a christiani nominis hostibus, vt ex Plin. epist. 10, 97 notissimum est.

v. 12-15. Iam ad historiam

εἶ Κύριε; ὁ δὲ εἶπεν· ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώ-
κεις. Ἀλλὰ ἀνάστηθι καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πό- 16
δας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσα-
σθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα ὧν τε εἶδες ὧν
τε ὀφθήσομαί σοι, ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ 17
καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς ἐγώ σε ἀποστέλλω,

ἀνοῖξαι

riam illam mirabilem. quod ad Christum conuersus sit, repetendam peruenit, quo in antecedentibus sensim sibi viam strauerat. Explicationem vid. ad c. 9 et c. 22 et in Excurs. Ἐν οἷς (πραγμασι) *dum haec ita sunt.* Ὑπερ την λαμπροτ. τ. ἡλ. constr. post περιλαμψαν. Σκληρον, χαλεπον, Io. 6, 60. Durum tibi erit, summo cum damno tuo fiet. Λακτιζειν προς κεντρα, *calces aduersus stimulos tollere,* i. e. rebellem esse contra eum, qui aliquem castigando ad obedientiam cogit, sibique ipsi eadem re nocere, qua nocere volumus alii: prouerbio satis vsitato (Pindar. Pyth. Od. 2, 173. Terent. Phorm. 1, 2, 28; Columell. 2, 2, 26.) desumtoque a bobus, aduersus stimulos, quibus agitantur, calcitrantibus. Eadem exprimuntur et aliis prouerbiis ἀδαμαντα παισιν, Aeschyl. Agam. 1633, πυρ πατειν, Eurip. Bacch. 794.

v. 16. Προχειρισασθαι ad c. 22, 14. Vt designarem te ministrum testemque omnium eorum, ὧν (ἁ) ειδες, et ὧν (περι ὧν, seu ὧν χαριν) οφθησομαι σοι, vsitatissimo Graecismo, supra c. 24, 8; Io. 4, 50 et sexcent. alias. Apud Bowyer. suadetur legere: δι' ὧν τε οφθησ. σοι.

v. 17. Ἐξαιρουμενος, vel *eligens* sicuti saepiss. apud LXX τῳ· בחר respondet hoc verbum, Iob. 36, 21; Ies. 48, 10, apud Xenoph. etc. eodem sensu obuium; vel *eripiens,* vt supra c. 7, 10; 12, 11, ρυομενος, σωζων. Prius tamen praeferendum videtur: neque enim bene dici potuit Apostolus εξαιρεισθαι, σωζεσθαι εκ των εθνων (eripi potestati paganorum), quia inter Iud. quidem vixerat, sed nunquam dum adierat gentes, neque adeo iam imbui poterat eorum flagitiis et impediri. At multo melius dici poterit ex omni incolarum της οικουμενης numero, qui ex Iudaeorum partitione tam Iudaeis (λαῳ, עם, vt Luc. 2, 10), quam gentibus (εθνοις, גוים) efficiebatur,

18 ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ
σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ
ἐπὶ τὸν Θεὸν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρ-
τιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ
19 εἰς ἐμέ. Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενό-
20 μην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ, ἀλλὰ τοῖς
ἐν Δαμασκῷ πρῶτον καὶ Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν
τε

tur, ſelectus fuiſſe diuinitus aliquis, qui magno huic negotio perficiendo deſtinatus fuerit. Εις ους ad vtrosque pertinet, Iudaeos, paganosque: atqui et vtrique parti ſalutarem doctrinam promulgauit Paullus. cf. v. 20.

v. 18. Φως et σκοτος notiſſima metaphora tam ad intellectum, recta rerum cognitione vel imbutum vel carentem, quam ad enata inde vel recte vel male facta adhibetur. Diſertius autem ſub Φως noua per Chriſtum tradita doctrina, vtpote meliori cognitione intellectum, et voluntate animum afficiens, intelligitur, ſicuti ſub σκοτος religiones Iudaeorum, et maxime gentilium. Eadem per ſynonyma efferuntur; Εξουσια του Σατανα, ſub cuius regno tenentur, qui Ieſum Chriſtum regem et Meſſiam agnoſcere poſſunt quidem, ſed nolunt, cui oppoſ. εις Θεον, cuius regnum idem eſt ac regnum et εξουσια Ιησου, veri Meſſiae, cf. ad 1 Tim. 1, 20, et ad Col. 1, 13. Αφεσιν αμαρτιων, quas adhuc, dum in paganismi Iudaismique tenebris verſabantur, commiſerunt, ad Col. 1, 14; Act. 2, 38. Κληρον εν τοις ηγ. Cf. ad c. 20, 32. Πιστει τῃ εις εμε metonym. antec. pro conſequ. *transitu ad meam doctrinam.* Hanc ergo qui amplectuntur, non indigni iudicantur felicitate regni Meſſiani, licet multis ante actis flagitiis ſe polluerint: illa enim ob hanc πιστιν, hunc tranſitum ad noua ſacra, eis condonantur, dummodo et αξια της μετανοιας εργα committant, v. 20. Sunt, qui πιστει, quod nos cum pleriſque τῳ: λαβειν iunximus, iungant cum ηγιασμενοις quod nemini facile approbabitur. — Videmus, Paullum haec, quae inde a v. 16 Agrippae exponit, ita narrare, ac ſi a Ieſu ipſo ſibi dicta fuiſſent, quum eadem ferme

τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν
ἀπήγγελον, μετανοεῖν καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν
Θεὸν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας.
Ἕνεκα τούτων με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν 21
τῷ ἱερῷ ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι. Ἐπικουρίας 22
οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας
ταύτης ἕστηκα, μαρτυρόμενος μικρῷ τε καὶ με-
γάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται
ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι καὶ Μωσῆς, εἰ 23
παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νε-
κρῶν

ferme ab Anania accepisse dicatur c. 9, 17. Sed ea minoris sunt momenti, atque et nos alio tempore aliter solemus alicui narrare eiusmodi res.

v. 21-23. Ἑνεκα τουτων etc. q. d. *Sehet, das ist nun die ganze Sache, wegen welcher.* Ἑστηκα. Sicuti πιπτειν dicitur *miser*, ita ἑστηκεναι, qui ex miseriis *seruatur*, vt εγειρειν, qui *seruat* eundem. Προφηται και Μωσης. c. 28, 23; Luc. 24, 27. Ει, vt supr. v. 8, *quod:* ita Hebr. אם pro כי. Παθητος, vox alibi non occurrens, et ex analogia explicanda, eum innuit 1) *qui pati potest*, in quem cadit perpessio. Ita saepe apud Chrys. dicitur. Cf. Abresch. dilucid. Thucyd. p. 576; 2) *qui pati debet*, cf. Luc. 24, 26; 3) *qui vere passus est*, vnde vox ad formam participii praet. pass. est efficta. Πρωτος εξ αναστασεως νεκρων. Varie haec explicantur, vt εξ 1) vel sit *post*, seu *inde a*, vt Matth. 19, 12 et saepissime alibi: *post resurrectionem suam primum fore eum, qui* etc. 2) vel *per, propter: primum eum et principem fore per* αναστασιν, *atque in tali dignitate praedicaturum* etc. Ita Rom. 1, 14; Luc. 16, 9; Gal. 2, 16: vel 3) εξ αναστασεως νεκρων sumatur pro εν αναστασει, vt Luc. 11, 13; 1 Cor. 2, 4: vel 4) periphrastice positum sit pro partic. αναστησας. Ita εκ saepissime adverbialiter sumitur, 1 Cor. 8, 13; Marc. 6, 5; Hebr. 7, 12. Tertium et quartum hunc sensum fundit: *primum eum fore in resurrectione, primo eum loco in vitam rediturum;* idque praeferendum videtur

κρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ
τοῖς ἔθνεσι.
24 Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος με-
γάλῃ τῇ φωνῇ ἔφη· μαίνῃ, Παῦλε, τὰ πολλά σε
γράμ-

videtur longiſſime, referetque eundem ſenſum, quem exprimit idem Paullus 1 Cor. 15, 20. 23 et Col. 1, 18 (cf. Apocal. 1, 5) τοις: απαρχη των κεκοιμωμενων, πρωτοτοκος εκ νεκρων. Φως doctrinam ſalutarem I. C. innuit, vt ſaepiſſime, Ioh. 3, 19; 5, 35; Luc. 16, 8; Matth. 4, 16: hic tamen in ſpecie doctrina de futuro hominum ex mortuis reditu indicata videtur, cuius ſpei prima lumina Ieſus reſurrectione ſua ſuſcitauerat. Senſus Paulli: "nihil doctrina mea promulgaui aliud, quam quod iam dudum vaticinati ſunt ſacri libri noſtri, proditurum eſſe Meſſiam, aerumnas illum et mortem ſubiturum, ſed principem omnium a Deo ex mortuis reuocatum iri, ſpeque reſurrectionis omnibus hominibus futurae tanquam benegniſſima luce omnes et Iudaeorum et paganorum nationes colluſtraturum." Quibus tamen V. T. locis ſingulis ſingula haec vaticinio expreſſa ſint, ſubtilius quaeſiuiſſe, non magis h. l. quam in ſimili re c. 10, 43 conueniet.

v. 24. Hactenus Paullus. Iam ſequitur effectus orationis. Μαινῃ, *inſana loqueris*, vt c. 12, 15. Non audiendi videntur, qui cum Loesnero ex Philone ad h. l. Schleusnero, Dinndorfio etc. vertunt: *enthuſiasmo afflatuque div. agitatus mihi videris loqui: du redeſt ja ganz wie ein Begeiſterter.* Quamuis enim vſus loquendi nil obiiciat, at refragantur tamen ſequentia: πολλα γραμματα, ſiquidem ob nimiam doctrinae et eruditionis copiam ad inſaniam quidem agitari (περιτρεπεσθαι) homines nonnullos et impelli experientia abunde docet; at vero in ſublimiores affectus ſacrumque ardorem abripi, omni rerum naturae reclamat, quia diuinior ille enthuſiasmus haudquaquam ſtudio et arte, doctrinae et litteraris debetur, ſed menti innaſcitur, aut coelitus quaſi inſtillatur. Pindarus quidem, ardentiſſimo ſane furore abreptus, ideoque de his rebus rectiſſimum iudicium ferens, contemnere et damnare videtur illos poetas, qui arte et ſtudio

γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. Ὁ δὲ, οὐ 25
μαίνομαι, φησι, κράτιστε Φῆστε, ἀλλ' ἀληθείας
καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι. Ἐπί-
σταται γὰρ περὶ τούτων ὁ βασιλεὺς, πρὸς ὃν καὶ 26
παῤῥησιαζόμενος λαλῶ· λανθάνειν γὰρ αὐτόν τι
τούτων οὐ πείθομαι οὐδέν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν γω-
νίᾳ πεπραγμένον τοῦτο. Πιστεύεις, βασιλεῦ 27
Ἀγρίππα, τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις.
Ὁ

ſtudio ad poemata elaboranda incumbunt, quum ex ingenio potius deriuandus ſit diuinus iſte ardor. Excogitata videtur haec explicatio, ne iniuſtius de Paullo iudicium tuliſſe, aut ſanctiſſima de Chriſto dogmata pro inſanientium ſomniis habuiſſe videatur quis. At quis ob id iniquus erit Feſto, rerum talium prorſus ignaro? Placidus is adhuc audiverat Paullum: at vero, vbi de *αναστασει* loquentem audit, parem ſe gerit, atque Athenienſes ſe geſſerant c. 17, 32. Quod autem inſaniam hanc, quae videbatur, *πολλοις* Paulli *γραμμασι* tribuerit Feſtus, inde videtur accidiſſe, quod in cuſtodia detentus Paullus multis forſan libris legendis occupabatur, in primis commentariis in V. T. vnde et *γραμματα* hic a nonnullis explicantur per notitiam V. T.

v. 25. *Σωφροσυνη* non *temperantiam modeſtiamque* hic innuit, vt creditur a multis, ſed *mentem ſanam ſobriamque*, oppoſ. *τῃ μανιᾳ* Plutarch. in Alcibiade: *το μαινεσθαι υπεναντιον τω σωφρονειν* (quando *σως*, ſalua, *ſana* eſt *φρην*, *mens*).

v. 26. *Παῤῥησιαζομενος*, nec maieſtatis regiae ſplendorem metuens, nec veritus, ne proloquutus eſſe videar quid, quod non intelligat Iudaeus aut ex inſanientis ore prolatum credat. *Τι τουτων*. Vel: "eorum, de quibus cecinerunt vates, quae edoctus ſit rex neceſſe eſt," vel: "eorum, quae noſtro aeuo vere geſta ſunt, quae quum non in occulto ſed aperte ſint geſta atque in ore ſint omnium, neque a rege ignorari poſſunt." Cf. praemonenda.

v. 27. 28. Iam teneriore animi affectu loquens orator regis

28 Ὁ δὲ Ἀγρίππας πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· ἐν ὀλίγῳ
29 με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι. Ὁ δὲ Παῦλος
εἶπεν· εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν
πολλῷ, οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς
ἀκούοντάς μου σήμερον γενέσθαι τοιούτους, ὁποῖος
κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων.

Καὶ

regis praecordia tangit: qui reſpondet, *parum abeſt, quin* etc. (εν ολιγῳ pro παρα μικρον, vt et apud Platonem, aliosque Graecos). Sunt tamen, qui poſt εν ολιγῳ ſubaudiunt χρονῳ, ſeu pro εν ολιγῃ διδαχῃ dictum putant: "egregie profecto exiguo temporis ſpatio ſeu inſtitutione breuiſſima vſus Chriſtianismum mihi perſuadere conaris", id quod ironice dictum volunt, quod et ſtatuunt eorum nonnulli, qui εν ολιγῳ pro παρα μικρον dictum putant. Neſcio tamen, quid ad ironiam hic ſuſpicandam nos cogat, ni forte illud hoc ſuadeat, quod χριστιανος ignominioſe dicitur (c. 11, 26), et, ſi ſerio locutus fuiſſet rex, altius in Paullum penetraſſe credendus eſt, neque poſt audita ea, quae v. 29 adſunt, eum dimiſiſſe. Enimuero illud ignorabat forſan rex, hoc autem prohibebant temporum, locorum, rerumque circumſtantium momenta. Serio ergo hic loquutum eſſe regem ſtatuimus, licet conſilia ſua exſequi ingenii mobilitas et regia dignitas vetuiſſe videtur.

v. 29. Ευχεσθαι τινι, 1) vota numini alicui nuncupare, et, quia cum votis iunctae ſunt preces, 2) preces adhibere numini, eisque ſibi expetere quid. *Darum möchte ich Gott wohl anrufen.* Εν ολιγῳ και εν πολλῳ inſiſtit P. regis verbis εν ολιγῳ. Senſus ergo: *non propemodum ſolum, ſed plane.* Si alteram ſignificationem του: εν ολιγῳ v. 28. praetuleris, ſignificabit: *ſiue exiguo tempore opus fuerit, ſiue multo.* Παντας ακουοντας μου, vid. c. 25, 23. Τοιουτους, ὁποιος καγω. Omnibus in rebus eos mihi ſimiles videre optarem equidem, praeter vincula, quae ab illis abeſſe velim quam longiſſime. Neſcio, cur P. hac periphraſi vtatur, quae *iocoſi* quid continere videtur: num forte prae nimio gaudio, apologiam ſuam effectu proſperrimo non caruiſſe, ita loquitur?

v. 30.

Καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ ἀνέστη ὁ βασιλεὺς 30
καὶ ὁ ἡγεμὼν, ἥ τε Βερνίκη καὶ οἱ συγκαθήμενοι
αὐτοῖς, καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλ- 31
λήλους, λέγοντες· ὅτι οὐδὲν θανάτου ἄξιον ἢ
δεσμῶν πράσσει ὁ ἄνθρωπος οὗτος. Ἀγρίππας 32
δὲ τῷ Φήστῳ ἔφη· ἀπολελύσθαι ἐδύνατο ὁ ἄν-
θρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπεκέκλητο Καίσαρα.

Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Cap. XXVII. 1
Ἰταλίαν, παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας
ἑτέρους

VARIAE LECTIONES.

Cap. XXVII. Quod in Mſſ. auctorum graecorum latinorumque, qui de rebus geographicis ſcripſerunt, fere omnibus reperitur, vt permulta nomina propria vrbium, fluminum etc. inſigni lectionis varietate ſcribantur, et ingens paſſim inueniatur lectionum farrago: id neque in hoc capite, in quibus varia nomina locorum ignobiliorum occurrunt, ſecus accidit. Quapropter admodum

v. 30. Num forte ideo abibant, iudiciumque ſoluebant, quia diſplicebat familiarior ſermo, quo erga regem et procuratorem modo vſus erat P., neque tamen eum increpare durius volebant? Ἀναχωρήσαντες in alium oecum priori adiacentem. Οὐδὲν θαν. ἄξιον. Cf. ad c. 25, 25. Ἀπολελυσθαι — Καισαρα. Nolimus tamen putare, praematura hac prouocatione cauſſae ſuae nocuiſſe Apoſtolum. Diducebatur ea nunc quidem in longius: ſed id nulli fraudi ſibi ducebat, ſiquidem et occaſio iam aderat, exoptatiſſimam ſibi Romam videndi: et tutus erat a Iudaeorum inſidiis, quas haudquaquam omnes effugiſſet, ſi capitis iam tum abſolutus Hieroſolymam aut in aliam Palaeſtinae vrbem ſe recepiſſet. Cf. praemonenda.

Cap. XXVII. *Paullus Romam deducitur.* Vltima totius libri ſectio, bipartito diſtribuenda, ſiquidem a) quae in *itinere* Romano ei contigerint, c. 27, 1 - 28, 15, et b) quae *Romae* acciderint,

ἑτέρους δεσμώτας ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ,
2 σπείρης Σεβαστῆς. Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους,

modum varie leguntur nomina Αδραμυττηνῳ v. 2; Μυρα, v. 5; Κνιδον et Σαλμωνην v. 7; Λασαια v. 8; κασον, v. 15, quod et ipsum nomen proprium habitum est; Κλαυδην, v. 16; Μελιτη, c. 28, 1. Idem valet de voce propria Ευροκλυδων v. 14. (Cf. quae de nomine Ρεμφαν ad c. 7, 43 scripta sunt.) Quae circa hanc varietatem memoratu digniora videbantur, commentario inserenda putaui.

rint, c. 28, 16 - fin. perhibentur. Variae hic occurrunt difficultates tum quoad res geographicas, tum quoad res nauticas, quarum plurimi termini hic inueniantur necesse est, subobscuri tamen ex parte, siquidem nullum opus superest ex istis temporibus, quod de re nauali agit disertius, et quae de eadem conscripserunt recentiores, ex vestigiis passim occurrentibus congesta sunt. Sed ridiculum est, inde suspicari velle, Lucam rei nauticae fuisse peritissimum: licet rectam hic Graecorum linguam expressisse videtur, id quod obseruauit Alberti et Dinndorf ad h. l.

v. 1. Ὡς εκριϑη. Quum aduenisset dies, quo abire nos decretum erat. Τινας ἑτερους δεσμωτας: tum socios Paulli, tum alios captiuos, qui alia de caussa Romam mittebantur. Σπειρη Σεβαστη. *Cohors Augusta*. Aderat inter Romanorum legiones vna, quae Augusta legio vocabatur, Claudian. Bell. Gildon. v. 422, (*Kaiserliches Leibregiment*), sed et in legionibus omnibus aliis adfuisse videtur vna cohors, quae eodem nomine Augustae cohortis veniebat (*Leibcompagnie*). Omnino autem inter alios milites et *Caesarienses* et *Sebasteni*, vt vocabantur (Καισαρεις και Σεβαστηνοι), in Iudaea tunc temporis militabant, de quibus locus est classicus Ioseph. Ant. Lib. 19, fin. Seorsim potius, quam ad h. l. enucleanda res videtur: cf. Schwarzii Diatrib. ad c. 10, 1 laudata.

v. 2. Αδραμυττηνῳ. Quum plures vrbes nomine Αδραμυττος occurrant, praestat hic, intelligere cum Hieronymo Adrumetum, celeberrimam Africae in ora maritima vrbem, vnde nauis haec

τόπους, ἀνήχθημεν, ὄντος σὺν ἡμῖν Ἀριστάρχου
Μακεδόνος, Θεσσαλονικέως. Τῇ τε ἑτέρᾳ κατ- 3
ήχθημεν εἰς Σιδῶνα, φιλανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος
τῷ Παύλῳ χρησάμενος ἐπέτρεψε πρὸς τοὺς φί-
λους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν. Κἀκεῖθεν 4
ἀναχθέντες ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον, διὰ τὸ
τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους· Τό τε πέλαγος 5
τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν διαπλεύ-
σαντες

haec Africanas merces in Syriam, et Syriacas in Lyciam (v. 5) transuexisse videtur, quapropter et pro μελλοντες legitur μελλοντι, probante Griesbachio, Bengelio in Gnomone etc. Πλειν construitur et cum accus. solo: vt πλειν θαλασσαν, ποταμους, Ies. 42, 10; 1 Macc. 13, 29, omisso επι; πλειν τοπον τινα, vt h. l. omisso εις. Ανηχθημεν *vox nautica*, ad c. 16, 11. Αρισταρχος, c. 19, 29; 20, 4, Paullo et in vinculis habito fidus Achates, Col. 4, 10; Philem. v. 24.

v. 3. Φιλους, i. e. μαθητας, quos iam ad Christianismum vel adduxerat ipse, vel adductos sciebat ab aliis. Tractus istos iam inuisisse Paullum, patet ex c. 21, 7: sed et saepius iam ibi adfuisse videtur.

v. 4. Ὑποπλειν (cf. v. 7), *vox nautica*, vsurpata de nautis, qui insulam terramve *praeternauigaturi* circuitu coguntur vti, quia rectam viam sequi prohibent alia impedimenta, vt h. l. ventus, qui cum contrarius flaret, non poterant alto se committere, in Lyciam tendentes, rectumque cursum tenere, sed cogebantur ὑποπλειν Κυπρον, praeternauigare Cyprum, atque transire mare quod Cyprum a Cilicia seiungit. *Wir mussten um Cypern herum schiffen.*

v. 5. Διαπλευσαντες πελαγος proprie dicitur, tum quod viam perfecerant iam emensique erant, tum, quod illud mare tanquam fretum inter Cyprum terramque continentem quasi *transeundum* erat. Μυρα της Λυκιας. Vrbs, inter praecipuas Lyciae numerata a Strabone, mari adiacens. — Admodum varie tamen hic legitur, quae varietas multas coniecturas, explicationesque

6 σαντες κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας. Κἀκεῖ
εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον πλέον εἰς
7 τὴν Ἰταλίαν ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό. Ἐν ἱκαναῖς
δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι
κατὰ

que fatis inutiles peperit. Veluti legitur *Lyſtra*, quae tamen vrbs eſt Lycaoniae atque in interiori terra ſita, cf. c. 14. Tum Μυῤῥαν. σμυραν, σμυρναν, quod idcirco in quibusdam codd. ita reperiri autumat Wetſtenius, quia Μυῤῥα graece σμυρνα appellabatur. Sed legitur quoque λιμυραν, quod nomen eſt fluuii eique adiacentis oppidi in Lycia. Atque hic creditur a Grotio etc. Lucam in diario ſuo, quod Syriaco idiomate in chartam conieciſſe creditur (proleg. p. 29), poſuiſſe ܠܡܘܪܐ, idque quum poſtea vel ipſe, vel ex Boltenii, qui hinc, vt credi poteſt, magnum hypotheſi ſuae fulciendae argumentum petit, coniectura ſerior translator, graeco ſermone redderet, vertiſſe per εις Μυραν, quia praefixum ܠ cum vrbis nomine confuderit. — Verum quum lectio vulgaris firmiſſimis innitatur fundamentis eiusque ſenſus optime quadret, omnia iſta vana videbuntur et otioſa.

v. 6. Αλεξανδρινον. Magna tunc temporis in fama erant naues Alexandrinae (Senec. epiſt. 77, init.), quo nomine, vt et hodienum fit, veniebant et aliae naues, alibi ad modum Alexandrinarum extructae. Ita et h. l. a quibusdam intelliguntur voces. Sed veram tamen Alexandrinam fuiſſe, praeferendum, ſiquidem naues Alexandria, ex nobiliſſimo emporio, euectae frumenta Aegyptiaca, mercesque Perſicas et Indicas in Italiam etc. transvehebant, eadem fere via maritima vſi, quam hic ingreditur P. Senec. Epiſt. 77; Sueton. Aug. 98; Nero 45; Galba 10; Tac. Hiſt. 4, 52; Socrat. Hiſt. Eccl. 2, 24; Sozom. 6, 25. Εμβιβαζειν, *einſchiffen*, Thucyd. 1, 53.

v. 7. Βραδυπλοειν *vox naut.* oppoſ. ευθυδρομειν c. 16, 11. Κνιδον, Cariae peninſulam cum vrbe eiusdem nominis, Veneris cultu nobiliſſima. Μη προσεωντος ανεμου. *non permittente vento*, ſc. rectum tendere curſum. Rarius hoc ſenſu occurrit, vnde Heinſius apud Bowy. praeter neceſſitatem ſuſpicatur

μη

κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην. Μόλις 8
τε παραλεγόμενοι αὐτὴν ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς Λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία.
Ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη 9
ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι,

μη προσελωντος, non insuper impellente. Σαλμωνη. *Salmone* seu *Salmonium*, promontorium Cretae in latere orientali, sed et versus Boream spectans, Cnido, vnde euexerant, obuersum, hodie C. *Salomon* appellatum: Ptolem. 3, 17; Plin. H. N. 4, 12; Strabo Lib. 10 etc.

v. 8. Παραλεγομενοι, *vox nautica*, sicuti et Lat. *oram legere*. Serv. ad Aeneid. 3, 21. Λασαια. Admodum varie et huius vrbis nomen legitur, Λακαια ab Hieronymo, Ελαια a Beza, Αλασσα a Grotio, Θαλασσα, seu Θεσσαλα ab aliis. Iam hinc patet, ignobilius aliquod oppidum fuisse, quod hic indicatur. Et nulla eiusdem vestigia superesse adhuc dicuntur, licet adiacens vrbi portus, qui, quia ad appellendum commodus erat navibus, καλοι λιμενες *Belli-portus* vocabatur, hodienum seruauerit nomen.

v. 9. Ἱκανου χρ. διαγεν. *Als wir hier nun geraume Zeit still gelegen hatten.* Νηστεια. Intelligendum ieiunium illud magnum, quod inter anniuersaria solemnia diei piacularis agebatur, et κατ' εξοχην νηστεια vocabatur: Phil. Vit. Mos. Lib. 2, p. 657, C. Celebrabatur die 10 mensis Tisri, Leuit. 23, 27; Num. 29, 7 (nostr. 25 Septbr.). Sub illud tempus, longioribus iam noctibus marique intempesta, difficilior iam et periculosior est nauigatio. Hinc sequitur, neque h. l. nos egere emendationibus, coniecturisque quae apud Bowyerum inueniuntur, pro νηστειαν legendum forte esse νηνεμιαν, υστιαν etc. Verum enimuero ad alia omnia abit Erasm. Schmid. qui νηστειαν de ieiunio nautarum viatorumque ex fame et inopia exorto explicat, et παρερχεσθαι non vertit *praeterire*, sed *accedere*, vt Luc. 12, 37; 17, 7. "Incerta iam et anceps reddebatur nauigatio vlterior, quia caeteris incommodis accedebat iam et inedia." Sed neutiquam conueniunt haec omnia

10 παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος, λέγων αὐτοῖς·
Ἄνδρες, θεωρῶ, ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζη-
μίας οὐ μόνον τοῦ φορτίου καὶ τοῦ πλοίου ἀλλὰ
καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν.
11 Ὁ δὲ ἑκατοντάρχης τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ
ἐπείθετο μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις.
12 Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς παρα-
χειμασίαν, οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν ἀναχθῆναι κᾀ-
κεῖθεν, εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα
παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης, βλέποντα κατὰ
Λίβα

nia rebus, quae hic narrantur: ſiquidem *νηστεια* nusquam in N. T. vſurpatur de ieiunio, quod fame coactus agit quis, ſed de illo, quod ex pietate ſponte ſuſcipiebant, vel ex lege Moſaica eccleſiaſtica celebrabant. Neque vlla adſunt veſtigia, fame et commeatus inopia laboraſſe hanc nauem v. 21, 34 36): et ſi laboraſſet, facillimum erat, annonam coemere in vrbe illa portuque.

v. 10. Ὑβρις et *ζημια* catachreſtice poſita ſunt pro *vi* et *ſaeuitia* procellae; ſicuti Horatio Od. 1, 4 nauis eſt *ludibrium ventis*, ſaepiusque dicitur *iniuria aeris* etc. Noſtrum fere: *Wir werden ſchändlich und grauſam mitgenommen werden.* Φορτιον, ſeu, vt vulgaris textus habet, *φορτον* mercimonia, armamenta, aliaque, quibus onuſta erat nauis, *Schiffsladung*. Ὅτι *μελλειν*. Eſt ſyntaxis mixta, ex qua *ὁτι* abundat, qui mos Graecis non infrequens eſt. Raphel. ex Arriano et Polyb. ad h. l. cf. v. 30.

v. 11. Ναυκληρος, dominus nauis, qui naui mercatoribus locanda quaeſtum facit. Ammon. *ὁ ναυς κεκτημενος*, et Heſych. *ὁ δεσποτης του πλοιου*. Κυβερνητης, gubernatores nauis ſeruiebant nauclero, qui, vbi nauis mercatoribus locabatur, ſuis ſumtibus eos vna mittebat. Quam ob cauſſam alia ſuaſerint hi, ſtatim ſequitur v. 11.

v. 12. Δε. *Nemlich.* Ἀνευθετος *non idoneus*, *αχρηστος*, Heſ. Igitur ad appellendas quidem naues commodus fuiſſe portus videtur, vnde ei et nomen

Λίβα καὶ κατὰ Χῶρον. Ὑποπνεύσαντος δὲ Νότου, 13
δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες ἆσ-
σον

nomen haesit, v. 8: verum non aeque *ad hiemandum*, quia forte patebat Austro, Noto, aliisque ventis tempestates per hiemem ibi excitantibus. Φοινικα. Phoenix portus in meridiano insulae littore, cui oppidum eiusdem fere nominis adponit Ptolemaeus 3, 17. Respondet forte hodierno *Cap. Voro*. Λιψ. *Africus*, Χωρος, *Caurus*, ventorum nomina, quorum illud *Südwestwind*, hoc *Westnordwestwind* indicat, h. l. autem, vt saepe alias, plagas coeli, vnde isti ventus spirare solent. Caeterum dissipabuntur facillime tenebrae, quas in hoc loco inuenerunt intt., dummodo sumseris, portum istum in australiori quidem Cretae latere situm fuisse, sed tamen versus austrum ita prominuisse, vt curuitate sua tam Coro patuerit quam Libi. Additur autem hoc ea de caussa, vt ostendatur, commodiorem ad hiemem transigendam fuisse hunc portum, quam Καλους Λιμενας, quia ventis ex oriente et meridie ingruentibus non patebat.

v. 13. Νοτος *Südwind*. Ὑποπνειν *leniter spirare*. Hic ventus non contrarius videbatur. Siquidem Belliportus, vbi adhuc degebant, in meridionali insulae littore *versus orientem*, haud procul a promontorio Salmonio, situs erat: at Phoenix, cuius portum petebant, in eadem quidem ora australi mari adiacebat, verum versus *occidentem*. Iam igitur occidentem versus tendentibus viatoribus non quidem secundissimus, verum tamen haudquaquam adversus erat Notus. Κρατειν της προθεσεως, *assequi propositum*, *voto potiri*. Δοξαντες non est otiosum: *ex opinione eorum*, quae tamen mox tristissimum in modum fefellit. Αιρειν sc. ταν ναυν, τας αγκυρας, *vox nautica*, *ancoras soluere*, oppos. τῳ: καταιρειν *appellere* (Ael. V. H. 4, 25), synonymois: αναγεσθαι, c. 16, 11 et καταγεσθαι, c. 21, 3. Παρελεγοντο, cf. ad v. 8. Ασσον, i. e. *propius*. Et hoc quadrat quam appositissime: siquidem, spirante austro, propius insulam cursus tendendus erat: *sie hielten sich nun dicht an der Küste*. Sed hunc comparatiuum του: εγγυς nonnisi apud poetas occurrere rati intt. multum h. l. arbitrio suo coniecturis-

 que

14 σον παρελέγοντο τὴν Κρήτην. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος Εὐροκλύ-

que et emendationibus indulserunt, legendum ſuadentes θασσον, *celerius*, vel Λασαιαν ex v. 8, vel θαλασσαν (vid. Wall critical coniectures), aut vrbem aliquam hoc nomine exprimi ſtatuentes, vel Aſum (Plin. H. N. 4, 12), quod tamen Cretae oppidum non littorale eſt, ſed mediterraneum, vel ſatis abſurde illud adeo Ασσον, quod in Troade ſitum memoratum eſt c. 20, 13. 14. Sed necquicquam profecto haec omnia. Nam et profaicorum eſt vti comparativo ασσον, quod occurrit et apud Ioſeph. Ant. 1, 20, 1. Cf. Erasm. Schmid. qui ad h. l. fuſius idem ex analogia demonſtrat.

v. 14. Εβαλε. Volunt intt. plerique neutraliter h. l. adhibitum eſſe hoc verbum, pro εβαλε ἑαυτον κατ' αυτης νηος ſeu πρωρας. *ventus immiſit ſe, irruit in iſtam navem*, quod ſatis bonum ſenſum parit. Alii: ventus εβαλε σε (*drehete ſich*) κατα Κρητης; minus bene, quia Notus ſemper contra Cretam obuerſus eſt. Duriſſime alii: ventus deiecit eos κατ' αυτης προθεσεως, ἧς εδοξαν κεκρατηκεναι, egit eos contra propoſitum. Praeferenda videtur aliis omnibus explicatio: "ventus iecit (nos) contra eam (Cretam)." Neque hoc abſurde. Siquidem Auſter ſemper et vbique quidem auſtraliorem Cretae inſulam legentes propius inſulam aduehit, arteque et labore curandum, vt paullisper a littore diſtet nauigium, id quod, *leniter* ſtante Auſtro, ὑποπνεοντος Νοτου, v. 13, facili opera effectum redditur. At vero, irruente vento *procelloſo*, vehementius idem, vt nunc, in littus adpellitur. Τυφωνικος i. e. *procelloſus*: nam τυφων ſeu τυφως innuit quamuis procellam violentiorem, סערה, Pſ. 148, 8. Heſych. ὁ μεγας ανεμος: Pollux: ανεμος βιαιος. Cf. S. V. Schleuſn. lex. h. v. Ευροκλυδων, i. e. *eurus κλυδωνας, fluctus, ingentemque maris commotionem excitans*. Ita ſatis commode explicatur. Alii tamen emendant ευρυκλυδων, fauente Etymol. Magno, vbi habetur: Τυφων, παρα του τυφω, i. e. καιω· τυφων γαρ εστι ἡ του ανεμου σφοδρα πνοη, ὁς και ευρυκλυδων καλειται, q. d. *ventus longe fluctuans, multos longe lateque fluctus ciens*. Huic lectioni fauent Toupius, Erneſti, neque improbat

Εὐροκλύδων. Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ 15
μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες
ἐφερόμεθα. Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες καλούμε- 16
νον

probat Griesbach. cf. *Dinndorf.* ad Morum p. 615 sq. Multi denique veluti Grotius, Mill. Clericus, Bengel. etc. praeferunt lectionem Ευρακυλων, quod et in cod. Alexandr. verss. et patribus nonnullis inuenitur, non tamen satis idonea auctoritate critica, licet ad rem accommodatissime: siquidem ex ista plaga incumbens ventus (*Nordostwind*) facillime abigere poterat nauem tum ad Clauden insulam, tum ad Syrtes, Maltham etc. Sed ea ipsa de caussa mutata in Ευρακυλων videtur lectio. Proxime ergo fidem videtur, vehementiorem quemuis turbinem a nautis Alexandrinis vocatum esse vel ευροκλυδονα, quia Euro flante saepissime excitabatur, vel ευρυκλυδονα: neque fraudi erit, si nusquam aliter hoc nomen occurrere videmus; siquidem fortasse nonnisi Alexandrini id nominis vento indiderant saepiusque id tunc in ore habebant nautae, vnde P. Lucasque rei nauticae non peritissimi, vniuersale venti nomen esse existimabant. Vtrum tamen ex ευροκλυδων et Ευρυκλ. praeferendum sit, nescio: fauentibus illi lectioni testimoniis externis, huic internis, siquidem non solum *eurus* fluctus excitat, sed et omnes venti alii; turbines autem omnes *longe lateque* fluctus cient: et ευρυκλ. facillima mutatione abire potuit in ευροκλ.

v. 15. Συναρπαζειν dicitur procella, si turbine circumagit et circumtorquet nauigia: Αντοφθαλμειν *contra intueri*, dein tropice *resistere*, vti apud Ioseph. Ant. 6, 6, 2 αντιβλεπειν μαθημασι, et apud Polyb. vid. Raphel. Cf. Sapient. 12, 14. Επιδοντες sc. εαυτους vel το πλοιον τῳ ανεμῳ, vel τοις κυμασι. Ita Plutarch. loquitur επιδιδοναι τῃ τυχῃ τα ιστια. Εφερομεθα *huc illuc ferebamur, agitabamur*, vox in hac re propria; Theognis v. 671.

v. 16. 17. Ὑποδραμοντες. Recte monet Schleusnerus lex. h. v., non premendam nimis esse vocis etymologiam, *prope insulam currentes*, id. qu. ὑποπλειν, v. 4 et 7; iam enim non licebat nautis cursum dirigere quo vellent. Est ergo: *cursu deferebamur. Anstatt nach* *Phoe-*

τον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι
17 τῆς σκάφης, ἣν ἄραντες βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑπο-
ζωννύντες

Phoenice zu kommen, kamen wir nach der Insel Claude. Κλαυδη, paruula insula prope Cretam, sita versus Austrum et occidentem, ex aduerso portui Phoenices, Ptolemaeo 3, 7 Κλαυδος, Pomponio Melae 2, 7. Gaudos vocata, hodie *Gozo di Candia* audiens. Et hoc nomen admodum varie in codd. scribitur Κλαυδιν, Κλαυδαν, Κλαυδα, Καυδα, Καυδω etc. Neque hic subtilius quaerendum, quo pacto procella, quae nauem Cretam versus impulisse videtur v. 14, iam in insulam Clauden viatores deiecerit: siquidem in eiusmodi tempestatibus subito mutatur eorum cursus. Videtur autem ista procella ex meridie exorta dein ad orientem et septentrionem vertisse. Της σκαφης, cymbae illius, quae ita alligari solet nauigio maiori, vt vel maiori vel minori interuallo sequatur. Eiusmodi scapham et hoc nauigium Alexandrinum secum habebat. Περικρατης τινος, *qui est alicuius rei compos, eamque vt dominus obtinet.* Composita est vox non cum praepositione περὶ sed aduerbio πέρι. *Wir konnten seiner nicht mächtig werden.* i. e. vel: "aegre illam exposuimus," vt quidam accipiunt, quod tamen rerum nexui parum videtur congruum, vel: "aegre illam longius distantem et procellae saevitia iam conuersam et huc illuc agitatam attrahere funibus valuimus." Ἡν αραντες βοηθ. εχρωντο sc. nautae. Αιρειν est *subducere* navem seu lintrem, oppos. χαλαν v. 30. Videntur autem scapham in nauem retulisse, vt hac ipsa conseruata seruarent et scapham (Cf. v. 30). Βοηθεια intelligitur ab aliis de instrumentis nauticis, quibus periclitanti naui succurritur, ab aliis de ope, quam afferre coacti sint viatores: rectissime de vtraque re cogitabitur. Auxilio autem profecto tum hominum tum instrumentorum naualium indigebant ad perficienda ea, quae iam sequuntur. Ὑποζωννυντες, i. e. "funibus vtrinque sub fundum adductis et vtrumque latus adstringentibus contra fluctuum impetum munientes navem, ne diffringeretur." Hoc veteribus in more fuisse patet ex Polyb. Legat. 64; Horat. Odar. 1, 14, 16. Cf. Raphel. et Riuii historia naualis.

ζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρ-
τιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος οὕτως ἐφέροντο.
Σφοδρῶς

lis. Ad id efficiendum autem scapha vsi fuisse videntur, antequam illam naui imponerent. — Et ita quidem commodissime explicari videtur locus, de quo in varias sententias abiere intt., ex quibus prae aliis afferenda videtur sententia *Michaelis Einleit.* § 103, p. 741, cui articulus της ante σκαφης suspectus videtur, maxime quum iniecta insulae, cui appropinquauerint, mentio nil rei habere videatur cum scapha nauigio alligata, at vero omisso articulo commodissimus sensus prodeat hic: "etiamsi ad insulam quandam adueneramus, conceperamusque spem, fore vt nobis succurreretur, aegerrime tamen cymbam tandem aliquam consequuti sumus." Sed ex hac explicatione impeditiora fiunt, quae sequuntur, ηυ αραντες - υποζωννυντες etc., nisi explicationem Erasmi Schmidii admittere velis, qui interpretatur το: υποζωννυντες: "scapham fundo nauis alligabant, vt, si forte in Syrtes inciderent, quod metuebant, dissiliente scapha, nauis ipsa tamen seruaretur": atqui de hoc more nil vnquam auditum est, neque apparet, quo pacto vel inter procellae saeuitias effectum illud dare valuerint, vel nauem ita contra Syrtium insidias munire potuerint. Sed et refutata ab aliis est Michaelis sententia, veluti ab Anglo quodam, sub ficto *Aristarchi Nautici* nomine in *the monthly Magazine*, Ian. 1797, p. 31. — Εις την Συρτιν. Syrtes sunt duo tractus maris Libyci, breuibus, vadis arenosis, limo etc. abundantes, nauigantibusque admodum graues et insidiosi. Altera maior Syrtis vocabatur, altera minor. Aristot. de mund. c. 3; Plin. Hist. Nat. 5, 4; Sallust. Bell. Iugurth. c. 78; Ioseph. Bell. I. 2, 16, 4. Neque admodum longe a Creta distabat Syrtis maior, et procellae tempestatisque impetu facillime eo adigi nauis poterat, in primis si ventus ex orientali et septentrionali plaga ingrueret, vt ingruisse videtur. Σκευος indicare potest instrumenta naualia omnia, ambigiturque, quaenam h. l. intelligenda sint et varie explicatur, veluti a Kypkio de *ancora* proiecta (v. 29), vel de *velis*, *rudentibus* et *antennis*, vel a Grotio de *malo*, fauente v.

18 Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν
19 ἐποιοῦντο, καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ
20 πλοίου ἐρρίψαμεν. Μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων
ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ
ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς
21 τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς. Πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχού-
σης,

40, quod et Verſ. Syra expreſſit. Prius non ferendum videtur, quia nauis ancora adſtricta non φερεται: praefero ergo poſterius. Et ſane, ſi velis agitata fuiſſet nauis longius, timendum, ne vehementiori procella in Syrtes tandem incidiſſet.

v. 18. Χειμαζεσθαι *agitari vexarique vi et rabie* χειμωνος, *tempeſtatis*, *procella frigore et imbribus infeſtae*, v. 20, vti et ap. Lat. adhibetur *hiems*. Serv. ad Aen. 5, 11. Occurrit vox apud optimum quemque Graecorum: cf. Wetſten. Εκβολην ποιεισθαι, εκβαλλεσθαι, αποβαλλεσθαι nautarum eſt, qui ad leuandam nauem partem oneris in mare proiiciunt. Ita hic proiiciuntur primo merces, quas in Italiam advehebat nauis, dein, v. 19, vtenſilia nauis ipſius, tandem v. 38 et cibaria.

v. 19. Αυτοχειρες. Vulgo ſignificari voce hac eum, qui vitae ſuae ipſe manus infert, notiſſimum: h. l. omnino eum denotat, qui ſuis ipſius manibus quid perficit, poſitumque eſt elegantius pro αυτοι *wir ſelbſt mit unſern eignen Händen*. Heſych. αυτοχειρια· το τῃ ἑαυτου χειρι ποιησαι τι. Ἡ σκευη, id. fere quod ſupra το σκευος, ſeu frequentius τα σκευη, *apparatus et armamenta, quibus nauis inſtructa erat*. Euſtath. in Odyſſ. β, 390; Ael. V. H. 6, 12. Eadem ferme leguntur Ion. 1, 5.

v. 20. Χειμωνος, v. 18. Επικειμενου. Adhibetur vox de omni re, quae preſſius inſiſtit infeſtatque, velnti de hoſtibus perſequentibus, Ioſ. Ant. 6, 4, 2, de tempeſtate, Plutarch. Timol. p. 250. Ita et h. l. Afferunt hic nonnulli intt. locos alios claſſicorum, in quibus tempeſtas maritima depingitur. Virg. Aen. 1, 92 ſqq.; 3, 194; Achill. Tat. Lib. 1; cf. Wetſt.

v. 21. Iam nimio labore et abſtinentia a cibo fatigatos Paullus alloquitur, nouasque vires addit. Ασιτια, *abſtinentia a cibo indeque exortus virium defectus*, ſiquidem

σης, τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν εἶπεν·
Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι μὴ ἀνά-
γεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύ-
την καὶ τὴν ζημίαν. Καὶ τανῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐ- 22
θυμεῖν· ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν,
πλὴν τοῦ πλοίου. Παρέστη γάρ μοι ταύτῃ τῇ 23
νυκτὶ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, οὗ εἰμὶ, ᾧ καὶ λατρεύω,
λέγων· μὴ φοβοῦ, Παῦλε, Καίσαρί σε δεῖ παραστῆ- 24
ναι· καὶ ἰδοὺ κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς
πλέοντας μετὰ σοῦ. Διὸ εὐθυμεῖτε ἄνδρες· πι- 25
στεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτως ἔσται, καθ' ὃν τρό-

πον

quidem nemini in mentem venerat, cibum capere, omnibus non nisi ad feruandam nauem intentis. De alimentorum inopia non cogitandum ob v. 34 - 36. Verterim ergo: *Da nun niemand ans Essen dachte.* Ὕβρις και ζημια supra ad v. 10. Κερδησαι *lucrifacere*, i. e. *euitare*, *declinare*, nostrum: *sich etwas erspahren.* Hunc vocabuli vsum ex Iosepho, aliisque auctoribus abunde demonstrarunt Krebs. Elsner. Kypk.

v. 22. Αποβολη *iactura*, saep. ap. Ios. vid. Krebs. Durior autem phrasis videtur αποβολη εσται. Supplendum porro: *si me audiueritis.*

v. 23. Παριστανai *adstare* verbum in hac re proprium. Herod. 1, 38; Plin. Epist. 7, 5. Ου ειμι sc. δουλος, κτημα, fere vt 1 Cor. 3, 23. ῳ και λατρευω, effectus των: ου ειμι.

v. 24. Παραστηναι h. l. explicandum est intransitiue, vt passiuum παραστησομεθα Rom. 14, 10. Κεχαρισται σοι. Tibi eos quasi donauit, i. e. tui caussa eos conseruauit, vt tibi vitae suae conseruationem se debere fateantur. Sicuti enim improbus homo cum aliis idem nauigium ingressus, atque ex istius aeui opinione, naufragio poenas luens et aliis auctor fit exitii (Ion. 1, 14), ita homo ante alios probus piusque, peculiari numinis tutela susceptus, eripitur imminenti naufragio, et eius caussa eripiuntur et caeteri omnes.

v. 26.

26 πον λελάληταί μοι. Εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς
ἐκπεσεῖν.
27 Ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ ἐγένετο, διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν.

Καὶ

v. 26. Εκπιπτειν dicuntur *tum* illi, qui tempestate iactati incidunt in locum quendam, ad quem parum tendebant, sensusque erit: iamiam accidet, neque aliter fieri potest, quin (vt c. 21, 22) in insulam quandam propinquam abripiamur (*wir müssen nun durchaus bald nach einer Insel verschlagen werden*)": *tum* illi, qui tempestatibus erepti ad littus aliquod euadunt, iamque δει erit: "curandum nobis est, vt conspiciamus insulam aliquam, ad quam appellamus." Prius placet. — Caeterum visionem hanc angeli per somnium accidisse Apostolo, et h. l. vt et supra c. 23, 11, citra dubium ponetur. Omnia sane, quae ipsum circumdabant, momenta ad istiusmodi somnium producendum aptissima videbantur. Cf. Perill. Eichhorn: *Ueber die Engelerscheinungen in der Ap. G.* Biblioth. B. 3, p. 407, contra quem tamen vt vbique, ita et circa hunc locum disputauit Storr differt. exeg. in N. T. Pars II, p. 95, diuinumque nuncium fallere nescium Paullo vere apparuisse contendit, refutatus tamen ab Eichhornio, ibid. p. 1084 sqq.

v. 27. Nec fefellit augurium. Vere enim propinquam esse terram animaduertebant nautae. Διαφερεσθαι vox propria de eis, qui fluctibus huc illuc agitantur, occurrens et ap. Plutarchum. Latin. ita adhibent verbum *differri* Horat. Epod. 10, 6. Αδρια Ὁ Αδριας sc. ποντος etc. non solum indicat sinum illum Adriaticum, qui terminatur montibus Epiri Ceranniis, sed et, quae infra hunc sinum extenduntur, maria, Ionicum, Creticum, Siculum, vnde et Siciliam et Cretam ὑπο του Αδριου, Αδριατικου πελαγους, terminari scribit Ptolem. geograph. Lib. 3, c. 4 et c. 16. Idem passim testatur et Strabo. Hesych. Ιωνιον πελαγος, ὁ νυν Αδριας. Et latiori hoc sensu nomen vsurpatur saepissime ab Ouidio, Statio etc. Cf. Erasm. Schmid.

Καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι· βραχὺ δὲ δια- 28
στήσαντες καὶ πάλιν βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς δεκα-
πέντε· φοβούμενοί τε μήπως εἰς τραχεῖς τόπους 29
ἐκπέσωμεν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας
ηὔχοντο

Schmid. ad h. l. et Bochart. Geogr. I, 26. Προσαγειν, intransitiue, suppl. ἑαυτην, *appropinquare*. Proprie viatores appropinquant terrae, sed per hypallagen et vice versa dicitur, cf. ad c. 21, 3. Ita et terra eis, qui eam relinquunt, αναχωρει, recedit, Aeneid. 3, 72. Num haec omnia proxime insequuta sint somnium Paulli, illudue nocte ante 14tum tempestatis diem ei contigerit: nil exploratum habemus: prope tamen fidem illud habebitur. Eichhornio autem adstipulari equidem vix possum, qui in refellendis argumentis Storrii haec *ante* somnium Paulli accidere potuisse suspicatur, vt illud *δε* particula transeundi habeatur, versusque 27 ita ferme vertatur: *nemlich in der 14ten Nacht hatte man bemerkt, dass Land in der Nähe seyn müsse.* Ex hac enim explicatione rumpi rerum narratarum ordo videtur, nescimusque vnde continuationem narrationis denuo auspicari dicamus.

v. 28. Βολιζειν, in mare demittere βολιδα (quam Herodot. καταπειριαν vocat) perpendiculum nauticum ad explorandum fundum. Οργυια, vlna, sex pedum spatium complexa, *Klafter*. Etymol. σημαινει την εκτασιν των χειρων συν τῳ πλατει του στηθους. Εικοσι, δεκαπεντε. Decrescere ergo videbant maris altitudinem, quod signum erat propinquae terrae. Atqui

v. 29 in terrae vicinia asperum saxosumque solet esse mare: id quod per noctis tenebras nouum periculum afferebat, quare consistere ibi vsque ad diluculum, navemque anchoris figere satius ducebant. Τραχεις τοποι, loca aspera et saxosa, qualia frequenter adsunt circa vicinas insulas. Infr. v. 41; Hor. Od. 1, 14 fin. Suspicatur Erasm. Schmid. legendum βραχεις, breuia, loca vadosa. Εκπιπτειν, cf. v. 26. Herod. 8, 13: εκπιπτειν προς τας πετρας. Ἡμεραν γενεσθαι, si forte a terra propinqua auxilium nanciscі possent.

v. 30.

30 ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι. Τῶν δὲ ναυτῶν ζητούν-
των φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν
σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει ὡς ἐκ πρώρας
31 μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν, εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ
ἑκατοντάρχῃ καὶ τοῖς στρατιώταις· ἐὰν μὴ οὗτοι
μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε.
32 Τότε οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκά-
33 φης καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν. Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελ-
λεν ἡμέρα γίνεσθαι, παρεκάλει ὁ Παῦλος ἅπαντας
μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων· τεσσαρεσκαιδεκάτην σή-
μερον

v. 30–32. Μελλοντων pro μελλουσι quia genet. absoluti adhuc menti obuersabantur, syntaxis mixta, vt v. 10. Εκ πρωρας: namque etiamsi iam ex puppi anchoras extenderant, id parum sufficiebat: siquidem vehementissime saeuiente procella vtrinque, et ex prora et ex puppi, naues alligantur. Εκπεσειν alio h. l. sensu, quam v. 26. 29. *delabi*, *excidere*, *ferri quo vellet*, σαλευειν. Constat, tempestate increscente, nautas relinquere nauem solere, adscensaque scapha sibi consulere. Pari modo et hic fugam moliebantur nautae Alexandrini, iamque scapham, quam naui imposuerant (v. 17), demiserant in mare, atque funibus versus proram ducebant. Ibi eum adscendere statuerant, caussati, sibi paullulum in mare esse vehendum, vt nauim non proxime, sed loco paullulum remotiore (εκτεινειν αγκυρας) alligarent anchoris. Sed parum successit fraus: namque, monente Paullo, dolum suspicati milites funes, quos manibus ducebant nautae, quum vi extorquere aut non possent aut nollent, breuissima via dissecuerant adeoque perfidos illos fuga excluserunt. — Ita si explicaueris locum, omnia fluent facillime, neque est, quod ob voces τα σχοινια απεκοψαν missam faciamus coniecturam, naui impositam v. 17 fuisse cymbam, sed potius aut fundo nauis aut lateri alligatam.

v. 33. Αχρι ου i. e. *priusquam*, quem vocis vsum demonstrauit Kypke ad h. l. Ασιτοι non *sine cibo omni*, id quod fieri nequibat, sed: *sine*

μερον ἡμέραν προσδοκῶντες ἄσιτοι διατελεῖτε, μηδὲν
προσλαβόμενοι. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς ˜προσλαβεῖν 34
τροφῆς· τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας
ὑπάρχει· οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς
˜πεσεῖται. Εἰπὼν δὲ ταῦτα καὶ λαβὼν ἄρτον εὐ- 35
χαρίστησε τῷ Θεῷ ἐνώπιον πάντων, καὶ κλάσας
ἤρξατο ἐσθίειν. Εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες καὶ 36
αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς, (ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ 37
αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι ἑβδομήκοντα ἕξ) Κορε- 38
σθέντες δὲ τροφῆς ἐκούφιζον τὸ πλοῖον, ἐκβαλλό-
μενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν.

Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον· 39
κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλὸν, εἰς ὃν
ἐβου-

˜ μεταλαβεῖν ˜ ἀπολεῖται

VARIAE LECTIONES.

v. 34. Pro πεσειται legunt απολειται ABC, 9 all. ap. Wetst. Griesb. et Birch. Syr. Erp. Aeth. Arm. Vulg. Theophyl. Iidem fere codd. pro προσλαβειν legunt μεταλαβειν. Sensus vtrinque idem. Sed quia phrasis est Hebr. solita, ου πεσειται θριξ της κεφαλης εις την γην, 1 Sam. 14, 45; 2 Sam. 14, 11; 1 Reg. 1, 52 etc. in eandem h. l. alii emendarunt lectionem, cum tamen Lucas loqui soleat απολειται Luc. 21, 18. — At προσλαβειν ex v. 33 inuectum videtur.

sine victu sufficiente, v. 21. Ita Matth. 4, 2; Luc. 2, 37; Esth. 4, 16; cf. Philip. 4, 11. 12.

v. 35. Ευχαριστησε τω Θεω, tum ex more suo religioso, tum vt nautis ostenderet, diuinitus patefactam sibi esse spem salutis.

v. 38. Iam ergo et remanentia cibaria in mare proiiciunt, quia, quum terram propinquam scirent, iam egere se eisdem posse opinabantur.

v. 39. Iam in conspectu erat terra, verum quaenam illa esset, nesciebant, quod c. 28, 1 demum cognoscunt. Constr. κατενοουν αιγιαλον εχοντα κολπον τινα," conspicati sunt littus in sinum quendam

40 ἐβουλεύσαντο, εἰ δυνατὸν, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον. Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων· καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ κατεῖχον εἰς τὸν αἰγια-

quendam reflexum, quem sinum intrare studebant." Alii tamen ex ordine faciliore construunt: "conspexerunt sinum quendam, habentem αιγιαλον, i. e. *littus planum, non asperum*, quod petebant, quo facilius in terram egredi liceret." Placet tamen prius. Εξωθειν *vi et labore impellere* nauem, i. e. *appellere*. Ita Thucyd. 7, 52, vbi Scholiast. εξεωθουν· προς την γην οκειλαι εποιησαν. Latini quoque dicunt *eiicere naues*, Caes. Bell. Civ. 3, 28; Liv. 44, 28.

v. 40. Τας αγκυρας, vid. v. 29. Ειων εις την θαλασσαν, vel anchoras in mare abiiciebant, vt quibus iam non esset opus, vel, quod ob sqq. αμα τας ζευκτ. placet, longius eas in mare immittebant, vt pondere retinerent nauem, vel, quod aliis videtur, breuiter dictum est pro ειων το πλοιον ιεναι εις τ. θαλ. Πηδαλιων gubernaculorum, quorum duo habebant vett. naues, alterum in prora, in puppi alterum. Apulei. Metam. Lib. 2. Ael. Var. Hist. 9, 40 et ibi Perison. Cf. Alberti ad h. l. Haec gubernacula nauibus alligata erant catenis funibusue (ζευκτηριαις), quibus remissis laxatisque (c. 16, 26) gubernacula ipsa longius a naui abibant, pondereque et aequilibrio eam retinebant. Αρτεμων varie explicatur, veluti *antenna* ab Erasmo, vel *malus* a Luthero, vel *velum aliquod*: atque hic intelligunt vel *velum illud prorae proximum* cum Grotio, vel aliud velum *minus*, (Papias. "Artemon velum nauis breue forma triangulari"), ne vela maiora plus iusto ventorum conciperent, vel velum *maius*, quod hodienum Venetis *artimon* audit. Sed vaga sunt omnia et fluctuantia, siquidem de re nauali veterum haudquaquam omnia habemus exploratissima. Hunc ergo artemonem sustulerunt τῃ πνεουσῃ sc. αυρα obuium, vt ventus vela implere posset. Κατειχον. *Vox nautica*, nostrum: *Sie steuerten dem Ufer zu*. Eiusdem significationis exempla ex classicis abunde profert Kypk. Raphel. ex Polyb. et Xenoph. et Erasm. Schmid. ad h. l.

v. 41.

αἰγιαλόν. Περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον 41
ἐπώκειλαν τὴν ναῦν· καὶ ἡ μὲν πρῷρα ἐρείσασα
ἔμεινεν ἀσάλευτος, ἡ δὲ πρύμνη ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας
τῶν κυμάτων. Τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, 42
ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μήτις ἐκκολυμβή-
σας διαφύγῃ. Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος βουλόμενος δια- 43
σῶσαι τὸν Παῦλον ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήμα-
τος, ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾷν ἀποῤῥί-
ψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι, καὶ τοὺς 44
λοιποὺς οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ ἐπί τινων τῶν
ἀπὸ τοῦ πλοίου· καὶ οὕτως ἐγένετο πάντας διασω-
θῆναι

v. 41 ſqq. Διθαλασσος, *bimaris* locus, qui vtrinque mari alluitur. Ita vocari ſolent Iſthmi, Corinthus. Horat. Od. 1, 7, 2. Sed eſt quoque locus in mari eminens, vadoſus, vel petroſus, cuius ſcopuli vtrinque mari alluuntur: iunguntùrque apud Dionem Chryſoſt. τραχεα (ſupr. v. 29) και διθαλαττα. Proinde non in littore ipſo ſitus fuit hic τοπος, ſed fuere *breuia*, loca vadoſa, τραχεια, quae in ipſo ſinus, quem petebant, aditu obiecta erant. Επωκειλαν, *impegerunt nauem breuibus alliſam* (*geriethen auf den Strand*). Ita adhibetur vox: vid. Raphel. ex Polyb. et Arrian. ad h. l. Heſych. επι το ξηρον ελθειν. Ερεισασα intranſitiue ſc. ἑαυτην, vt v. 27, *es ſaſs feſt*. Virg. Aen. 5, 206. Perinde ἑαυτους ſubaudiendum eſt poſt απορριψαντας v. 43. Ινα - αποκτεινωσι. Cuſtodibus enim reſpondendum erat de captiuis ſibi commiſſis. Βουλομενος διασωσαι τον Παυλον. Eum enim maiori cura et honore proſequebatur centurio, vt ex c. 28, 16 patet, quam caeteros captiuos, quod indubie a Feſto impoſitum erat. At vero ſi caeteri fuiſſent necati, vix ſeruari potuiſſet Paulli ſolius vita. Σανιδες *tabulae, aſſeres*. Επι τινων των απ. τ. πλ. ſc. απορρηγματων. *ſub fragmentis nauis diſſolutae*. Παντας διασωθηναι. Ita rata et impleta ſunt, quae Paullus auguratus fuerat v. 24. 34. Similia loca, quae, quo pacto ad

Cap. XXVIII θῆναι ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ διασωθέντες τότε ἐπέγνωσαν, ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖται
1

2 Οἱ δὲ βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν. Ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν προσελάβοντο

ad terram euadere allaborent naufragi, depingunt, plura adsunt, veluti apud Achill. Tat. Lib. 3, p. 161 ſqq.

Cap. XXVIII non ſeiungendum eſt a prioribus, ſiquidem continua ſerie procedit oratio. Τοτε. Tum demum cognouerunt, quod adhuc eos fugerat c. 27, 39. Μελιτη. Duae inſulae hoc nomine celebrabantur, altera nobiliſſima illa inter Africam Siciliamque, Plin. H. Nat. 3, 8; Pomp. Mela 2, 7; hodie *Maltha:* altera in mari Adriatico ad Illyricum vel Dalmatiam pertinens, Melitine dicta Plinio 3, 26, et Meligene Ptolemaeo 2, 17: hodie *Melite* prope Raguſam. Vtra tamen fuerit noſtra haec, ad quam P. appulerit, multum olim diſputatum eſt, proxime tamen fidem eſt, et ab omnibus intt. fere hodie agnoſcitur, fuiſſe eandem, quae hodie Maltha audit. Patet illud ex omni itineris curſu, atque ex mentione Euraquilonis, Syrtium, Syracuſarum. hiemationis nauium Alexandrinarum etc. iniecta; quia omnem fidem excedit, per ſinum Adriaticum, multis inſulis ſcatentem nonniſi hanc deprehendiſſe viatores, atque in reditu per tot ambages Syracuſas appuliſſe. Et facile refelluntur argumenta, quibus pro altera inſula, Melite Illyrica, pugnatur; veluti a Bryant, *Obſeruations and Enquiries,* Diſſert. 2, v. c. Melitae quidem incolas rudiores fuiſſe, barbarorumque nomine dignos, ſed neutiquam etiam Malthenſes, (vid. ſtat. ad v. 2), viatores porro εν τῳ Αδρια circumlatos fuiſſe (vid. ad 27, 27): Maltham autem nullas alere ſerpentes viperasque venenatas c. 28, 3 ſqq. Verum quod nunc non adeſt, potuit adeſſe tunc temporis, aut ſaltem raro extra ordinem poſito caſu accidiſſe, quod et ita videtur, quia incolae ipſi nouitate phaenomeni perculſi eſſe leguntur v. 4 ſqq.

v. 2. Βαρβαροι vocabantur a Graecis, Romanisque gentes omnes, quae lingua vtebantur peregrina, quae, quod ab ipſis nequibat intelligi, dura

βοντο πάντας ἡμᾶς διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα
καὶ διὰ τὸ ψῦχος. Συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου 3
φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυράν,
ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα καθῆψε τῆς χειρὸς
αὐτοῦ. Ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ 4
θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους·
πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασω-
θέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ Δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν.

Ὁ

dura videbatur et asperior, per ονομοτοποιιαν quandam, quasi crasso ore loquerentur. Cf. Erasm. Schmid. ad h. l. et Kopp. ad Rom. 1, 14. Ergo et Melitenses eo nomine veniunt, quia ad neutram nationem, sicuti neque ad Iudaeos, pertinebant. Quaenam tamen fuerit gens, quae tunc inhabitauerit insulam, non constat: probabiliter tamen ex Africa in insulam fuerat transuecta. De immani ferocia non cogitandum, id quod subsequentibus statim refellitur. Ου την τυχουσαν, cf. ad c. 19, 11. Προσλαμβανειν, vt et αποδεχεσθαι v. 30, est *benigne* et *amice* excipere, Philem. 12. 17. Εφεστωτα (εφισταναι vt επικεισθαι, c. 27, 20), qui nos inuaserat.

v. 3. Συστρεφειν φρυγανα, colligere sarmenta, collectaque in fasciculos contorquere. Εκ της θερμης non, vt quidam vertunt, *ex igne*, sed *prae calore* (εκ, *propter*, Rom. 4, 16, alibi), id. qu. απο, quod et legitur in multis codd. Καθηψε της χειρος αυτου, *attigit eius manum*, et ita eum inuasit, seque ei illigauit, vt sinuosis flexibus *penderet* ex eius manu (v. 4.)

v. 4. Κρεμαμενον: non: "pendens, quod iam vere momorderat eum, aculeumque carni et venis infixerat", sed: "quod circum eius manum sinus suos duxerat." Θηριον in primis de animantibus venenatis dicitur, a quibus qui morsu petiti sunt, vocantur θηριοδηκτοι, contra quos pharmaca adhibentur, quae singulari nomine vocantur θηριακα, de quibus multi vett. scripserunt, e. gr. Nicander etc. Δικη, *diuina vindicta*, per prosopopoeiam Deabus adscripta, vocataque et Nemesis. Hesiod. Εργ. 254; Sophocl. Oedip. Colon. v. 1377; Ael. V. H. 13, 2. Argumen-

5 Ὁ μὲν οὖν ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπα-
6 θεν οὐδὲν κακόν. Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν
πίμπρασθαι ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Ἐπὶ πολὺ
δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, καὶ θεωρούντων μηδὲν
ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, μεταβαλλόμενοι ἔλεγον
Θεὸν αὐτὸν εἶναι.
7 Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία
τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίῳ, ὃς ἀναδε-
ξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν.
8 Ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου πυρετοῖς καὶ
δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι, πρὸς ὃν ὁ Παῦ-
λος εἰσελθὼν καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας
αὐτῷ,

gumentantur hic Melitenses, vt solent eiusmodi homines et hodienum loqui.

v. 5. *Αποτιναξας - ουδεν κακον.* Proinde, ni forte rata hic et effecta inuenire velis, quae pollicitus erat Iesus Marc. 16, 18, non morsu laesisse Paullum vipera videtur.

v. 6. Πιμπρασθαι, *imflammari et intumescere.* Lucian. οφις εκκαιει και σηπει και πιμπρασθαι ποιει. Cf. Dioscor. in Theriacis c. 9, p. 428; Nicander in Alexipharm. Theophylactus interpretatur per *λακειν disrumpi.* Ατοπον i. e. πονηρον, Luc. 23, 41; 2 Macc. 14, 23; cf. Kypk. ad h. l. et Periz. ad Ael. V. H. 2, 8. Θεον. Multa hic frustra annotant intt., intelligentes vel Aesculapium, qui cum serpente pingitur, vel Herculem, qui puer adhuc anguem superauerat, quemque sub nomine Herculis Alexicaci cultu diuino prosequutos esse Melitenses suspicari videtur Alberti, vel serpentibus olim diuiniorem naturam tributam esse dicentes, quem non nisi per sublimiorem vim potuisse vinci. Sed nil amplius hic quaerendum est, quam stupor et admiratio vulgi eiusdemque simul mobilitas, aeque hic conspicua, atque c. 14, 11 coll. 19 sqq.

v. 7 - 10. Πρωτος h. l. primus magistratus, a Romanis Melitae impositus, quem generaliori hoc nomine apud Melitenses vocatum fuisse ex

αὐτῷ, ἰάσατο αὐτόν. Τούτου οὖν γενομένου καὶ οἱ 9
λοιποὶ οἱ ἔχοντες ἀσθενείας ἐν τῇ νήσῳ προσήρχοντο
καὶ ἐθεραπεύοντο. οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμη- 10
σαν ἡμᾶς, καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν
χρείαν.

Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ, παρακεχει- 11
μακότι ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις·

καὶ

ex inſcriptionibus patet. Χωρια, *fundi*, *villae*. Matth. 26, 36. Πολλαις τιμαις ετιμησαν, praemiis honorariisque multis nos affecerunt. *Sie beſchenkten uns anſehnlich.* Ita Sir. 38, 1.

v. 11. Διοσκουροι ſunt Caſtor et Pollux. Παρασημος eſt id, cui affixum eſt inſigne quoddam, e. gr. domus etc. ſigno aliquo ornata. H. l. nauis dicitur παρασημος. Siquidem moris erat et apud veteres, ſicuti eſt et hodienum, nauibus induere nomina peculiaria numinum, animalium (Aen. 10, 157. 209) aliarumque rerum, atque appingere in prora figuram eius rei, vnde nomen habebat. Dicebatur autem nauis παρασημος alicui rei, i. e. ſigno eius rei ornata. Plerumque eiusdem numinis ſigno inſcribebantur naves, cuius tutelae peculiari erant commiſſae (nam et naues, ſicuti vrbes tutelaribus Deis gaudebant): cuius numinis imago et puppi appingebatur. Interdum eadem imago et tutelare numen et inſigne nauis expreſſiſſe videtur, vt Aen. 10, 171, et h. l. Sed in varias ſententias hic abeunt viri eruditi, quae tamen non h. l. ſed ſeorſim examinandae ſunt. Videſis Heinſium ad Sil. Ital. XIV, p. 484; Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 101; Schütz. ad Aeſchyl. Heptatheb. 210, et plures auctores, quos laudat Dinndorfius in additamentis ad *Morum* p. 6. 7. — Haec ergo nauis Alexandrina inſigne gerebat Caſtoris et Pollucis, eorumque tutela fruebatur. Hi enim gemini ab eis, qui iter maritimum ingrediebantur, ante alios ſolebant inuocari, vnde et plurima nauigia eorum παρασημῳ inſignita fuiſſe facile credi poteſt. Num autem caſu tantummodo haec addiderit Lucas, an ioci cauſſa, quaſi dicturus, melioribus iam auſpi-

 ciis

12 καὶ καταχθέντες εἰς Συρακούσας ἐπεμείναμεν ἡμέρας
13 τρεῖς. Ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον
καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγινομένου Νότου δευτε-
14 ραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους· οὗ εὑρόντες ἀδελ-
φοὺς, παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά,
15 καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν. Κἀκεῖθεν οἱ
ἀδελφοὶ, ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν, ἐξῆλθον εἰς
ἀπάν-

ciis, sub Castoris Pollucisque ipsius tutela, iter se ingressos esse, neque aliud timendum fuisse naufragium, definire equidem non aulim.

v. 13. Περιελθοντες, circumnauigantes Siciliam. Ῥηγιὸν notissima Bruttiorum vrbs hodie *Reggio* Calabriae, appellata hoc nomine απο του ῥηγνυσθαι, quia terrae motu antiquitus ibi a peninsula Sicilia abscissa fretoque diremta dicitur terra continens. Pomp. Mela 2, 7; Plin. H. N. 3, 8; Iustin. 4, 1, 7; Strabo VI, p. 178. Rhegium autem sicuti et Puteolos appellere solebant naues Sueton. Tit. c. 5. Δευτεραιοι, Graecism. notiss. pro δευτερᾳ ἡμερᾳ. Loca ex Arriano, Polyb. abunde afferunt Alberti, Wetst. etc. Ποτιολοι, *Puteoli* (hodie *Pozzuolo*), Campaniae ciuitas cum portu nobilissimo, ad quem appellere solebant naues Alexandrinae Senec, epist. 77; Sueton. Octav. 98.

v. 14. Αδελφοι, h. l. vt v. 15, sunt Iesu Messiae cultores, μαθηται, non, vt quidam explicant: populares, i. e. Iudaei, (infr. v. 21; c. 22, 5.) Ηλθομεν, *tendimus*; neque enim dum Romam peruenerant, vbi v. 16 demum adsunt. Ita Io. 6, 17, alibi. Vel sensus erit similis illi, qui ad c. 16, 12 scriptus est: "Et ita quidem (ουτως, i. e. his fatis iactati) exoptatam metam, finemque laborum contigimus." Siquidem peractum erat iter maritimum, et quod viae supererat, pedibus conficiebatur. *Und so wären wir denn schon so gut, wie nach Rom gekommen.* Vel vere iam Romam se peruenisse exprimere vult Lucas, iamque εξηλθον v. 15 plusquamperfecte erit explicandum *egressi fuerant.* Medium praeferendum mihi videtur.

v. 15. Ακουσαντες τα περι ἡμων. Haud dubie nuncius aliquis Puteolis, vbi per 7 dies

ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου Φόρου καὶ Τριῶν Ταβερνῶν, οὓς ἰδὼν ὁ Παῦλος, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ ἔλαβε θάρσος.

Ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, — ὁ ἑκατόνταρχος 16
παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Desunt τα: ὁ ἑκατονταρχης παρεδωκε τους δεσμιους τῳ στρατοπεδαρχῃ· τῳ δε, in A B 40, Syr. Arab. Copt. Armen. Vulgat. Chrysost. prob. Bengelio, Griesbach. Millio proleg. 881, qui a Scholiaste additum credit, qui historiam Paulli auctiorem voluerit reddere.

dies commorabantur euangelii praecones, Romam advenerat ad eos, qui Iesum Messiam colebant, quibus admodum memorabilia visa fuisse, quae de eorum, inprimis Paulli, fatis aunnunciabantur, credi potest. Nil ergo mirum, eos tanti herois videndi cupidissimos ex vrbe festinasse, atque ad ipsos Puteolos vsque perrexisse, nisi in itinere iam obuios deprehendissent, quos quaerebant. Ἀππιου Φορου, oppidulum ad nobilissimam illam viam Appiam, 43tio ab vrbe lapide situm: Horat. Satyr. 1, 5, 3. Τρεις Ταβερναι, *tres tabernae*, *drey Wirthshäuser*, ad eandem viam, 10 tamen lapidibus vrbi propiores. Cic. ad Attic. 2, 10. Antonin. August. Itinerar. p. 107. Cf. Grot. ad h. l. Οὑς ιδων — θαρσος. Boni sane ominis instar habendum erat, quod primi, qui ex vrbe, cuius videndae ardentissimo voto iam dudum flagrauerat (c. 19, 21; 23, 11; 27, 24) occurrebant, e christianorum hominum numero fuerant, tamque studiose eum exceperant, vnde plenus gratiarum ad Deum preces fundit, optima quaeuis in commodum euangelii augurātus: neque frustrata est spes (Phil. 1, 12. 13.).

---

v. 16. Hinc iam, quae in vrbe ipsa acciderint, narrantur: breuissime tamen, id quod dolendum est vel maxime, quum perplurima hic legisse iuuaret profecto. Cf. prolegomena pag. 49. Στρατοπεδαρχης. Praefectus praetorio, (Phil. 1, 13, vbi vide) seu στρατοπεδῳ, quo nomine Romae comprehendebantur illa aedificia, in quibus cohortes

Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν σὺν τῷ φυλάσ-
17 σοντι αὐτὸν στρατιώτῃ. Ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας
τρεῖς συγκαλέσασθαι τὸν Παῦλον τοὺς ὄντας τῶν
Ἰουδαίων πρώτους. Συνελθόντων δὲ αὐτῶν, ἔλεγε
πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον
ποιήσας τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις, δέσμιος
ἐξ Ἱεροσολύμων παρεδόθην εἰς τὰς χεῖρας τῶν Ῥω-
μαίων,

hortes Augustae tendebant, *Casernen für die Kaiserliche Leibgarde.* De hoc praefecto praetorio cogitandum h. l. esse, rectissime demonstrauit Grotius ad h. l. Ei enim tradi solebant, quicunque ex prouinciis in vinculis Romam mittebantur, Ios. Ant. 18, 6, 6. Καθ' ἑαυτον, *seorsim, separatim ab aliis captiuis.* Vsus loquendi e Graecis auctoribus ad h. l. ab intt. Albertio, Raphelio etc. explicatur. Στρατιώτῃ, ex praetoriana cohorte, vt videtur. Is ex more Romanorum tunc temporis recepto alligatus catena fuisse plerisque videtur captiui corpori. Seneca epist. 5; de tranquill. animi 1, 10; Ioseph. 18, 6, 7. Cf. Krebs. ad h. l. Crediderim tamen, Paullum, qui omni modo lenius tractabatur, non ita fuisse coercitum, sed alio quouis modo in vinculis remissioribus habitum, quorum sane saepius in epistolis mentionem facit, Phil. 1, 7; Col. 4, 19 etc. Multum autem ad hanc lenitatem, qua prae omnibus aliis captiuis Romae excipiebatur, contulisse videntur tum litterae Festi, in quibus de caussa Paulli ad Caesarem retulerat, tum humanitas et mansuetudo Iulii centurionis.

v. 17 sqq. Iam nil antiquius habet, quam conuocare Iudaeorum primores, *tum* vt his primis nouam doctrinam commendando declinaret inuidiam, ac si paganos, antehabuisset popularibus, quam suspicionem vtique metuisse videtur, siquidem de litteris suis ad Romanos et his Iudaeis comperta omnia, ipsos autem argumento epistolae admodum offensos fuisse credebat (cf. tamen ad v. 21): *tum* vt, si et hos ad suas partes trahere successisset, adesse vi et auctoritate sua possent illi in caussa coram

μαίων, οἵτινες ἀνακρίναντές με ἐβούλοντο ἀπο- 18
λῦσαι, διὰ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου ὑπάρχειν
ἐν ἐμοί· ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων ἠναγκά- 19
σθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα, οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους
μου ἔχων τι κατηγορῆσαι. Διὰ ταύτην οὖν τὴν 20
αἰτίαν παρεκάλεσα ὑμᾶς, ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι·
ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύ-
την περίκειμαι. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον· ἡμεῖς 21
οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰου-
δαίας, οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγ-
γειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν. Ἀξιοῦμεν 22
δὲ

ram Caeſare peroranda: aut non, aduerſari ſaltem contrariaque moliri, qualia in aliis vrbibus per gentes machinatos fuiſſe Iudaeos recordabatur. Neque mirum, eos, licet dignitate Paullo longe ſuperiores, haud tamen dedignatos fuiſſe, intrare diuerſorium captiui: ſiquidem iam fama aliqua de homine, qui Iudaismo grauiſſima vulnera infligere tentauerit, ad eos perlata fuiſſe videtur.

v. 18. 19. *Εβουλοντο απολυσαι* Cap. 23, 29; 24, 26; 25, 25; 26, 31. 32. *Ουχ ως - κατηγορησαι.* Hoc ante alia monendum erat, vt primorum gratiam iniret. Q. d. "neutiquam inuiſa mihi eſt gens noſtra omnis: de eis tantummodo conqueror, qui indigne me tractarunt Hieroſolymis."

v. 20. *Παρεκαλεσα* h. l. "rogaui vos *ιδ. κ. προσλ.* ſc. *εμε, εμοι*, vt me viſeretis." Alii: "conuocaui vos, vt videre vos et vobiscum colloqui liceret": ſed inſolentiorem ita ſe geſſiſſet P. erga proceres; dignitateque ſe ſuperiores, quod vix ferri poterit, cf. v. 23. *Ελπις*, in Meſſiam futuramque mortuorum reſurrectionem. Cf. copioſius ad c. 26, 6 ſqq. *Περικειμαι.* Denotat verbum *circumdari*, e. gr. veſtibus, catenis etc. conſtruiturque more Graecorum cum accuſ. rei: Chariton. 1, 6; Athen. 15, 8; Ioſ. de Maccab. 12.

v. 21. 22. *Ἡμεις ουτε γραμματα - πονηρον.* *Nil de te auditum nobis compertum-*

δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι, ἃ φρονεῖς· περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστόν ἐστιν ἡμῖν, ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται.

23 Ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν ἧκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλείονες, οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν,

quae est sc. antea: nam istis diebus ipsis forte et ad Iudaeos rumor aliquis de Paullo peruenisse existimabitur. Apparet autem hinc vel luculentissime, quam aegre istis temporibus, in quibus nondum prelo excudebantur libri, cum aliis communicata fuerint et in vulgus emanauerint scripta aliorum. Quo pacto enim alias latere potuisset Iudaeos, eosque proceres. iam triennio vel quadriennio ante (cf. ad 20, 3) litteras ab hoc Paullo Romanis scriptas esse, in quibus Iudaeorum gentis arrogantia tam acriter fuerat impugnata et coercita? Namque ex hoc nostro loco nullum certum sane tutumque argumentum peti, feriori tempore concinnatas fuisse literas ad Romanos, facile credetur. Cf. S. V. Ammon ad Kopp. proleg. in epist. ad Roman. p. 23. Ἀξιουμεν *cupimus* (cf. Kypk. ad h. l.), *non dedignamur, wir sind gerne damit zufrieden.* Ἃ φρονεις: *quae moliaris, quibus rebus occuperis*, num sint τα του Θεου, η τα των ανθρωπων, Matth. 16, 23. Non ignorabant iam, Iesu Messiae doctrinam Paullum profiteri: sed cupiebant audire eum accuratius de eadem exponentem, et cognoscere, quibus argumentis defendere is possit et propugnare sectam, quae Iesum esse Messiam contendebat, et cui vndique aduersabatur. *Bisher haben wir zwar nichts von dir gehört: das erfahren wir aber jetzt, dass du ein Vertheidiger derjenigen Secte bist, die allenthalben so vielen Widerspruch findet: nun soll uns verlangen, was du für sie anführst, und was es eigentlich sey, welches du lehrest.*

v. 23. Ταξαμενοι αυτῳ quod conueniebat illis, dignitate superioribus. Ξενια, Philem. 22. Ἡκον πλειονες: data opera eum conuenerunt, vt de

φιτῶν, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας· καὶ οἱ μὲν ἐπεί- 24
θοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. Ἀσύμφω- 25
νοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους ἀπελύοντο, εἰπόντος τοῦ
Παύλου ῥῆμα ἕν· ὅτι καλῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον
ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέ-
ρας

de re grauissima accurate disputantem audirent, id quod paucissimis horis, quas prima vice apud eum commorati fuisse videntur, haudquaquam poterat absolui. Την βασιλειαν του Θεου εξετιθετο και διεμαρτυρετο "accurate et follertissime exposuit, qua tandem in re consistat regnum Dei, de quo in tot V. T. locis (Kopp. excurs. 1 ad Thessal. p. 93; Schötig. Hor. Hebr. Vol. I, p. 1147) sermo sit, quaeue eiusdem recta sit et vera notio." Ab hac institutione exeundum erat. qua praemissa, ad Iesum ipsum delabebatur disputatio, docens, hunc fuisse eum Messiam, qui verum Dei regnum hominibus intulerit. Id effertur per πειθων αυτους τα περι του Ιησου, *docuit eos, docendoque persuadere conatus est* (supra c. 19, 8), ea, quae circa Iesum Messiam docenda habuit. Docuit autem ea απο νομου Μωσ. κ. τ. προφ. i. e. ex omni V. T., cuius vaticinia in Iesum quadrare vel maxime cuictum dare allaborauit. Habuit ergo P. fortasse eiusmodi sermonem, qualem legimus c. 13. Απο πρωι εως εσπερας: c. 20, 7. 11, quia res grauissima erat, multumque in contrariam partem disceptabatur, id quod statim sequitur.

v. 25. Ῥημα saepissime de integro effato seu vaticinio adhibetur, in quo altius quid et reconditum inest: Marc. 9, 32; Luc. 2, 50. Ita et h. l., vbi Paullus effatum Iesaiae coram omnibus pronunciat, quod prostat Ies. 6, 9. 10, et hic, si a minusculis quibusdam varietatibus recesseris, ad LXX versionem exprimitur, idem autem allegatur et Matth. 13, 14. 15; Marc. 4, 12; Luc. 8, 10; Rom. 11, 8. Καλως *apprime conuenienter, sehr passend*, Matth. 15, 7; Luc. 20, 39 etc. Προς τους πατερας, δια Ησαΐου. Proprie debuisset dici προς τον Ησαΐαν περι των πατερων ημων. In illo enim loco nuncius coelestis prophetam ad meliora Israelitas docendos impellens

26 ρας ἡμῶν, λέγον· πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦ-
τον καὶ εἰπέ· ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ
27 βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη
γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βα-
ρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυ-
σαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς ὠσὶν
ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι καὶ ἐπιστρέψωσι
28 καὶ ἰάσωμαί αὐτούς. Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ὅτι
τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, αὐτοὶ
καὶ

pellens alloquitur, triſtemque morum eius gentis, ad quam ablegatur, faciem depingit. Loquitur ergo *de* maioribus Paulli et Lucae *ad* Ieſaiam. Verum et προς pro περι adhibetur ſaepiſſime, vid. ad Hebr. 1, 7: at quia haec effata tunc temporis *per* Ieſaiam ſcripta proſtabant, dicitur h. l. πν. αγ (ad quod refertur omnis ſcriptura, 2 Petr. 1, 21) ελαλησε (vox de numine oracula promulgante adhibita, Luc. 1, 70: Hebr. 1, 1) δια Ησαϊου.

v. 26. 27. Oraculum ipſum. Ιδειν maius quid eſt, quam βλεπειν, *intelligere* (*beherzigen*), quodcunque oculis, (ſicuti συνιεναι, quodcunque auribus) perceperis. Επαχυνθη. *Pinguefacta eſt*, i. e. *hebes reddita eſt et obtuſa.* Ita vulgari tropo dicitur παχυνοος, ingenium craſſum, pinguis Minerua, Ouid. Met. 9, 48. Εκαμμυσαν. Μυειν, et καταμυειν (pro quo ex dialecto Aeol. ſeu Macedon. contracte dicitur καμμυειν) eſt conniuere, *claudere oculos*. Dicitur autem et καταμυειν οφθαλμους et κ. οφθαλμοις; Antonin. 4, 29. καταμυων ομματι. Μηποτε, פן; *effectum* exprimit, non autem *conſilium* et *finem*, vt et ὡς etc. Quod, ſi per *ne* vertitur, ſalſiſſimam exprimit ironiam, vt fere nos loquimur: *damit ſie ja ja nicht etwa klüger werden* etc. Deum autem ipſum ob particulam μηποτε neutiquam pro auctore huius ſtuporis habendum eſſe, additum και ιασωμαι αυτους clamat.

v. 28. 29. Γνωστον. Subiratus haec et indignabundus videtur prolocutus eſſe Apoſtolus. *Nun ſey es euch denn hiemit geſagt* etc. Το σωτηριον per abſtractum poſitum

καὶ ἀκούσονται. — Καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος 29
ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς
συζήτησιν.:
Ἔμεινε δὲ — ὁ Παῦλος: διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ 30.
μισθώματι, καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπο-

ρευο-

VARIAE LECTIONES.

v. 29. Integer hic versus deest in ABE, 3 aliis, Syr. Copt. Vulg. suspectus et Millio, prolegom 981, eisdem de caussis, quae in var. lect. ad v. 16 allatae sunt. Probat et S. V. Griesbach. Apud Matthaeium in omnibus haec adsunt.

v. 30. Ὁ Παυλος abest ex ABE, 3 aliis, Copt. Arm. Vulg. glossematisque instar additum videtur, vnde et Griesb. e textu proscripsit haec.

situm est pro omni oeconomia, quam ad beandos per Iesum Messiam homines inire decreuit numen: itaque adhibetur tam de persona seruatoris Luc. 2, 30, quam de eiusdem doctrina salutari bonisque omnibus, vt h. l. "Hoc persuasissimum vobis habetote, omnia, quaecunque in sacris libris de beandis per futurum Messiam hominibus leguntur, et per Iesum rata et impleta sunt, in *gentium* commodum dicta factaque esse, adeoque ad vos ea nil prorsus pertinere." — Grauissima sane conuicia, quibus abeuntes insectatus est Apostolus: neque possumus satis mirari παῤῥησιαν hominis, qui coram primoribus gentis suae talia proloqui ausus erat, quibus necesse est laesi illi et offensi fuerint grauissime.

v. 30. Μισθωμα, proprie *merces*, quae pro re aliqua datur, quam conduco et in vsum meum verto: dein, perinde atque apud nos, ad *rem ipsam* transfertur, quam mercede hac conduxi. Est ergo domus, diuersorium, aedicula, quam conduxerat P. Theophrast. περι αλαζων. habet μισθωτης οικια. Seneca de benefic. 7, 5 *conductum*; Petron. c. 9. Απεδεχετο, *humaniter excepit*, c. 15, 4; 2 Tim. 1, 16. 17.

v. 31.

31 ρευομένους πρὸς αὐτὸν, κηρύσσων τὴν βασιλείαν
τοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 31. In fine poſt ακωλυτως adduntur in codd. latin. ap. Matth. "Quoniam hic eſt Chriſtus, filius Dei, per quem omnis mundus iudicabitur," quod alii poſt διδασκων inferunt, omiſſis τοις: τα περι του Κυρ. I. X. — In aliis autem poſt ακωλυτως ſatis inſulſe additur Αμην. Variae denique in nonnullis codd. apponuntur ſubſcriptiones, quarum nonnullae et numerant capita, ſegmenta, στιχους. Sed admodum varie haec et inconſtanter leguntur, vtpote a ſerioribus addita. E. gr. Τελος τῶν πραξεων των ἁγιων Αποστολων, συγγραφεισῶν παρα Λουκα τοῦ ευαγγελιστου και συνεκδημου φανεντος Παυλου του Αποστολου etc.

v. 31. Βασιλειαν — Ιησου Χριστου. cf. ad v. 23. Κηρυσσων, διδασκων, tam viua voce praeſentibus, quam abſentibus e. gr. Philippenſibus etc. per epiſtolas. Hinc exiſtimari poteſt, per vicinia Romae aliasque Italiae partes diſſeminatam tum opera Paulli fuiſſe doctrinam ſalutarem, altioresque, vbi iam inueniebatur, radices egiſſe.

Subito hic conticeſcit narratio, neque adduntur, quae Romae Paullo acciderint, quum ea potiſſimum nobis quidem cognitu digna aliisque multis longe digniora videantur. Hinc ſequitur, vel citius relictam a Luca Romam, eorumque, quae Paullo ibidem acciderant, parum aut nihil cognitum ei fuiſſe, vel ab enarratione earum rerum Theophilo exhibenda ſuperſediſſe Lucam, quia is Romae degens eadem comperire potuit ipſe, vel denique conſulto hic finitam ab auctore et quaſi abſciſſam fuiſſe narrationis telam, quia conſtituerat tertiam hiſtoriarum chriſtianarum particulam ſuperaddere, τριτον λογον περι παντων, ὡν ηρξατο ὁ Παυλος ποιειν τε και διδασκειν, ἀφ' οὑ εις Ρωμην δεσμιος παρεγενετο. cf. proleg. 47.

Finiuntur itaque, quae de Paullo Apoſtolo ab amico eius et ſodali conſcripta ſunt, nec de vlterioribus eius fatis certi quidquam et indubii ad noſtram vsque memoriam peruenit: namque omnia, quae de eis circumferuntur, patrum eccleſiaſticorum narrationibus debentur, quibus alii maiorem, minorem alii fidem tribuunt. Ea autem ſi ſequi placet, poſt exactum hoc
bien-

τοῦ Θεοῦ καὶ διδάσκων τὰ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ

bienhium, quod v. 30 indicatur, capitis abſolutus Apoſtolus vinculisque ereptus, aliud iter ad conuertendas gentes ſuſcepit, et maxime in occidentales plagas (εις το τερμα της δυσεως, Clem. Rom. epiſt. 1 ad Corinth. Sect. 5.) vel perrexit, vel pergere conſtituit (Kopp. ad Rom. 15, 24). Sed iterato Romam adueniens, ibique in vincula coniectus, diem ibi vna cum Petro obiit ſupremum, illo quidem cruci affixo, hoc, quia ciuem Romanum ignominioſa morte afficere nefas erat, ſecuri percuſſo (Lactant. de mort. perſecut. cap. 2, §6; Euſeb. H. E. 2, 24). Apud Clem. Rom. l. c. habetur, Paullum ex occidentalibus regionibus Romam rediiſſe, ibique defunctum eſſe επι των ἡγουμενων, i. e. vel imperantibus Galba, Othone, Vitellio, vel poſterioribus imperii Neronis annis, quum Tigellinus ac Sabinus, praefecti praetorio, rebus gerendis praeeſſent. Alii tamen nunquam ex hac cuſtodia, de qua Act. 28, 30. 31 ſermo eſt, liberatum Apoſtolum volunt, ſed poſt varias cauſſae cognitiones, ſententiasque de eo latas modo mitiores modo ſeueriores poſtremo tandem ſupplicio affectum fuiſſe.

Id quidem conſtat, haudquaquam in otio Paullum ac deſidia conſumſiſſe tempus commorationis Romanae: ſed, id quod ipſe ſubinde teſtatur, et calamitatem ſuam et vincula Ieſu et euangelio ſacra voluiſſe, adeoque et eccleſiam Romanam firmioribus in fide retinenda praeſidiis muniiſſe, omnibusque, qui eum adibant, tradidiſſe et commendaſſe euangelium, et eas eccleſias, quas in itineribus prioribus collegerat, litteris Roma ad eos datis conſolatum fuiſſe exhortatumque, tenerrimoque abſentium amore, ardentiſſimoque eorum reuiſendorum deſiderio affectum. Exiere igitur ex hac captiuitate Romana earum epiſtolarum, quae a Paullo profectae in codice ſacro proſtant, epiſtola ad Epheſios, quae dicitur, ad Coloſſenſes, Philemonem, Philippenſes, nec non, altera ad Timotheum, ſicuti mihi quidem probabiliſſimum videtur (cf. proleg. ad 2 Tim.), licet in tempore poſterioris huius epiſtolae definiendo alteram Paulli captiuitatem malint alii, atque, bis Romae in vinculis habitum fuiſſe

σοῦ Χριστοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας ἀκολύτως.

fuiſſe Paullum, ex ipſa hac ſecunda ad Tim. epiſtola demonſtrent: id quod poſt Michael. Einleit. nuperrime fecit Paley hor. Paullin. c. 11, et b. *Henkius*, not. w, p. 448 ſqq.

Caeterum addiderunt nonnulli intt., qui in Apoſtolorum Acta commentati ſunt, ad calcem operis deſcriptionem vitae Paulli Apoſtoli ad temporum ordinem annorumque, quibus quaelibet res geſta eſt, computationem exactam, epiſtolarum potiſſimum, quae ab eo ſunt conſcriptae, ratione habita. Quae tamen quum in fronte eorum Voluminum, quae opera Paullina complectuntur, rectius exponantur, quam hic, nos quidem acquieſcamus in iis, quae de Paullo in prolegom. p. 7. 8. 9 nec non tab. chronol. ad p. 63 ſuccincte expoſuimus, pleniorem autem eorum expoſitionem aut ex libro ſeorſim compoſito hauriamus, aut, quandoquidem in fronte earum epiſtolarum Paullinarum, quae primae hoc commentario illuſtratae ſunt, ea deſideratur, illi ſupplendam permittamus, qui epiſtolas ad Corinthios, qui ex Paullinis hac methodo enarrandae ſolae ſuperſunt, explicandas ſuſceperit.

Excursus

Excursus I.

De Iesu Christo in coelum sublato, ad Act. I, 1 .. 11.

Difficile est, de eis, quae de Iesu Christo in coelos sublato tradita hic leguntur, ita disputare, vt et omnium, qui diuersissimas de re memorabili sententias tulerunt, opiniones pari et aequabili luce collustrentur, et omnibus, qui rem hac illaue ratione accidisse arbitrantur, satisfiat, nec quidquam vel contra naturae leges, vel ita euenisse dicatur, vt labefactentur aut corruant ea, quae de sublimiore legati diuini in terris viuentis natura statuit atque sanciuit vetus et auita religio. Quocunque te verteris, incides in scopulos pedemque offendes, plagisque indueris interdum tam perplexis et tortuosis, vt nulla temere ratione expediri possis. Sed neque flagitabunt ab interprete iudices boni et aequi, vt omnia, quae illustranda is suscepit, ita illustret, vt omnes caligines dissipentur: imo multa in medio relinquere praestabit, faterique ingenue, nescire nos multa, quam precariis arbitrariisque sententiis fluctuare. Quae quum omni bono et cordato interpreti in quocunque tandem antiquiorum temporum monumento illustrando scripta sit norma et lex, nae isti potissimum sancta habebitur, cui cum τοις επουρανιοις res est, quae mentem intellectumque excedunt, in quibus enarrandis fidem habebit eis auctoribus, qui fide dignos se exhibuerunt, inuestigans quidem rationes ac vias, quoad potest, ast vbi vlterius ire parum datur, subsistens atque acquiescens.

Iesum Christum, legatum coelitus missum, finita legatione in coelos vnde venerat rediisse, documenta sacra testantur, rem et per se plausibilem, et ad honorem amoremque numini dignis merita praemiis afficienti habendum, ad commouendos hominum animos et ad praeclara quaeuis sentienda peragendaque incitandos efficacissimam, dum per se spectatur; at vero impeditissimam eandem, et in quaestiones spinosissimas nos inducentem, si in inuestiganda sollertius et rimanda via et ratione, πως ea potuerint euenire, desudare malueris. Sed est tamen is aetatis nostrae genius, ea effigies, vt in rerum omnium caussas et origines inquirat studiosius, vtque et in legendis monumentis sacris haudquaquam acquiescat in eis, quae a maioribus sunt tradita, sed altius penetret, et propriam sibi viam sternat et suam: indeque accidit, vt et in circumspiciendo modo, quo ad coelum euectus sit Iesus Christus, allaborauerit, variasque vias ac rationes inuenisse sibi visa sit interpretum industria. Quas quidem vti praeterire omnino contra instituti nostri rationem foret, ita largiori disputatione monstrare voluisse omnes et singulas, vltra scriptos limites nos duceret longissime: erimusque eo breuiores, quod plura recentioribus annis de grauissima hac re litteris mandata prostant [1]).

Et

1) Afferemus nonnisi haec: GRIESBACH progr. *Locorum N. T. ad adscensum Christi in coelum spectantium sylloge;* Ien. 1793; SEILER progr. *Iesum corpore pariter atque anima in coelum assumtum esse,* Erlang. 1798; AMMON progr. *Adscensus I. C. in coelum historia biblica*, Gotting. 1800; PAULUS *Kommentar üb. die 3 ersten Evangelien*, Th. 3, S. 928 sq. HASSE progr. *Historiae de Christo in vitam et coelum redeunte euangelicae ex narratione Liuii de Romuli vulgo credita diuinitate illustratio*, Königsb. 1805, et, qui nuperrime locupletissime rem tractavit, FLÜGGE, *Die Himmelfahrt Jesu*, Hannov. 1808.

Et in *veteriorum* quidem *prophetarum*, vt ab his ordiamur, qui de Meſſia futuro gentis ſeruatore multa magnifica et excelſa vaticinati ſunt, effatis nil quidem reperitur, quod Meſſiam, perinde atque Henochum, in coelos olim euectum iri arguat manifeſtiſſime: namque ea, quae adſunt Pſ. 110, 1 nonniſi coeleſtem Meſſiae gloriam vniuerſim indicant, illis autem, quae canuntur Ezech. 11, 23; Zach. 14, 4, ſumma vis addenda foret, ſi futura ea, quae de adſcenſu I. C. in coelum in N. T. accidiſſe leguntur, in his canendis obuerſata fuiſſe vatum mentibus ſtatuere velimus.

Num tamen *Iudaeorum ſeriorum*, qui circa I. C. tempora florebant, chriſtologia iam tum haec effata ad hunc adſcenſum retulerint, aut omnino futurum Meſſiam in coelos ſublatum iri exiſtimauerit, nequit citra dubium poni. Namque quae in libro *Sohar* leguntur: "poſt quadraginta dies columna ſurget de terra ad coelum coram omnibus et Meſſias apparebit" admodum incerta ſunt [2]), et quae in libro apocrypho *Henoch* [3]), Teſtament. Beniam. c. 9 adſunt: *ὁ ὑψιστος αποστελει το σωτηριον αυτου εν επισκοπῃ μονογενους — και ανελθων εκ του Ἁδου εσται αναβαινων απο γης εις ουρανον*, eo minorem habebunt fidem, quo minus de aetate libri perſuaſi ſumus. Id quidem conſtat, ex morte rediturum eſſe Meſſiam, ſeriores Iudaeos opinatos eſſe, id quod ex locis Rabbinorum ad Actor. 2, 24 allatis colligi poſſe videtur: at de eiusdem in coelos adſcenſu nil diſerte ſcriptum legitur. Sed cuncta haec nil prohibent, quo minus et haec in Iudaeorum de Meſſia ſuo ſummis honoribus exaltando opinionibus fuiſſe ſtatuamus.

 Quod

2) Vid. SCHÖTTGEN Hor. Hebr. et Talmud. T. II, p. 596; S. V. *PAULUS Komment.* Th. 3, p. 941.

3) Vid. *FABRICII cod. pſeudepigr. Vet. Teſt.* Vol. I, p. 165, 166.

Quod si enim occisus Messias non nisi ad tempus in statu mortis permanere debebat (Lib. Sohar, vid. ad Act. 2, 24), post resurrectionem (Bereschith Rabba, ibid.) aut perpetuo in terris manendum ei erat, quod absurdum videbatur, aut denuo moriendum, et linquenda terra: iam autem vulgari morte si eam liquisset, inferior videbatur et Enocho, et Mose 4) et Elia, id quod cogitari prorsus nequibat: proinde in coelos erat extollendus: nulla alia via supererat. Et quum rediturus olim in nubibus Messias crederetur, 1 Thess. 4, 17, facile et per nubes disparuisse idem existimabatur.

Sed iam audiamus, quae de hac in coelos ascensione dixerit *Iesus ipse*. Commemorata ea sunt nonnisi

4) In coelos euectum esse et Mosen, Deut. 34 non quidem perhibetur: sed obscuriorem tamen, et sacris quibusdam inuolucris abditum fuisse viri supra caeteros mortales longe eminentis e terra discessum, inde apparet, quod sepultura eum affecisse dicitur Ioua ipse, neque vllibi locorum eius sepulchrum inueniri potuisse additur. Inde vero ad ascensionem in coelum concludere faciles fuisse Iudaeos, testatur locus Iosephi Ant. 4, circa fin. Ὡς δε επι τῳ ὀρει — εγενετο, — απεπεμπε την γερουσιαν. Ασπαζομενου δε και τον Ελεαζαρον αυτου και Ἰησουν, και προσομιλουντος αυτοις ετι, νεφους αιφνιδιον ὑπερ αυτου σταντος αφανιζεται κατα τινος φαραγγος. Γεγραφε δ' αὑτον εν ταις ἱεραις βιβλοις τεθνεωτα, δεισας μη δι' ὑπερβολην της περι αυτον αρετης προς το θειον αυτον αναχωρησαι τολμησωσιν ειπειν. Cf. Philo de Vita Mos. fin. Illi quidem loci, qui e Iudaicis scriptoribus proferuntur, non tam ad discessum ex his terris, quam ad familiarem, quae Mosi cum Ioua intercedebat, necessitudinem pertinent. *Bamidbar Rabb.* 19, fol. 238: "Tum, quum Moses ascendit in coelum, audiuit Dei vocem" etc. *Targum Hierosolym.* ad Deut. 30, 12: "Non est in coelo, vt dicas: vtinam nobis esset vnus, sicut Moses, propheta Dei, qui ascenderet in coelum."

nisi per Ioannem, vt qui plurima eorum, quae Iesus dixerat, memoriae reliquerit: caeteri euangelistae de resuscitatione quidem sua, sed parum de abitu ex terris loquutum Iesum fuisse tradunt. Et haec ipsa, quae apud Ioannem a Iesu dicta prostant, variam explicationem admittunt; nec satis tuto inde poterit concludi, Iesum de adspectabili in coelum adscensione fuisse loquutum. Siquidem Io. 3, 13 το: αναβαινειν εις τον ουρανον ex rerum nexu nil indicat quam penetrare intellectu in abdita rerum coelestium adyta, humanae menti inaccessa. At Io. 6, 62 θεωρητε τον υιον του ανθρωπου αναβαινοντα, ὁπου ην προτερον, vix quidquam aliud innuet, quam omnino eundem Iesu ad patrem reditum, a discipulis intelligendum menteque percipiendum, qui indicatur Io. 14, 23; 16, 5. 16; 20, 17 etc.: nam si de δοξα quaeris, quam post mortem sibi a patre expetit Io. 17, 5, cuiusque et alibi mentio fit, Io. 7, 39; 12, 16, omnia illa exprimuntur voce, quibus post humilem in his terris conditionem ad celsiorem coelestemque dignitatem elatus est: illa autem, quae adsunt Io. 16, 28 πορευομαι προς τον πατερα, quilibet vir bonus et probus, qui per mortem viam sibi ad beatiorem vitam patefieri confidit, de se praedicare potest.

De *euangelistis*, qui vitam I. C. composuerunt, si quaeris, inuenies eos hunc Iesu e terris discessum, de quo agitur, alios breuius, locupletius alios enarrare, alios omnino silentio praetermittere. De eiusdem in vitam reditu exponendum eis erat vtique: summum id erat et palmarium in vita diuini legati caput: in eo ergo referendo elaborant omnes: at in eis, quae postea ei euenerint, memoriae prodendis haudquaquam aeque sollertes se gerunt. Neque tamen vel haec transire prorsus et missa facere licebat: siquidem iuuabat quemlibet rerum christianarum studio-

 siorem

fiorem fcifcitari, quae refufcitato potiffima acciderint, qualem fe gefferit, quibus rebus fuerit occupatus, et, quia difcedendum ei aliquando fuiffe a difcipulis, foluendumque neceffitudinis vinculum facile exiftimabatur, quo pacto tandem ab eis difcefferit, quoque locorum perrexerit. Et haec quidem copiofius refert Ioannes cum Luca: parcius Matthaeus cum Marco: redeunt tamen eo omnia, Iefum, vt rediuiuum femet argueret, idemtidem apparuiffe fodalibus, eosdemque cum eis fermones mifcuiffe, quos ad commendandam *βασιλειαν Θεου* eisdem adhibuerat antea. Confignantur autem hi commentarii apud Ioannem quidem nulla re, quae ad difceffum Iefu ex terris fpectat, apud Matthaeum tamen verbis, quibus eis valedicendo perpetuam cum illis fibi etiam abfenti interceffuram confuetudinem affirmat; difertius apud Marcum, qui cum mandata difcipulis a Iefu iniuncta, promiffaque eis facta pernumeraffet, addit c. 16, 19: *μετα το λαλησαι αυτοις ανελη φθη εις τον ουρανον, και εκαθισεν εκ δεξιων του Θεου* [5]); locupletiffime tamen apud Lucam, quippe qui priori quidem commentario breuiffima rei commemoratione finem imponit, dicendo c. 24, 51, *διεστη απ' αυτων και ανεφερετο εις τον ουρανον*, at vero alterum commentarium locupletiore eiusdem rei narratione orditur Act. 1, 1—11.

At in epiftolis, quae poft Chrifti e terris difceffum ab *apoftolis* confcriptae leguntur, adfpectabilis huius difceffus diferta quidem mentio iniecta nusquam

5) Sumimus in hoc loco afferendo, genuina vtique effe, quae in calce euangelii Marci Cap. 16, 9—fin. adduntur, neque temere profcribenda. Atque in ea re, hoc quidem loco copiofius non explicanda, confentiunt viri nobiliffimi. Cf. e. gr. *MICHAELIS Einl. ins N. T.* §. 141, p. 1059; *EICHHORN Einleit. ins N. T.* Th. 1, S. 578; *PAULUS Kommentar.* Th. 3, S. 885 fq.; *HUG Einleit. ins N. T.* Th. 2, §. 65 fqq.

quam videtur, quum tamen caetera, quae Iesu acciderant, frequentissime memorentur, in primis resurrectio, ad quam vbique locorum recurrunt euangelii praecones, quamque vt christianae fidei fundamentum et caput animis inculcant enixissime [6]). Namque si vel Paulli verba, Rom. 10, 6; Eph. 1, 20–22; 2, 6; 4, 10; Phil. 2, 9; 1 Tim. 3, 16; Hebr. 1, 3; 7, 26; 8, 1. 2; 9, 12, 24; 12, 2, vel Petri, Act. 2, 33; 3, 21; 1 Petr. 3, 22 [7]) consideraueris, apparet inde quidem, celsissimis post huius vitae miserias et acerbitates praemiis diuinitus affectum fuisse Iesum, coelestesque sedes occupasse; verum nusquam insignioris huius phaenomeni testes semet et μαρτυρας fuisse profitentur, quum tamen resurrectionis saepissime, quin et istius phaenomeni, quod Matth. 17, 1–9; Marc. 9, 2 sqq.; Luc. 9, 28 sqq. ob oculos sistitur, quodque ascensione in coelum longe inferius fuisse crederes, testimonium suscipiant, 2 Petr. 1, 16–18.

Atque ex his, quae adhuc attulimus, haec ferme consequi videntur:

1. Iudaeos Messiam suam post peracta ea, quae in his terris peragenda erant, in coelos, vnde legatus erat, rediturum, non dubitasse.
2. Iesum, qui hunc se Messiam profitebatur, certissime persuasum fuisse, se post exhaustos vitae humanae labores ad patrem, vnde venerat, rediturum, et δοξα coelesti ornatum iri.
3. Illos, qui Iesu vitam composuerunt, auctores fere omnes resuscitationem Iesu Christi quidem locupletissime,

6) Cf. progr. Ien. Griesbachii supra laudatum.

7) Ex omnibus his locis maxime referre videntur et spectare specialiorem nostram historiam bini illi, qui 1 Tim. 3, 16 et 1 Petr. 3, 22 adsunt: quamquam et illi, sicuti caeteri omnes, generaliorem significationem admittant.

tiſſime, at illud nonniſi breuiſſime narraſſe, Ieſum ad occupandam hanc δόξαν coeleſtem e terris diſceſſiſſe: 8) aſcenſionemque non pari in honore, vt videtur, habuiſſe ac reſuſcitationem.

4. Plenius tamen et hunc e terris diſceſſum narrari a Luca. Etenim caeteri euangeliſtae, Ieſu nonniſi vitam tradituri, ſubſiſtere poterant in enarranda Ieſu reſurrectione, et addendis longius breuius eis, quae poſt eam Ieſu magis minusue memorabilia acciderant; itaque et adſcenſionem, ſi res minoris momenti videbatur, perſtringere poterant leuiſſime: at vero Lucas, vlterius res chriſtianas Theophilo expoſiturus, et illud ſibi negotii incumbere videbat, vt praeteritis ſequentia attexeret: adeoque pari et aequabili oratione plenius narrata aſcenſionis hiſtoria transitum ad ſequentia facit.

5. Apoſtolos id quidem ſibi habuiſſe perſuaſiſſimos, Ieſum poſt mortem reſuſcitationemque diuiniori gloria ornatum fuiſſe (ὑψωθῆναι), adeoque, id quod aliter cogitari nequibat, in coelos euectum, ſedes ad Dei dextram occupaſſe, ſed terminis vti generalioribus, qui, ſicuti ea verba, quae circa haec a Ieſu ipſo profecta a Ioanne traduntur, non premendi

8) De Marco et Luca conſtat: neque de Matthaeo dubitabitur, apud quem c. 28, 20 Ieſu verba nullum alium habere ſenſum poterunt, niſi hunc: etiamſi ſeparanda ſunt ſodalitii noſtri vincula dulciſſima, mihique linquenda terra, tamen" etc. Nonniſi Ioannes, alia, quae poſt reſurrectionem acciderant, locupletius exponens, de diſceſſu ſilet: at idem Ieſum, ſe ad patrem rediturum, ſubinde loquentem induxerat, et nouiſſime c. 20, 17. Nolimus ergo narrationis euangelicae fidem idcirco in dubium vocare, quod vterque Apoſtolus rem omittit, nec niſi ii, qui Apoſtolorum conſortio non interfuerant, eam exponunt. Caſu haec acciderunt, et ex ſilentio nihil ſequitur.

mendi ſunt: nusquam vero aut phaenomenon illud a ſe oculis ſpectatum profiteri, aut in euincenda arguendaque Ieſu Meſſiae dignitate idem ponderis ei tribuere, quod tribuunt reſuſcitationi: imo in recitanda rerum chriſtianarum ſerie auſpicatos eſſe a baptismate Ioannis et ſubſtitiſſe in reſurrectione Ieſu (Act. 10, 37–43; 13, 24–31, alibi).

Et in his quidem ſubſiſtendum eſſe merito dicemus: neque circumſpiciendam aliam auctoritatem eorum, qui ex primis doctoribus chriſtianis poſt aeuum Apoſtolicum de rebus chriſtianis ſcripſerunt [9]).

Sed contemplemur ante omnia illam Lucae narrationem, ad quam dilucidandam haec omnia ſcripta ſunt. Poſtquam Ieſus ex Galilaea Hieroſolymam redierat, congregatis quondam forte ad familiariorem coenam ibi diſcipulis multa de *βασιλεια Θεου*, ab illis iam per gentes praeconio promulganda iniunxerat, eosque finito hoc colloquio verſus Bethaniam [10]) ex

9) Complures eorum vid. ap. *Ammon* l. c. p. 9 ſq. Alii patres rem ornatu rhetorico et poetico induere geſtiebant, v. c. Chryſoſtomus, Athanaſius, qui in orat. de aſſumtione Domini ita habet: *ανηγετο ὁ σωτηρ, εβλεπον δε κατωθεν οἱ μαθηται· νεφας δε τους ποδας ὑποδραμον οχημα προς τον δρομον εγενετο. Ω παραδοξων θαυματων· ὁ αηρ διοδευεται, αιθηρ διαδεχεται, αγγελοι συμπαρατρεχοντες ασμασιν επινικιοις επανηγυριζον.* Inde et feſtis diebus in eccleſia chriſtiana ſolennioribus celebratam eſſe aſcenſionem non eſt quod miremur.

10) Nolimus ergo offendi enantiophania illa, quod Lucas *ἑως εις Βηθανιαν* diſcipulos a Ieſu ductos fuiſſe memorat Luc. 24, 50; quae trans oliuetum ſita 15 fere ſtadiis ab vrbe diſtabat, idem tamen Act. 1, 12 ex olueto in vrbem reuerſos eſſe Apoſtolos tradit, 5–7 ſtadiis ab eadem diſtante. Sed non perueniebant Bethaniam, quia in itinere in oliueto interuenerat

 magnum

ex vrbe eduxerat. In quo itinere quum ad oliuetum peruenissent, inter conuersationes mutuaque colloquia disparuit, secessitque ab illis (διεστη, Luc. 24, 51), et quidem ita, vt efferri in coelum et suscipi seu recipi eo, vnde venerat, videretur, ανεφερετο, Luc. 24, 51, επηρθη, Act. 1, 9, ανεληφθη, Marc. 16, 19. Tradit ergo narratio nostra:

1. sursum latum esse Iesum: id enim, ni vim inferre verbis malimus, voce επηρθη innuitur, neque audiendus videtur S. V. Pavlvs, vir caeteroquin acutissimus sagacissimusque, si το επηρθη synonymum habet τοις: επαρας τας χειρας, vertitque augustior illis, vt olim Matth. 17, et quasi sublimior visus est. Quippe repugnat vocabuli επαιρειν significatio, cuius actiua quidem forma in N. T. dicitur quis επαιρειν οφθαλμους, χειρας, κεφαλην, φωνην, sed passiua seu media tam in N. T. quam apud scriptores Graecos alios, vbi proxima et physica significatio non admittenda est, indicatur fere superbi quid et fastuosi, 2 Cor. 10, 5; 11, 20; Prov. 3, 5; Ael. V. H. 8, 15. Quocirca haec vox επηρθη, me quidem iudice, synonyma habebitur illi, qua in eadem re exponenda in euangelio c. 24, 51 vsus erat idem Lucas, ανεφερετο, et illi,

magnum illud phaenomenon. Sin Bethaniam vere attigisse eos, ibique rem accidisse malimus, regrediebantur per oliuetum, et vel sic plana erunt τα: Act. 1, 12. Sed praestat, in monte haec euenisse credere, sicuti et discessus Mosis in monte acciderat, Deut. 34, 1, in oliueto autem commoratus Iesus erat lubentissime. Cf. de monte hoc, conuenientissimo tanti spectaculi theatro, Paulus Kommentar. Th. 3, S. 939. — Die Sabbathi rem accidisse praeter necessitatem credit Chrysostomus, inductus forte eis quae Act. 1, 12 leguntur. Vnde sequi videtur, diem certum, quo solenniter celebraretur ascensio, nondum constitutum fuisse in prima ecclesia.

illi, qua Marcus vtitur c. 16, 19, ανελήφθη; nisi forte his vocibus inhaerere simul illam notionem malueris, quod *rursus* in coelum sublatus sit, vnde exierat, locum proprium sibi et quasi suum, illi autem vocabulo adiungere notionem ὑψώσεως praetuleris. Caeterum omne spectaculum accidisse legitur

2. βλεποντων αυτων, vt adeo non discessisse solum Iesus (διαστηναι Luc. 24, 51) aut euanuisse dicatur (αφανισθηναι, de Mosis discessu ap. Ios. Ant. Lib. 4. circ. fin.), sed ita discessisse, vt, qui aderant, sursum ferri eum cernerent. Porro

3. νεφελη ὑπελαβεν αυτον απὸ των οφθαλμων αυτων: proinde tam diu eum abeuntem intuebantur, donec interiecta nube dispareret. Sed tam mirabili spectaculo obstupefacti sodales

4. ατενιζοντες ησαν εις τον ουρανον: namque ex improuiso abierat magister, quare diutius praestolantur, defixis in eum locum, quo abeuntem viderant, oculis, opinati forsan, similia euentura illis, quae viderant Matth. 17. Verum ita in locum illum intuentibus

5. ανδρες δυο εν εσθητι λευκη apparent, vt quondam apparuisse credebantur Moses et Elias, qui in coelos profectum Iesum, et e coelis rediturum olim affirmant. — Sic finiuntur omnia; legatique domum recedunt.

Haec ferme sunt, quae a Luca ad nectendam narrationis telam commemorantur, quae nec bene omittere poterat, si Theophilo luculentiorem rerum christianarum enarrationem exhibere animus erat. Siquidem priore volumine Messias ipse splenduerat, posteriore autem eius legati in scenam prodeunt, a Messia ipso iam relictam: proinde ostendendum erat, quo pacto eam reliquerit legatisque suis concesserit. Nec difficul-

difficulter iam perſpicietur, quo conſilio et fine haec ſcripſerit auctor, quippe qui haec ferme ſibi voluiſſe videtur: "Hic fuit Meſſiae finis et exitus ex his terris: ita perfunctus grauiſſimo munere, quod obeundum habuerat, rediit in coelos, vnde exierat, rataque fecit, quaecunque de reditu ſuo ad patrem toties dixerat."

Iam autem duplex ſubnaſcitur quaeſtio, tum quomodo narrationem hanc a Theophilo intelligi et conſiderari voluerit auctor, tum quid de eadem et re ipſa ſtatuendum ſit lectori, ſine vllius opinionis odio ſtudioue accuratius eam contemplanti.

Et de Luca ipſo ſi quaeris, certiſſimus ſum, vere eum et hiſtorice rem ita accidiſſe, ſicuti hic narratur, perſuaſum ſibi habuiſſe: neque id egiſſe, vt aut ad hominum ſuae aetatis ingenia opinionesque deſcendendo ea traderet, quae aliter eueniſſe exiſtimaret ipſe, aut rem ſimplicem coloribus aliunde illitis ornaret oculosque et imaginationem in fidei illius ſocietatem adſciſceret [11]). Miro ergo et inſolito euentu praeter quotidianas naturae leges ex auctoris mente haec acciderunt, neque idem Meſſias, qui tot mira hominumque intellectum vulgarem excedentia patrauerat ipſe, quique mirabili modo, Deo ipſo reuocante, comitantibus auguſtiſſimis naturae phaenomenis, ex mortuis redierat, indignus videbatur, qui eodem frueretur honore, quo inſignitus fuerat et Elias, cuiusque diſceſſus e terris aeque mirum et illuſtre ſpectaculum exhiberet.

Eadem

11) Verba ſunt S. V. *Ammonis*, qui iam inde a factis eccleſiae chriſtianae fundamentis duas de aſcenſione I. C. opiniones obtinuiſſe auguratur, alteram, quae in fide ſimplici abitus I. C. ad gloriam coeleſtem ſubſiſteret, alteram, quae eundem ornatiorem locupletioremque ob oculos poneret, cui tamen ſententiae viri doctiſſimi equidem ſuffragari prorſus nequeo.

Eadem de caussa et ea, quae de viris veste candida amictis addit narratio, ex auctoris mente de *angelis* esse accipienda persuasissimum habeo, vt quibus tanquam instrumentis et organis ad exsequenda mandata illustrandaque phaenomena celebriora ex Iudaeorum dogmatice vtebatur prouidum numen. Nominantur illi hic quidem ανδρες, sicuti et illi, qui apparent Luc. 24, 4 (νεανισκος, Marc. 16, 5): veruntamen praedicata, quae his ανδρασιν attribuuntur, et h. l. εν εσθητι λευκη, et Luc. 24, 4 εν εσθησεσιν αστραπτουσαις, manifesto indicio sunt, de celsioribus angelorum naturis cogitasse hic Lucam, qui humana forma induti florere iuuentutē et praecipuo quodam splendore effulgere existimabantur omnino, et effulsisse dicuntur iisdem paene verbis apud Matthaeum 28, 2. 3; et Ioannem 20, 12. — Et haec quidem, si Lucam ipsum spectaueris, eius mens fuisse videtur: hic verborum, quibus rem enarrat, sensus ac significatio.

Verum ad alteram illam quaestionem quod attinet, quomodo res vere accidisse videatur, mirum quantum dissensisse sacrorum librorum interpretes neminem percellet: neque contra boni interpretis leges peccasse videbitur ille, qui auctoris quidem mentem plane et ingenue ob oculos ponit, sed alia sentit ipse, eaque, quae sentit, argumentis idoneis superstruit. Ac profecto alia senserunt multi in primis nostrae aetatis interpretes, quorum sententias non omnes sed potissimas afferendo commentatiunculam hanc consignemus. Quas quo facilius vno obtutu perlustrare possimus, in tres hasce classes age dirimamus.

1. Sunt ergo, qui omnia, quae hic narrantur, ad mythos referant, parum curantes, num vere acciderint ea, quibusue naturae legibus euenerint. Namque quamlibet gentem, quemlibet rerum ordinem, aiunt habere suas origines, obscurioribus plerum-

que

que tenebris inuolutas, id quod ex originibus nationum Asiaticarum, Aegyptiacarum, Graecarum, Hetruscarum, Romanarum, Septemtrionalium etc. abunde constet, quarum omnium aetas antiquissima mythica sit et fabulosa: quidni eadem et de originibus Hebraeorum in Veteri Testamento et Christianorum in Nouo statuenda esse? Hinc ergo repetunt tot rerum, quae prodigiorum instar in vtroque codice sacro contra naturae leges quotidianas mire euenisse leguntur, caussas et origines: hinc et ea, quae de Iesu Christo, christianae sectae conditore, in coelos sublato perhibentur, quem eodem honore prosequutam esse antiquitatem aiunt, quo tot alios praeclare de suis gentibus meritos, vt eius vitam variis insolitis rerum euentibus omnino illustraret exornaretque, et aeque splendide terras reliquisse eundem effingeret, atque ex eis discesserant Moses, Elias, Castor et Pollux, Hercules, Romulus etc.[12]). Laudant autem sententiae huius

12) De Romulo vide Plutarch. in Numa, Liv. I, 16. De aliis illis prostat locus classicus apud Cic. de Nat. Deor. Lib. 2, c. 24. "Suscepit vita hominum consuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in coelum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor et Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber — hinc etiam Romulus" etc. Apotheoses Caesarum Romanorum sunt notissimae, memoratuque digna sane videntur, quae leguntur apud Sueton. in Octav. c. 100, vbi de morte et crematione Octauii Aug. sermo fuerat: "Nec defuit vir praetorius, qui se effigiem cremati euntem in coelum vidisse iuraret." Cf. *PAVLVS Komment.* Th. 3, p. 940 sqq. et programma *HASSII* supra laudat. qui v. 11 verbis εις τον ουρανον inter ὑμων et οὑτως proscriptis, assentiente, vt videtur, et S. V. *PAVLO Kommentar.* Th. 3, p. 933, ita construit: οὑτος ὁ I. ὁ αναληφϑ. αφ' ὑμων, οὑτως ελευσεται (non reuertet, sed ingre-

huius vindices ſcriptores ſacros, quod haec apte et ad antiquitatis genium accommodate tradiderint, ſiquidem coelum eſſe Deorum ſedem, eosque de coelo deſcendere frequenter eoque redire, et quidem nubibus ſpiſſaque caligine obſitos [13]): angelis autem vt numinis miniſtris carere omnino non potuiſſe hanc ſcenam, ne forte diſcipuli exordium tantummodo ſpectaculi contemplati de eiusdem exitu dubii manſiſſent etc. — Facillimum ſane videbitur, eiusmodi inter hiſtoriam librorum ſacrorum, eaque, quae de aliis gentibus tradunt vetuſtiſſima monumenta, inuenire ſimilitudinem, atque in perſequendis his vlterius, et ad ſingula vsque demonſtrandis elaborare: verum conſiderandum videtur non minus, mythos iſtiusmodi et fabulas nonniſi in antiquiſſima tempora cadere, quae, quia hiſtoricis documentis caeteris carent, ſub mythicae aetatis nomine veniunt: eadem tamen ad rerum Chriſtianarum origines adhiberi poſſe nullo modo; ſiquidem incidunt illae in tempora, quibus ad ſummum culmen eniſa erat humani generis doctrina, et quaecunque gerebantur, in tabulas publicas referebantur aut referri poterant. Quibus ſi obuertunt alii, ipſi reuelationis notioni inhaerere mythici quid, aut falſo haec contendi reſpondemus, aut ſi vera dicerentur, ne reuelationem quidem vllam ſerioribus temporibus euenire potuiſſe exiſtimabimus [14]). Aut ergo voci μυϑος alium ſenſum attribuamus,

ingredietur) εις τον ουρανον, ὁν τροπ. εϑεασ. αυτον πορευομενον.

13) Nubes Deorum ſedes habentur, Exod. 24, 15. 16; Matth. 17, 5; Iliad. ε, 186; Horat. Odar. 1, 2, 31 etc. Cf. Wetſten. ad Act. 1, 9.

14) Cf. FLÜGGE l. c. p. 28. Idem quum explicationem hanc mythicam (quam et amplexi eſſe videntur nonnulli

buamus, et ad istius aetatis nationisque Iudaicae adhibeamus genium, qui vbique locorum signa et portenta circumspiciebat (Matth. 12, 39; Io. 4, 48), nam proprius et genuinus vocis sensus ad haec tempora prorsus non quadrat, aut omnem hanc explicationem missam facimus.

2. Verum adsunt et alii interpretes, qui rem commemoratam vere accidisse concedunt quidem, sed omnino ex naturae legibus volunt accidisse: ab eis autem, qui eam referunt, ea de caussa mirum in modum esse elatam, quod suum ipsorum illi iudicium interponebant: in enarrandis autem his id poscunt quemlibet bonum interpretem, vt a facto nudo et simplici seiungat narrantis iudicium [15]. Quo tamen pacto vere euenerit res, de qua narratur,

nulli summi nominis theologi, e. gr. GABLERUS, *neuest. theol. Journal* 1802, St. 10, p. 414) ad plura genera, allegoricum, poeticum, historicum, psychologicum etc. redactam copiosius exposuerit, argumentisque redarguerit, licebit hic quidem breuioribus esse, et plura desiderantes ad eum ablegare. Egit autem de mythis his § 11 sqq. cf. § 21.

15) Hoc explicandi genus quadantenus et ipsum ad mythicas illas explicationes poterit referri, de quibus supra mentionem fecimus: vocaturque a Flüggio *mythus philologicus*. Summi autem aetatis nostrae theologi huic explicationi suffragantur, AMMON, GABLER, in recens. progr. Seileriani, *Neuest. theol. Journ.* 1799, St. 10, p. 415 sqq. et Ammoniani, ibid. 1802, St. 10, p. 414 sq.; PAULUS, *Kommentar* Th. 3, S. 928 sqq.; THIESS, *Luc. Apostelgesch., neu übersetzt* etc.; ECK, *die Wunder* etc. — De angelis autem illis si quaeris, multa et huc adhiberi poterunt, quae de angelophaniis in resurrectione I. C. accidentibus disserit commentatio: *Ueber die Engel in der Auferstehungsgesch. Jesu*, in EICHHORNS *Bibl.* B. 6, St. 4, S. 700 sqq. Cf. PAULUS *Komment.* Th. 3, S. 873.

ratur, quoad res singulas quidem dissentiunt, in eo tamen conueniunt fere omnes, Iesum cum discipulis Bethaniam pergentem, vbi ascenderat oliuarum montem, longius celeriusque praegressum alios (ἐπήρθη), forte ad preces faciendas, interueniente nube subito disparuisse (ἀφανισθῆναι, Ioseph. de Mose l. c.): discipulos autem, quum nusquam locorum inuenirent, et ne post longissimam quidem similium euentuum, qui acciderant Matth. 17, exspectationem redeuntem viderent magistrum, facillima cogitatione eo esse delapsos, vt eadem accidisse Iesu opinarentur, quae contigisse nouerant Henocho, Eliae, ipsumque sine morte in coelum esse susceptum crederent, quandoquidem ille, vtpote verus Messias, morti non erat obnoxius. Iidem porro interpretes, si, quo tandem se conuerterit Iesus, vbi terrarum commoratus fuerit, quamdiu in viuis manserit, num tandem, vbi, quoue modo diem obierit supremum, quaeruntur, ingenue se id fatentur nescire: sin de angelis illis consuluntur, vel terrae motum vel fulgura cum tonitrubus, quibus sublimioris naturae vocem audire sibi videbantur, vel aliud naturae phaenomenon tropice exprimi arbitrantur, vel omnes istas apparitiones non vere accidisse asserunt, sed aut spectantium oculis nonnisi visione obuersatas esse, aut ad exornatius rem proferendam ab auctore ex istius aetatis genio additas [16]), quando istius aeui auctores angelophaniarum fuerint amantissimi, et, Luca in primis narrante, legatis I. C. fere perpetui comites adhaeserint angeli. Facillime haec fluunt, largimur, neque tantis impedimentis obsita sunt, quantis premuntur multa alia miraculorum ex naturae

16) Veluti Gabler in recens. operis Thiessiani, *neuest. theol. Journ.* 1801, St. 9, p. 256.

turae legibus interpretandorum conamina; nam, quae opponit Seilerus argumenta, nullo negotio poterunt redargui [17]): vt adeo rem ita accidere *potuisse* nemo sane, inprimis nostra memoria, negare ausit.

3. Superest tertia interpretum classis, quae Iesum Christum modo ac ratione a quotidianis naturae legibus longius recedente, spectantibus discipulis, corpore pariter atque anima vere in coelum ascendisse contendunt. Id enim egisse summum numen, cuius prouida tutela et singularis vis in diuino legato iam tum, cum gigneretur, postea in eiusdem vita publica, in eius morte atque in vitam reditu tot tamque euidentibus signis fuit conspicua, vt mors quidem nulla eundem ex terris eriperet, sed adspectabilis eleuatio in coelum duceret, ipsiusque diuina legatio et his insuper ostentis illustraretur, simulque hominibus, modo in sensus oculosque incurrente, demonstraretur, per virtutem et praeclare merita viam ad astra patefactam esse, virtutique, quae in I. C. tanquam numinis ipsius *απαυγασματι* effulgebat clarissime, eandem in coelis sedem deberi, quam occuparet numen. Et haec quidem antiquissima est et a veterioribus interpretibus fere omnibus agnita rei nostrae explicatio, quae et momentum in dogmatice suum exseruit, a qua recedere nemini antea ne in mentem quidem venerat, donec nostra aetas conuellere antiquiora et ad communes quotidianae naturae leges reuocare omnia satius duxit.

Quaenam tamen ex omnibus his explicationibus, quas tripartito distribuimus, quia eo redeunt omnia, vera esse aut ad fidem proxime accedere videatur, nemo facile

17) Vid. GABLER in recens. istius progr. *Neuest. theol. Journ.* 1799, St. 10, S. 418 sqq.

facile ita constituet, vt nulli dubio ambiguitatique locus supersit: satiusque videbitur in eo acquiescere, quod ὑψωθεις ad patrem in coelos abierit Iesus, rataque fecerit, quae toties euentura praedixerat [18]), quam in rimanda et perscrutanda via ac ratione incassum laborare; et lubentissime equidem assentio eis, qui christianam antiquitatem melius egisse credunt, si in generaliori potius ea sententia substitisset, quam το πως oculis conata fuisset obiicere [19]).

Id tamen addidisse licebit, sicuti inuiso nouaturientium nomine insectari eos, qui ab explicatione tertio loco posita recedunt, neutiquam aequi et humani rerum iudicis est, ita neque illos, qui hanc explicationem amplectuntur ipsi, damnandos esse, vt sententiarum opinionumque vindices et patronos, quae nostrae aetati, quae clariore iam luce imbuerit omnia, haudquaquam iam conueniant. Neque enim profecto absurda illi contendunt, summoue numine indigniora: aut enim missa faciemus omnia, quae in

 Iesu,

18) Huc pertinebunt cuncta loca, in quibus talia loquentem eum inducit Ioannes, et illa omnia, in quibus ὑψωθηναι Iesum a Deo, εις δεξιαν καθισαι etc. addunt Apostoli. Nos autem bene memores simus eorum, quae 1 Cor. 15, 50; Phil. 3, 21; 1 Cor. 13, 9 sqq.; Sap. Sal. 9, 13 sqq. etc. perhibentur. Cf. b. *Herder*, *von der Auferstehung*, Abschn. 5, §. 6. in eius *christl. Schriften*. Samml. 1.

19) S. V. *Ammon* in progr. laud. p. 4. "Spectaculo opus erat ingeniis hebetioribus: Schechinae, cuius in Messia illustrando praecipuae partes erant, splendore et gloria praestringi et pasci volebant Christianorum iudaizantium mentes: animae sanctissimae ad sedes aethereas reditus sine adspectabili corporis assumtione in regiones coelestes teneri animo vix poterat ab illis, qui ne sui quidem corporis mortalis in vitae immortalis beatitate perfruenda carere volebant societate."

Iesu, legato div., mirum in modum euenisse perhibentur: aut et hanc in coelum susceptionem neque sapientiae neque potentiae div. repugnare dicemus [20]). Erit tamen omnibus, quicunque hanc fidem tuentur ac propugnant, suadendum vel maxime, vt abstineant et ab omnibus quaestionibus, subtilibus magis et otiosis, quam ad fidem pietatemque augendam aptis [21]), quo tandem pacto corpus contra grauitatis leges ferri potuerit in altum, vbi tandem locorum manserit Iesu corpus, num vbique locorum vsque ad reditum adsit, num ad numinis dextram vere sedeat etc., et ab omni ornatu rhetorico, quo in varias formas historia figuratur, id quod si primis christianorum doctoribus indulgendum erat, at nostrae aetati neutiquam conce-

20) Cf. Flügge, §. 21 sqq., qui de hac explicatione *historico-dogmatica* copiosius egit.

21) Nos vero nunquam obliuiscamur praecepti illius Paullini 2 Tim. 2, 23. Quam vana quaeso et precaria sectantur ii, qui, ne contra naturae leges dixisse quid videantur, aethereo corpore praeditum post resurrectionem Iesum fuisse euincunt, quod suapte leuitate sursum feratur, fere vt Cic. Tusc. Quaest. Lib. 1, c. 17: "terrena et humida suopte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram — feruntur, at partes igneae et animales sursum rectis lineis in coelestem locum subuolant, siue ipsa natura superiora appetente, siue quod a grauioribus leuiora natura repelluntur." Augustin. Retractat. 1, 17. "Solet quosdam offendere, quod credamus assumtum esse terrenum corpus in coelum, — sed spiritale corpus intelligimus" etc. At I. C. corpus post resuscitationem idem fuit, quod antea, corporeum, adspectabile, tractabile Io. 20, 27; Luc. 24, 39, et abitu in coelum demum transformatum est (ηλλαχθη, μετεσχηματισθη) in σωμα επουρανιον (1 Cor. 15, 40), σωμα της δοξης (Phil. 3, 21). Nolimus igitur vti istiusmodi perfugio, quin potius, quae nescimus, ea et nescire nos ingenue fateamur.

concedet eloquentia ſacra: imo potius id agant, vt quae ad fidem in Deum, dignis merita praemiis afficientem, augendam, ad mentem ab inanibus perituri ſaeculi ſtudiis ad coeleſtia et aeterna reuocandam, ad hominem in ſenſus recti, veri et honeſti formandum et ad praeclara facinora exhortandum faciunt, ad ea prae caeteris omnibus aduertant hominum animos. Sed haec eis, qui de praeceptis ethicis tradunt, aut pro ſuggeſtu ſacro loquuntur, relinquenda.

EXCVRSVS II.

De prima festorum pentecostalium celebratione ab Apostolis instituta, deque phaenomenis in ea obuiis, effectuque, quem ea produxerint: ad Cap. II, 1 — 13.

Integer liber scribendus foret, si omnes omnium ab antiquis inde temporibus ad nostram vsque memoriam interpretum sententias de grauissimo hoc et difficillimo loco commemorare atque exactiore trutina expendere susciperemus, quo negotio et supersedere poterimus eo facilius, quod nouissime praeclaram in hac re enumeranda operam adhibuit MEYERVS [1]), cuius

1) De charismate των γλωσσων, cuius praesertim Actor. 2 et 1 Cor. 14 mentio fit, qua recentiores inprimis interpretum hac de re sententiae inter se comparantur, auctore *Io. ANDR. GEORG. MEYER*, in Lyceo Hannov. Collab. (nunc pastor. apud Sarstedtienses prope Hildesiam) Hannov. 1797. — Sed praeterea permulta in hanc rem seorsim scripta prostant, veluti *HERDER, von der Gabe der Sprachen am christl. Pfingstfest*, in eius *christl. Schriften*, 1ste Samml. no. 1; *EICHHORN, über die Ausgiessung des heil. Geistes am Pfingstfest*, in eius *Biblioth.* Band 3, St. 2, S. 225 sqq. et contra eum *STORR dissertatt. in aliquot N. T. loca*, Part. 2 et 3; *SCHMID* (Prof. Vlm.) *über die Gabe der Sprachen am ersten christl. Pfingstfest*, in *PAULUS Memorabilien*, St. 7, n. 2, S. 29 sqq.; *NACHTIGALL, Grund der Verwunderung am ersten christl. Pfingstf.* in b. *HENKII neuem Magaz.* B. 2, St. 3, n. 17; *HEZEL Schriftforscher*, Band 2, St. 1 etc.

ius libellum lectori plura de his doceri cupienti apprime commendamus. Acquiescat ergo opella nostra in eo, vt sententiam, quae de loco perdifficili potissima nobis videtur, luculentius, quam in commentario ipso fieri licebat; vna et continua serie exponamus, addito in calce breuissimo, ni omnium at potissimarum tamen eorum, qui secus sentiunt, opinionum recensu.

Quemadmodum veteriores iam, qui ex Israelitarum natione ad verum vnius Iouae cultum commendandum surrexerant, vates, diuino afflatu agitatos se et Iouae, quem praedicabant, spiritu (רוח יהוה) perfusos professi erant: ita et eos discipulos, quibus sui patrisque sui praeconium post fata sua iniunxerat, eodem spiritu repletum iri, auguratus erat Iesus, atque se ipsum eodem, vt sui suique patris spiritu (πνευματι), discipulos suos impertiturum affirmauerat, et quidem large et effuse impertiturum [2]); afflatu quondam oris, (Io. 20, 22) tanquam imagine testificatus et sensibus admouens, quae maiora posthac et augustiora beneficia ipsos manerent tum, vbi solennius demum ad munera sua essent inaugurandi [3]). Hoc autem πνευμα eadem, ait, quin maiora in eis effecturum, quam רוח יהוה in maioribus effecisset; recta et vera de regno coelesti docturum, sacro et ardentiore, pro re sua quidlibet audendi, omnesque fatorum acerbitates constantissime perferendi, enthusiasmo correpturum, argumenta, quibus coram iudiciis propugnare possent ea, quae tradidissent, nec non

 in

2) Effertur id tropice per εκχεειν, Act. 2, 17; βαπτιζειν, 1, 5; χρισθαι, 10, 38; πλησθηναι, 2, 4; Cf. Io. 3, 34.

3) Nam solenniorem inaugurationem instare promittit, et efficaciorem ea, qua homines, et se ipsum, ad regnum coeleste initiauerit Ioannes baptista, Act. 1, 5; vt quae non per aquam euentura sit, sed per ignem; cf. Ies. 6, 6.

in eis proferendis audaciam (παρρησιαν) et eloquentiam [4]) suppeditarum, in rebus aduersis solatio affecturum, vimque et potestatemque, multas δυναμεις efficiendi ingeniturum, quibus tamquam σημειοις diviniore se πνευματι ferri, sublimiorique tutela suscipi testari possent. Nunc igitur in eo tantum euigilarent, vt mutuo amoris ac concordiae vinculo manerent iunctissimi, vt ne recederent ex vrbe, summorum nuperrime euentuum theatro; sed expectarent, dum rata fierent et impleta, quae iam euentura polliceretur [5]). Illi autem dicto audientes se gerere, et postquam in coelos euectus erat magister, Hierosolymis in vnam eandemque domum conuenire, precibus meditationibusque de rebus grauissimis indulgentes, concordiaque et vnanimi consensu paruae rei incrementa afferre allaborantes. Sed quum praeter duodecim illos, quos in familiariorem Iesus consuetudinem adoptauerat, aliquanto plures in eius consortium venissent iam antea, nil mirum et hos ab Apostolis in societatem assumtos eandem cum illis domum frequentasse, adeoque coaluisse iam tum coetum quendam hominum, qui Iesum sectabantur [6]), quique,

4) Huc et pertinere videtur illud γλωσσαις καιναις λαλειν, Marc. 16, 17, indicans loquuturos eos de βασιλεια ουρανων in posterum non aeque frigide atque antea, neque sui duntaxat lucri ratione habita, sed rectius, verius, disertius, vt qui sacro quodam ardore concitarentur: es würden ihnen gleichsam neue Zungen wachsen. Cf. S. V. *Paulus Commentar. in N. T.* Th. 3, p. 926.

5) Loca, in quibus ea, quae adhuc scripta sunt, prostant, inuenies Matth. 10, 19. 20; Marc. 16, 15 sqq.; Luc. 12, 11. 12; 21, 12 sqq.; Io. c. 14 — c. 16 passim; Actor. 1, 3 — 5 etc.

6) Ad plus quam 120 hominum numerum iam tum excreuisse societatem, discimus ex Act. 1, 15 (vtriusque sexus,

quique, quod doctrinae auctor et magister primique eius discipuli Galilaea oriundi erant, Galilaei vocabantur omnes, nomine, quod, quia stultitiae et ineptiarum notio adhaerebat, haud admodum decorum habebatur [7]).

Accidit autem, vt quum sacra pentecostalia rite celebranda instarent, hi sodales, qui modo frequentius modo parcius conuentus in ista domo celebrabant, confluerent omnes: iamque celebrantibus auita sacra en subito apparet magnum illud spectaculum, de quo agendum nobis est, summorum et paene incredibilium euentuum ferax. Suboritur ingens tempestas: vehementissimus turbo domum ingenti strepitu complet: sequuntur fulgura, iamque rata sunt et effecta omnia: adest magnum illud temporis momentum, quod iamiam adfuturum cecinerat Iesus: altius effertur mens, spretisque rebus mortalibus et caducis praesentius numen agnoscit: occursant variae imagines et simulacra, quae adesse numen, vimque suam et πνευμα coelitus demittere testantur [8]). Iamque

sexus, Act. 1, 14, variisque gentibus oriundorum, vti ex sequentibus apparebit), collat. c. Act. 2, 1, vbi voce ἁπαντες indicari videtur, tum quidem, quum Apostolus Matthias sufficeretur, ad 120 adfuisse, hoc autem festo die *omnes, nullo excepto.*

7) Vid. Io. 1, 47 et *Wolf.* in curis ad istum locum. Primo autem Galilaeorum nomen adhaesisse omnibus hominibus christianis, antequam χριστιανοι audirent, Act. 11, 26, vid. *Eichhorn Bibl.* B. 3, p. 247, not. h. *Reland in descript. Palaest.* p. 184.

8) Omnia istiusmodi phaenomena praesentiorem numinis vim arguere credebantur. Habac. 4, 3; cf. ad Act. 4, 31; Ioseph. Ant. 7, 4, 1: neque vel tum abiecerant Iudaei et ne Apostoli quidem opinionem, adventum numinis signis et ostentis arguendam esse. At ambiguitas vocis πνευμα quod, aeque ac רוח, *spiritus,*

que non legum se Sinaiticarum amplius memoriam celebrando hoc festo recolere, quod post Iesu abitum ex omnibus primum sequebatur, sed nouum rerum ordinem a Iesu inductum adire, nouoque quasi sacramento obligari sibi videbantur, aduenisse iam rati felicissimorum temporum primordia, reducemque aetatem auream, quam redituram olim cecinerant vates [9]). Tali modo πνευματι imbuti et perfusi, sed non Iouae solum, vt quondam Moses, verum Iouae, Dei patris, et Iesu filii πνευματι perfusi, atque, vt quondam magister ipse, Luc. 3, 21 etc., ad obeunda sanctissima munera solenniter initiati, celsissimarum iam rerum sensu impleri, gaudio immenso accendi, sacro enthusiasmo corripi. Neque iam, vt antea, secundum

ritus, etiam *ventum* denotat, facilius eos credere faciebat: isto vento πνευμα illud in se aduentasse. Annotat haec BOLTEN Vers. Act. Ap. ad h. l.

9) Vlterius hunc locum persequutus sum in singulari commentatione: *Ueber die von den Aposteln begangene Feyer des ersten nach der Auferstehung Jesu eintretenden jüdischen Pfingstfestes, und über die Wirkungen, die durch die Erscheinungen an diesem Feste in den Aposteln hervorgebracht wurden;* in: *Beyträge zur Beförd. der theol. Wissenschaften, insonderh. der neutestamentl. Exegese,* Band 1, St. 1, S. 127 sqq. vbi duplici potissimum modo conspicuam in istis phaenomenis prouidentiam diuinam fuisse ostendi, ad discipulos a vanis et terrestribus regni Messiani exspectationibus ad veriora traducendos, *tum* quod primum festum, quod ex religionibus Iudaeorum post Christi e terris discessum agendum obuenerat, erat pentecostale illud, in memoriam conditae constitutionis Mosaicae a natione celebratum, *tum* quod eadem tunc phaenomena apparebant, quibus quondam insignita erat legislatio Mosaica; vnde eo promtius eo delabi poterant discipulorum mentes, praeteriisse iam antiquiora, nouumque rerum ordinem diuinitus orbi terrarum esse illatum etc.

cundum auitum morem in lingua Hebraeorum sanctiore festum celebratur, sed neglecta est; siquidem sanctissimus concitatae mentis ardor non teneri se eiusmodi vinculis patitur, sua quisque et patria lingua et dialecto sursum fertur, atque ad preces Deo fundendas abripitur. Et quia ex variis terrarum gentibus complures ad istum coetum accesserant, variis linguis hymni canuntur, clamorque eorum, qui concitata mente loquuntur, varius redditur: ad quem concurrit plebs et turba hominum, qui ad sacra pentecostalia celebranda tunc temporis ex pluribus gentibus in vrbe aderant frequentissimi, et ad sacra tendentes praeteribant οικον, in quo congregatus erat consessus. Qui quum nescirent, quid sibi vellet iste furor, partim obstupefacti, homines, quos non nomine solum sed et natione Galilaeos omnes crederent, variis tamen dialectis vti, diuinam vim agnoscunt, atque ad illorum partes protinus transeunt, partim indignabundi, quod inuisae sectae sodales confuso clamore profanare non erubescant festissimam diem, ebrios eos existimant et irrisui habent, donec, vnde acciderint et quo tendant omnia, a Petro edocti, assentiunt et ipsi, et ita ad ter mille hominum coetui aggregantur.

Ita facillime quidem fluere apparent omnia, neque admodum multis difficultatibus premi, quae, tametsi ordine et legibus naturae receptis euenisse videntur, manifestissimo tamen prouidi numinis documento erunt, omnia ita moderantis et attemperantis, vt sapientissimis suis consiliis exsequendis concinerent[10]).

Sed

10) Non sunt noua haec, fatemur, aut inaudita, sed iam a pluribus, quorum nomina not. 1 memorata sunt, prolata. Antiquior quidem sententia qualis fuerit, neminem latet. Sed et in noua hac opinione formanda argumentisque commonstranda, quoad

Sed iam ad singula, quae paucis his indicauimus, momenta attendendum erit.

1. Principio igitur multitudo eorum, quibus haec apparuerunt, numerum duodenarium longe excessit. Neque enim illi duodecim tantummodo, quibus familiarius vsus erat Iesus, sed et septuaginta illi, qui commemorantur Luc. 10, 1, quotquot eorum adhuc in viuis erant aut tunc temporis Hierosolymae degebant, et omnes omnino, qui Iesu Christo iam nomina dederant, mares et feminae (Act. 1, 14; 2, 17), praeceptis abeuntis magistri morem gerentes, ὁμοθυμαδον ησαν επι το αυτο, et maius quoddam ad perpetuitatem vinculum iunxerant[11]), et ad ducentos fere excreuisse videntur (supr. not. 6).

2. Erant autem ii, qui hunc coetum efficiebant, Iudaei, partim Hierosolymis aut ex caetera Palaestina oriundi, linguamque Palaestinensem Aramaicam loquentes, partim in aliis orbis terrarum partibus, Asia, Pamphylia, Arabia etc., in quibus omnibus Iudaei degebant, nati, qui postea, sicut amant homines

quoad res singulas minores, in diuersa abeunt eius patroni, id quod neminem mirum habebit, aut sententiam omnem damnare prorsus et proscribere inducet. Nos vero et in hac re, sicuti et in eis, quae excurs. 1 scripsimus, et scribemus exc. 5, bene teneamus praeclara illa verba *CICERONIS* de vniuersitate, p. 269, edit. Francof. 1590. "Quocirca, si forte de Deorum natura ortuque mundi differentes minus id, quod habemus animo, consequimur, vt tota dilucide et plane oratio ornata sibi constet, et ex omni parte secum ipsa consentiat, haud sane erit mirum: contentique esse debebitis, si probabilia dicentur: aequum est enim meminisse, et me, qui disseram, hominem esse, et vos, qui iudicatis: vt si probabilia dicentur, nil vltra requiratis."

11) Vid. *EICHHORN Ueber d. Ausgiess. d. heil. G.* Bibl. B. 3, S. 228.

mines in vrbem capitalem confluere, Hierosolymam se receperant ibique sedem fixerant, loquentes non tam Palaestinensem, quam patriam linguam et dialectum. Namque et ex his, non ex Palaestinensibus solum, ad illum coetum accedere potuisse homines existimari potest, tum quia, qui aliunde veniunt, nouitate rerum, quae in vrbe celebriore accidunt, percelluntur fortius, tum quia in his fuisse plurimos homines ευλαβεις, Messiae sectatores, diserte testatur narratio (vid. Comment. ad 2, 5), qui ob id ipsum, quod rebus ad Messiam pertinentibus lubentissime occupabantur, facilius amplectebantur eorum; qui Messiae se veri asseclas profitebantur, consortium.

3. Nihilominus tamen omnes, qui in coetum istum coaluerant et festum pentecostale tum celebrabant, nominabantur Galilaei, quia sectae auctor et magister, et primi eius discipuli ex Galilaea ortum duxerant: perinde atque et nobis moris est, nominare verbi caussa exercitum Gallicum, Belgicum etc. etiamsi singuli milites intersint, aliunde adlecti.

4. Conuenerant autem ad sacra pentecostalia celebranda vel in iisdem aedibus priuatis, vbi post Iesu discessum quotidianos conuentus celebrare consueuerant, vel in templo. Priorem quidem sententiam amplexus eram antea (vid. Commentar. ad c. 2, 1 fin.), inductus vocibus, οικος, c. 2, 2 distincta ab ιερῳ c. 2, 46; ὁμοθυμαδον επι το αυτο, c. 2, 1 coll. 1, 14; καταμενοντες, c. 1, 13, neque facile Iudaeorum sacerdotes concessuros fuisse opinatus, vt in templo conueniret secta Iudaeis inuisa. Verum posterior tamen sententia, quum prelo iam illa excusa essent, potior visa est, siquidem hora tertia matutina haec acciderunt, c. 2, 15, solenni illa hora precandi, c. 3, 1, qua quidem hora nemo facile sine impie-

impietatis nota a sacris publicis abesse potuit [12]), et minime omnium abfuisse credendi sunt Apostoli, quos assidua religione frequentasse templum testatur idem Lucas, Luc. 24, 53; Act. 2, 46; 3, 1; tum si in templo haec, moderante numine acciderant, splendidiora omnia et illustriora reddebantur et ad animos permouendos efficaciora. Habebat autem templum plures cellas seu oecos (Hallen, Saale), [13]) eosque ita amplos et spatiosos, vt plura hominum millia capere possent, quot ὑπερῷον aedium priuatorum vix cepisse credendum est: ibi porro conuenientius alloqui multitudinem poterat Petrus, quam ex superiore aedium parte ad eos, qui infra stabant, deorsum verba facere: iamque plures se in ipso illo clamorum momento societati adiungere poterant aliunde, quod vix factum fuisset, si in superiores aedium partes eis fuisset scandendum. Iudaeorum autem sacerdotes templique praefectus non excludebat eos aditu in templum, quia nondum mali quidquam ex hac secta suspicabatur: illud porro καταμενοντες, c. 1, 13 non indicat perpetuo adhaesisse Apostolos illi domui, cui vel c. 2, 46 refragatur, sed longius in tempus eam domum ab eis fuisse conductam, vel hanc domum fuisse locum, in quo manserint, Hierosolymis manere a Iesu Christo iussi, ipsosque manendo in hac domo satisfecisse eis quae de manendo in vrbe mandata is reliquerat. Proinde c. 1, 13 de priuatis quidem aedibus accipienda sunt, neque ibi de ὑπερῴῳ templi cogitandum: at hic, inter festi solennia, in templi conclaui quodam conuenisse apparent. Sed vtro in loco

12) Vid. *CAPELLUS* in *Specileg. obseruatt.* ad Act. 2, 2.

13) Ioseph. de templo Salomonico, Ant. 8, 3, 2: *περιῳκοδομησε δε του ναου εν κυκλῳ τριακοντα βραχεσιν οικοις, οἱ συνοχη τε του παντος εμελλον εσεσθαι — εξωθεν περικειμενοι.*

loco haec euenerint, nil attinet [14]). Maiora sunt et grauiora, quae de phaenomeno ipso iam excipiunt. Siquidem

5. congregatis ibi nouae societatis sodalibus non opinato auditus est ηχος εκ του ουρανου, ὥσπερ φερομενης πνοης βιαιας, quod de vehementiori procella et tonitru simul explicari potest, quoniam ingruente tempestate procella antecedere solet [15]). Iisdem apparebant fulgura. Sed quia haec ipsa phaenomena naturae, quae praesentioris numinis signa semper habebantur, vt aduentantis iam πνευματος [16]), quod pollicitus erat Iesus, nuncios contemplabantur, phantasiae indulgentes maius quid audire et videre sibi videbantur, quam, quae per tempestatem vulgarem euenire solent: signa diuina et

14) Plures vtriusque sententiae patroni vtrinque stant. Priuatas aedes innui credit *Wolfius*, *Semler*, *Michaelis*, *Eichhorn*, *Paulus*, *Rosenmüller*: at de templo sermonem esse volunt *Schöttgenius*, *Bengelius* in Gnomone, *Krebsius* Observ. Flav. *Morus* in excurs. ad c. 21, 2. (ad v. 41) alii. Cauendum tantummodo erit, vt ne eodem in loco haec accidisse credamus, in quem reuersi esse leguntur c. 1, 13. Cf. *Meyer* in *commentatione supra laud.* § 17.

15) *Thiess* in Commentario non tempestatem vulgarem (*Gewitter*) accidisse credit, sed vehementiorem ventorum impetum: "*Es ist in jenen Gegenden nichts ungewöhnliches, dass ein heftiger Windstoss nur eine gewisse Gegend oder ein einzeln stehendes Haus trifft. Solche Windstösse pflegen elektrisch zu seyn, und es zeigen sich bey ihnen elektrische Funken. Diese pflegen im Zimmer hin und her zu gehen, zu scheinen, setzen sich auch wohl auf Menschen.*"

16) Πνευματος symbolum ignem esse ad vim et efficaciam ostendendam notum est, 1 Thess. 5, 19; 2 Tim. 1, 6.

et coelestia, qualibus ad munus sanctissimum inauguratus olim erat Iesus, Matth. 3, 16. 17; Marc. 1, 10. 11; Luc. 3, 21. 22; Io. 1, 32, iamque inaugurandi erant et ipsi. Proinde obscurius loquitur oratio, ηχος ὡσπερ ανεμου, γλωσσαι ὡσει πυρος, q. d. audire sibi videbantur nescio quid, strepitum quendam, similem illi, qui ingruente magna procella, accidere solet, et videbantur sibi videre [17]) nescio quid, extremitates quasdam et lingulas, quales solent adesse in flammis. Erat ergo vere tempestas ex naturae legibus accidens, et oecum illum, vel locum prope eum fulmine tangens, vt turbinis vehementia et fulguris splendor omnem cellam implere dici posset: at maius quid et insolitum coelo in terras delabi existimabat animus commotus et sede sua quasi deiectus. Vtut tamen acciderit, vtrum e coelo ingruerit tempestas, an per imaginationem tantummodo sub oculis posita sit, certe hoc phaenomeno, tanquam rei corporeae simulachro,

6. Εκαθισεν εφ' ἑνα ἑκαστον αυτων illud πνευμα ἁγιον, et ita perfectum et absolutum erat solennioris inaugurationis opus. Ad quod dilucidandum commodissima sane via incedemus, si, quod vltro se offert, narrationem de Iesu per Ioannem baptizato huic nostrae comparamus. Baptismo inaugurauerat ad nouum rerum ordinem Ioannes, baptismo inauguratus erat et Iesus: baptismo inaugurandi erant et discipuli, non tamen aqua, sed fortiori, spirituali et

17) Ωφθησαν αυτοις, vt Matth. 17, 3, non εν αυτοις. Sed illorum iam dudum explosa est sententia, quibus linguas in oribus Apostolorum bifidas et diuisas fuisse placet. Wetsten. "Flammula ignis repraesentauit linguam bifidam, signum doni linguarum Ies. 5, 24." Quae hinc de vocibus διγλωττος et bilinguis a Wetstenio exempla afferuntur, omnino huc non quadrant.

et igneo baptismo, Actor. 1, 5; Luc. 3, 16; adstrepente et hic eodem numine suumque πνευμα impertiente, vti acciderat in Iesu initiatione. Ibi quidem eadem fere signa coelestia ostenduntur, ανοιγονται, σχιζονται οι ουρανοι; hic ηχος auditur et γλωσσαι πυρος conspiciuntur: ibi καταβαινει το πνευμα ὡς περιστερα [18]), και μενει (Io. 1, 32. 33.) επι Ιησου, hic καθιζει, insidet, επιπιπτει, Act. 10, 44, illabitur animis, Virg. Aen. 3, 89, נחה, Ies. 11, 2; 61, 1. (Cf. Commentar. ad c. 2, 3, quibus adde Iamblich. de mysteriis Sect. 3, c. 6. ὁραται τῳ δεχομενῳ (sc. πνευμα) το του πυρος ειδος προ του δεχεσθαι), et quidem εφ᾽ ἑνα ἑκαστον αυτων, nullo omisso, sine discrimine sexus, aetatis, nationis, quia vniuersis gentibus patebat ad nouum rerum ordinem aditus [19]): ibi πληρης ἁγιου πνευματος Iesus ex Iordane reuertitur Luc. 4, 1: hic επλησθησαν discipuli πνευματος ἁγιου c. 2, 4, et quidem ἁπαντες, quia insederat in vnumquemque eorum qui aderant.

Sed eam ipsam ob caussam, quia plures hic initiandi erant (non, vt ibi, Iesus vnus), illud, quod e coelo κατεβαινε et εκαθισε et εμενε in omnibus, alia quadam specie descendens cerni debebat, et, quum ex vno eodemque coelo delaberetur, postea tamen *diuidi* et *segregari*. Videre ergo sibi videbantur non solum fulgura de coelo delabentia, sed ita delabentia, vt, quum vno radio e coelo emer-

18) Id est forte: tam repente et inopinato, vt columba, quae et *celeritatis* imago est; vid. Ven. GOERZ: *Ueber die Taufe Jesu*, in meis *Beyträgen zur Beförder. der theol. Wissensch. insonderh. der neutest. Exegese*, Band 1, St. 2, S. 117 sqq.

19) Vid. S.V. PAULUS in progr. de consilio, quo scriptor. in Act. Ap. concinnandis ductus videtur, p. 11.

emersissent, postquam intrauerant cellam, in plures tanquam ramulos dissecarentur, quorum singuli singulorum capitibus insiderent; id effertur ωφθησαν αυτοις non solum γλωσσαι sed διαμεριζομεναι [20]) γλωσσαι. — Adhuc expositus erat actus inaugurationis ipse: iam eius effectus sequuntur.

7. Repleti ergo eo πνευματι, quod eis affuturum promiserat Iesus, ηρξαντο λαλειν ἑτεραις γλωσσαις. Ad quae clarius demonstranda per singula incedendum erit, videndumque, quid sit γλωσσα, quid γλωσσαις λαλειν, quid γλωσσαις ἑτεραις, quid denique γλωσσαις καιναις λαλειν.

a. Γλωσσαι quidem sunt: α) vocabula vel peregrina vel obsoleta et insolentia. Plutarch. de audiend.

20) Licebit, opinor, explicationem hanc nouam appellasse; nusquam saltem eam inueni. Nam quod Lamb. Bos exercitatt. sacr. p. 67 ap. Wolf. in curis ad h. l. ait: non solum flammas ignis, sed integras linguas, siue igneas figuras ignearum linguarum numero duodecim visas fuisse, alio tendit. Vulgaris quidem explicatio est, dissectas et igneas apparuisse Apostolorum linguas, quod ob ea, quae not. 17 scripta sunt, ferri nequit, vel: flammulas illas electricas huc illuc agitatas fuisse, quod tamen voce διαμεριζεσθαι parum indicatur. Illi autem locum iam per se satis perplexum impeditiorem praeter necessitatem reddere videntur, qui has igneas γλωσσας respicere credunt ad γλωσσας illas, quibus mox loquuti esse dicuntur. Sed casu profecto haec acciderunt: siquidem ignis extremitates *linguae* ob formae et motus similitudinem comparari consueuerunt, cf. לְשׁוֹן אֵשׁ, Ies. 5, 24, latineque et *lambere* flamma dicitur, Virg. Aen. 2, 684; Horat. Satyr. 1, 5, 74 etc.: tum dialectus et idioma, quo loquimur, apud multas gentes sub *linguae* nomine venire solet. BOLTEN: "*die Zweydeutigkeit des Worts* לָשׁוֹן *macht, dass man sich unter den um sie herumfahrenden Blitzen eine ihnen zugetheilte Gabe verschiedener Sprachen dachte.*"

audiend. poet. Tom. 6, p. 78, edit. Reisk. vocabula istiusmodi nominat τας λεγομενας γλωττας. Diodor. Lib. I, p. 311, edit. Wesseling: το γαρ ενθεαζειν κατα γλωσσαν (ex obsoleto dicendi genere) ὑπαρχει (vocatur) σιβυλλαινειν. Aristot. poet. c. 21: λεγω δε κυριον μεν, ᾧ χρωνται ἑκαστοι, γλωτταν δε, ᾧ ἑτεροι· σιγυνον Κρητοις κυριον, ἡμιν δε γλωττα (nostrum: ein *Provincialismus*). Eodem fere redit nota nobis significatio vocis: *glossarium*. — β) vocabula poetica, rhetorica, tropica, quibus vtimur, si a quotidiano et humiliori dicendi genere recedendo altiora petimus. Hinc Aristot. de art. poet. c. 21 iungit γλωτταν και μεταφοραν — το παρα το κυριον, quod a proprio loquendi modo diuersum est, hominibus ea non imbutis obscurum, nec nisi per interpretem ἑρμηνευτην intelligibile, qui linguam secretiorem in quotidianam transuertere callet, 1 Cor. 12, 10. 30. Quintil. Inst. orat. Lib. I, c. 5: "Circa glossemata etiam i. e. voces minus vsitatas non vltima eius professionis diligentia est." Eadem oratio vocatur figurata, εσχηματισμενη [21]).

b. Apparet hinc, quid sibi velit το: γλωσσαις λαλειν, nimirum: loqui ratione a quotidiano dicendi genere recedente. Fieri autem id potest vario modo, atque indubie accidit et eis, quibus sacro igne incaluit animus, et concitatiore sermonis

X 2 impetu

21) Debeo haec industriae Ven. MEYERI, qui in libro supra laudato et alia multa ad explicandum locum difficillimum attulit, et in eo potissimum praeclare promeruit, quod sensum, quem iam alii τοις: γλωσσαις λαλειν indiderunt, ex vsu loquendi scriptorum classicorum euictum dedit. Conf. et de voce γλωσσα, deque Hebraeorum circa haec opinionibus ideisque HERDERUS l. c. Abschn. 3, §. 5 - 18.

impetu feruet, id quod in oratorum, poetarum, vatumque [22]) sermone cum primis conspicuum est. Idem accidit et Apostolis h. l. et aliis ad christianam fidem conuersis postea: quippe qui diuino numine perfusi non vsitato nec tenui ferebantur (Horat. Od. 2, 20) sermone, diuinam maiestatem celebrantes (λαλουντες τα μεγαλεια Θεου, Act. 2, 11), sed maius quid et celsius spirabant [23]). Occurrit hoc Act. 10, 44; 19, 6 et maxime 1 Cor. c. 12. c. 14, qui locus omnino classicus habendus est.

c. At γλωσσαις ἑτεραις λαλειν nil est nisi species eiusdem generis, quod omnino vocatur γλωσσαις λαλειν: neque id summum rei momentum et caput tangit, sed non nisi hoc loco, Act. 2, occurrit, atque ex eis explicandum est, quae hic tantummodo euenisse leguntur. In festis celebrandis vtebantur Iudaei non lingua Palaestinensi quotidiana [24]), sed veteriore, Hebraica sacra:

22) Hinc προφητευειν et γλωσσαις λαλειν synonyma fere habenda sunt (c. 19, 6) 1 Cor. 14, 1 coll. 2. Cf. *Bardili* de significatione primitiua vocis προφητης. Götting. 1786.

23) Vid. et de hoc potissimum loco *Meyer* in comment. laudata; *Bardili* l. c.; *Eichhorn Bibl.* Band 1, St. 5, S. 775; Idem *über die Geistesgaben der ersten Christen*, ibid. B. 2, St. 5, S. 757; et contra eum *Storr*: Notitiae historicae epistolarum Pauli ad Corinth. interpretationi inseruientes, Tubing. 1788. et in *Neu. Repertor. für bibl. u. morgenl. Litter.* Th. 3, S. 281; *Paulus* ibid. Th. 1, S. 266 sqq.; Th. 2, S. 273 sqq. De donis Sp. S. extraordinariis, auctore *I. Ph. Kurzmann*, Götting. 1793; *Nösselt* de Sp. S. primis Christianis ab Apostolis tradito, Halae 1798 etc. Cf. quae de Hanna 1 Sam. 1, labia mouente ad haec illustranda disputauit Ven. *Ammon* in *Eichh. Bibl.* B. 6, St. 3, S. 467 sqq.

24) Vid. *Pfannkuch* in differt. in commentar. ad 1, 19 laudata.

ſacra: eadem indubie, antequam phaenomenon illud erat viſum, vſi erant et hic Apoſtoli et caeteri diſcipuli omnes, qui ad celebranda ſolemnia in templi cellam confluxerant. Poſtea vero quam ſpiritu ſe diuino ſenſerant impelli, ſacro furore correpti non iam curant iſtam linguam ſanctam, ſed pronunciant verba eo ſermone, qui vnicuique ſolitus et patrius erat, ergo Palaeſtinenſes vtuntur διαλεκτῳ illa Palaeſtinenſi, Cretes lingua Cretenſi, Romani latina etc. [25]), neque enim iam *ipſi* ſunt, qui loquuntur, vt ritus religioſius ſeruare conentur, ſed πνευμα verba ſuppeditat et patrio ſermone loquentes efficit, καθως, (*namque, prout,* vid. 2, 4, fin.) πνευμα (erat, quod) εδιδου αυτοις αποφθεγγεσθαι. Haudquaquam praeter naturam haec acciderunt, quippe mens furore concitata ſpernit ac reſpuit normam, ad quam dicenda agendaue dirigat; nec magno momento habita ſunt illa quidem; ſiquidem id agebatur, vt ſacro igne incalerent, idque γλωσσαις (enthuſiaſtico ſermone) loquendo teſtarentur: quanam vterentur lingua, num Aramaica an peregrina, parum curabatur. Quapropter neque vnquam huius rei mentio fit ab Apoſtolis, ne in oratione illa Petrina quidem, quae Cap. 2, 14 ſubſequitur, vbi προφητευσαι quidem praeſentes, i. e. cum ardore et enthuſiaſmo locutos eſſe, γλωσσαις λαλησαι, profitetur Apoſtolus, nullo autem verbo ἑτεραις γλωσσαις loquutos eſſe teſtatur,

 quod

25) Diſputatum eſt, vtrum diuerſis vnius eiusdemque linguae Hebraeae dialectis, an vere diuerſis linguis loquuti ſint. Mihi vtrumque videtur; audiebatur idioma Hieroſolymitanum, Galilaeum etc. ſed et audiebatur lingua Romana, Graeca et ea ipſa ex variis dialectis.

quod magnum et graue et prodigii inſtar habendum eſſet.

d. Illud denique γλωσσαις καιναις λαλειν, quod legitur Marc. 16, 17, nihil aliud infert, quam nouo ardore et ſtudio loqui: quo loquuturos eſſe diſcipulos de βασιλεια ουρανων auguratur Ieſus, ſi πνευματι diuino perfuſi, miſſis, quae de condendo in his terris regno Meſſiano hucusque fouerant, exſpectationibus mortalibus et caducis, rectiora et veriora ſentirent, adeoque eandem βασιλειαν ſtudioſius et acrius, ad Ieſu ipſius exemplum commendarent. Loquuturos eos eſſe ait Ieſus γλωσσαις, i. e. cum ſtudio et enthuſiasmo, et quidem καιναις, quia eiusmodi ſtudium inſolitum ad iſtum diem diſcipulis et inauditum erat.

Hinc apparet, effectum, quem per πνευμα protinus in praeſentium mentibus prolatum verba v. 6 και ηρξαντο λαλειν ετεραις γλωσσαις teſtantur, nullum alium fuiſſe, niſi eum, vt beneficia maieſtatemque diuinam, quam adhuc lingua ſancta celebrauerant, lingua extollerent ſublimiori, animumque ſacro ardore et igne concitatum teſtificante, et quidem ea lingua dialectoque, quae cuiuis patria erat et vernacula. Ita autem accipiendam eſſe huius rei narrationem ipſe eius auctor ſubindicare videtur, vt qui addit

8. V. 5. Ησαν δε εν Ἱερουσαλημ κατοικουντες — — ουρανον, quibus haec ferme indicantur: Hieroſolymis et omnino degunt et aderant maxime illis feſtis diebus homines ex variis admodum terrarum gentibus, quorum alii iam antea ſe Apoſtolorum ſocietati iunxerant, alii, et vt videtur plurimi, coetum illum diuiniore ardore abreptum conſpicati, in eundem enthuſiasmum delabebantur, vnde, haud ſecus quam

quam par erat, non γλωσσαι solum sed ἑτεραι γλωσσαι audiebantur. Caetera vide in commentario exposita.

9. Sed quoniam nesciebant illi, qui festo illo die circa templum congregati erant frequentissimi, atque ad immensum istum clamorem accucurrerant, ex variis gentibus confici illum coetum; Galilaeorum, quod sectae erant, gentis potius nomen esse rati, summa admiratione percelluntur, quod suam quilibet linguam suum idioma [26]) prolatum audiret, quodque non solum illa μεγαλεια Θεου, quae festis temporibus canebat quilibet Iudaeus, sed maiora iam μεγαλεια, quae per Iesum Messiam manifestasset numen, laudibus illi extollerent. Neque iam mirabimur aut inuidiae et crimini habebimus ambiguitatem

26) Neque illa απο παντος εθνους των ὑπο τον ουρανον, v. 5, neque ἑκαστος v. 8, neque catalogus ille v. 9-11 nimis ad viuum resecandus erit. Appositissime monet *Herderus: von der Gabe der Sprachen am ersten christl. Pfingstf.* Abschn. 1, §. 9, exhiberi hic quasi mappam geographicam omnium in terrarum orbe prouinciarum, in quibus Iudaei tum degebant, qualis et apud *Philonem* legat. ad Caium p. 1031 a rege Agrippa coram imperatore Romano exhibetur. Proinde τα: v. 9-11 in fluxu orationis, vt fieri assolet, pronunciata, haec ferme sibi videntur velle: "qualis quaeso linguarum dissonarum concursus! ex omni terrarum orbe congregatos hic homines crederes, inde ab ortu solis (Παρθοι, Μηδοι etc.) vsque ad occasum (Λιβυην, Κυρηνην) inde a Septemtrione (Καππαδοκια, Ποντῳ) vsque ad Austrum (Αιγυπτος)." Plures autem istarum prouinciarum e. gr. Phrygia, Pamphylia etc. vna eademque lingua loquebantur. Quod si cum b. *Zieglero* aliena manu adpicta fuisse τα v. 9-11 statues, omnis per se difficultas dilabitur.

gnitatem eorum et ἀπορίαν [27]), et ne illud quidem, quod rerum, quae acciderant, prorsus ignari, ebrios eos habent.

Et his quidem propositis atque enumeratis sententiae nostrae rationibus nostrum iam foret audire, quid sentiant alii, quibusque argumentis ea, quae scripta sunt adhuc, oppugnant, refellere ea atque redarguere. Sed ecquis non perspicit, ea si commemorare velimus omnia, in quam infinita rerum exponendarum copia nobis foret versandum? Quocirca non nisi potissima eorum, quae praetermitti non bene poterunt, delibabimus, plura legere cupientes ad dissertationem Meyerianam ablegando.

Protinus ergo, vt hinc ordiamur, nisi duodecim Apostolos solos, attamen illos duntaxat spectaculo illi interfuisse statuunt, qui, Iesu Christo adhuc in vivis versante, ad nouum rerum ordinem accesserant, Galilaeos omnes (c. 2, 7), omnes eo linguae Palaestinensis idiomate loquentes, quod in Galilaea (Marc. 14, 70) florebat. Susceperunt autem sententiam hanc, quae inde ab antiquiore memoria fere sola obtinuit, et nostra aetate ii, quicunque singulari quodam numinis dono praeter naturae leges facultatem, in quacunque tandem lingua loquendi, primis christianis concessam esse arbitrantur, id quod nouissime omnium propugnauit S. Ven. STORR [28]).

At

27) Τι αν θελοι τουτο ειναι; *quid hoc sibi vult?* non: *quorsum haec euadent?* vt quidam vertunt; quod et ipsum varium sensum habere potest: v. c. quid accidet futuris temporibus, si parua illa secta iam nunc in primis incunabulis tales motus concitat, sacramque linguam profanis posthabet?

28) Dissertatt. in N. T. aliquot loca P. II; contra *EICHHORNIUM*, qui tamen argumenta Storriana refellit in *Biblioth.* B. 3, S. 1063 – 1068.

At de phaenomeno ipso dici vix potest, in quam multas, quamque diuersas sententias secesserint interpretes. Negant quippe, fuisse eiuscemodi, quale ex legibus naturae occurrat: negant turbine et procella correptam domum: negant aut audita fuisse tonitrua aut fulgura conspecta, sed accidisse quid, quotidianis in rerum natura euentibus longe sublimius et augugustius, qualia acciderint et tum, quum gigneretur I. C., quum a Ioanne ad obeundum munus initiaretur, quum in monte illo diuiniori gloria exsplendesceret etc. 29) quippe rem accidisse, propiore ipsius numinis interuentu dignissimam.

Nil tamen facile magis exercuit interpretes et cruciauit, quam διαμεριζομεναι illae γλωσσαι ώσει πυρος, quae ωφθησαν αυτοις. Quae quidem de apostolorum linguis corporeis interpretata erat vetus opinio, quae procul intuentibus igneae et discissae apparuerint, ad indicandum, per omnes gentes illos esse dispargendos ibique eloquentia fortiori et tanquam ignea (cf. Cic. de claris oratoribus c. 24) promulgandum euangelium, vnde exstitere tot imagines Apostolorum, quorum et capiti insidet et ex ore exit scissa flammula. Haec explicatio αυτοις, quandoquidem εν αυτοις fere nusquam legitur, accipit pro αυτων, non quidem refragante loquendi vsu. At qui-

bus

29) Latius hinc cernimus patere istam quaestionem, neque breuibus verbis esse soluendam. Qui tamen phaenomena naturalia hic inueniunt, tonitrua quidem et fulgura non reperiunt omnes, sed nonnisi ingentiorem ingruentis venti strepitum, vtpote πνευματος imaginem et simulachrum, Gen. 1, 2; Act. 4, 31; Herder l. c. Abschn. 3, §. 5. — Id quidem constare videtur, Apostolos ipsos non quotidianum naturae spectaculum, sed maius quid et praesentiore numine excelsius videre atque audire sibi visos fuisse, quod vel additis vocibus ώσπερ et ώσει indicatur.

bus ex naturae legibus accidisse haec placet, vel fulgura conspiciunt, per omnem domum huc illuc dispersa, vel flammulas electricas in arido loco enatas [30]), vel figuras, quae nusquam quidem vere aderant, sed phantasiae tantummodo obuersabantur [31]), vel nil indicari putant, quam praesentium animum vehementissime commotum et enthusiasmo tanquam ardore et igne ex statu suo et sede deiectum. Vere autem insedisse flammas capitibus singulorum afferunt veteriores interpretes et nouissime STORRIUS [32]).

Plura adhuc et ex parte incredibiliora exputata sunt ad rationem reddendam, quatenus et quo pacto γλωσσαις ἑτεραις fuerint loquuti. Neminem latet antiquiorum sententia, miro et insolito euentu a summo numine concessam eis esse linguas peregrinas loquendi facultatem, quo facilius per gentes ad promulgandum euangelium dispersi intelligi possent [33]). Verum

30) Vid. *PAULUS Memorabil.* St. 7, p. 38.

31) Ex mea quidem sententia fulgura cellam vere peruadebant, sed in inusitatas imagines ea effinxit Apostolorum commota mens. Vid. supra.

32) Vid. *EICHHORN Biblioth.* B. 3, St. 6, p. 1070. Sed confer loca, ex scriptoribus Iudaicis in commentar. ad c. 2, 3, allata, et plura ap. Schöttg. ad h. l. *Schalschelet Hakkabala* p. 27, *Iuchasin* p. 23 affertur: "R. Iochananem — et eius discipulos, adscendisse in aulam superiorem (עליה, *ὑπερωον*), ibique tam diu de rebus ad legem div. pertinentibus contulisse, donec ignis totam domum ambiuerit, plane in eum modum, vt data fuit lex de monte Sinai." Cf. de stellis Castoreis Plin. H. Nat. 2, 37. — Legendum autem esse *εκαθισεν* non *εκαθισαν*, citra dubium est, licet hoc in D, Syrr. Arabb. Copt. etc. adsit.

33) Animaduertunt intt. ex Strabone, gentes illas, quae v. 9–11 recensentur, raro Graece loquutos esse, sed linguis barbaricis, numero 22, quas omnes Mithridates calluerit. Fuerunt et qui in exornanda haec sententia

Verum neque id desiderabatur, quia vbicunque locorum degebant Iudaei et Hellenistae, vt idiomate Hebraico aut hellenistico loquuti ab omnibus potuerint intelligi. Sed ne ad gentes quidem profecti esse illi, qui hic aderant, leguntur, aut proficiscendum sibi esse existimabant, per quas Paullus potissimum salutaris doctrinae nuntium se gessit: neque hic ipse Paullus omnes linguas calluit, quod exinde apparet, quod Act. c. 14, 11 non intelligit homines, Lycaonice ex linguae non Graecae sed Assyriacae dialecto loquentes, quia non illico post audita verba v. 11, sed post conspectum demum apparatum, diuinos honores repudiat. Mitiorem tamen sententiam reddunt alii, dicendo, non in perpetuum quidem istam facultatem esse concessam, sed eo tantummodo momento, vt auditores percellerentur, postea autem eandem cessasse: aut, vt exputat Ven. STORR l. c., afferendo, non quidem notitiam linguarum peregrinarum concessam esse Apostolis ipsam, quibus loqui possent, quoties vellent, sed animum tantummodo eorum parem et habilem redditum fuisse loquendis eis, vbicunque eis opus esset. — Aliis placet, praeuia disciplina, vsu et consuetudine cum aliis gentibus hanc illis facultatem esse traditam: quibus refutandis non immoramur. — Quod si tamen alii nil quidem ab apostolis ipsis prolatum fuisse, quam voces linguae patriae, at vero ab auditoribus ea esse ita intellecta, ac si peregrinis dialectis essent loquuti, statuunt, praeter necessitatem mirabiliora reddunt ea, quae per se intellectu satis difficilia sunt, miraculumque quod in Apostolis significare voluit numen, ad auditores, quorum nil intererat,

tentia et ad aliorum euentuum similitudinem reuocanda euigilarent. GROTIUS: "*Poena* linguarum dispersit homines (turr. Babyl.) *donum* linguarum dispersos in vnum populum collegit.

intererat, transferunt [34]). — En ergo alios, qui vocis διαλεκτος significatum genuinum nimis vrgendo, quod non bene fit, quia γλωσσα et διαλεκτος pro synonymis sunt habenda (Raphel. ad h. l. etc.), id tantummodo existimant curasse Apostolos, diuino Spiritu commotos, vt declinarent idiomatis Galilaeici, quod risui et ludibrio habebatur, asperitates, linguasque et ora ad pronunciandum Hebraicae linguae idioma, quod in Aegypto, Pamphylia, Creta etc. obtinebat, habiliora redderent [35]). — Verum aliam prorsus viam ingressus de noua enarrandae legis Mosaicae methodo verba ἑτεραις γλωσσαις λαλειν explicat HERDERUS (Abschn. 3, § 20 sqq.): "Neue Weissagungen: neue Göttersprüche und derselben Auslegung brachten sie hervor" [36]), quem tamen sensum magis καιναις, quam ἑτεραις γλωσσαις concinere equidem crediderim. — At NOESSELT [37]) non donum linguarum peregrinarum Apostolis per πνευμα concessum in mente

34) Patrum iam tempore nonnulli hanc sententiam amplexi videntur. *GREGORIUS NAZIANZ.* ambiguitatem quandam ex interpunctione post ἠκουον c. 2, 6 tollenda ponendaue exoriri videns, ita habet: *Αρα ἠκουον τοις ἑαυτων διαλεκτοις ἑκαστοι; ὡς μιαν μεν εξηχεισθαι Φωνην, πολλας δε ακουεσθαι, ούτω τυπουμενου του αερος, και, ἱνα σαφεστερον ειπω, της Φωνης Φωνων γενομενων;* Η etc. Eiusdem sententiae fuit et Erasmus, et plures alii, v. c. quodammodo et *BOLTEN* etc.

35) Ita veluti *THIESS* in Commentar. ad verf. Act. Ap.; *NACHTIGALL* in *HENK. neuem Magaz.* B. 6, St. 1.

36) Cf. *HERM. SAM. REIMARI* diss. de assessoribus Synedrii, 70 linguarum peritis, Hamb. 1751. et Anonymus in *CORRODI Beytr. zur Beförder. des vernünftigen Denkens in der Religion*, Heft 15, qui dicta classica ex V. T. grauiora, precum formulas etc. eos protulisse credit.

37) Disputatio de Sp. S. primis Christianis ab Apostolis per impositionem manuum tradito, Hal. 1798, p. 9.

mente habet, ſed ardorem et enthuſiasmum, per idem πν. Apoſtolorum mentibus ingenitum, vimque et copiam linguarum, quarum notitia iam antea ſuppetebat, rite adhibendarum. Redeunt autem haec omnia ad iſtam ſententiam, quam amplexi ſumus et nos, animum vehementiſſime commotum indicari, vtpote quae in varias formas flecti et figurari poteſt [38]).

De v. 5 ſi quaeris, conſtat, longe plures eius eſſe opinionis, quae hic viam ſterni et transitum fieri ad ſequentia ſibi videtur, atque homines iſtos ευλαβεις eosdem fuiſſe ſtatuit, qui v. 6 innuuntur: id quod nos diſerte negamus, verſiculumque antecedentibus potiſſimum nectendum eſſe arbitramur.

Sed quid tandem mirati ſunt ſpectatores? Non quidem tonitru naturaeque adſtrepentis ηχος, nec γλωσσας igneas (elapſa iam erant omnia, ſi vere contigerant, ſin minus, in Apoſtolorum duntaxat, non in ſpectatorum, vt qui nullo igne incaluiſſent, ſenſu ſita fuerant, vt ſupra diximus); ſed quod contra omnium opinionem ex pluribus nationibus iam collectum coetum eorum, quos nonniſi Galilaeos habebant, cernerent, quodque relicta lingua ſancta ad profanas, in quibus et idiomata Palaeſtinenſia ipſa [39]) habenda erant,

38) Copioſius de variis γλωσσαις ἑτεραις explicandi rationibus egit *Meyer*, l. c. § 23 - 29.

39) Conferantur loci Miſchnae, Sota c. 7, Megill. c. 2, vnde, Aramaicam linguam et ipſam ad linguas exteras (כל לשון אחר) referri, a quibus in celebrandis ſacris abſtinendum ſit, aſſerit S. V. *Ammon* progr. pentecoſt. 1808, *Commentatio de linguis nouis*. Sed aliam quoque explicationem admittere iſtum Miſchnae locum, monuit programmatis cenſor, *Ergänz. Blätter zur allgem. Litter. Zeitung*, 1808, nr. 112. Quod ſi tamen et quoduis omnino idioma aliud Aramaicum ad profanas linguas referendum eſſe, in re ſacra non audiendas, recte vtique ſtatui videtur, collabuntur per ſe et corruunt rationes, quas, cur

c. 8,

erant, cum enthuſiasmo et clamore proferendas, ſe conuertiſſent illi. Alii ob id obſtupuiſſe volunt, quod Iudaei, qui exteras linguas mirum quantum faſtidiebant omnes [40]), et quidem Galilaei hebetiores, repente peregrinis linguis loqui coepiſſent, et quae ſunt id genus alia.

Verum enimuero pedem hic ſiſtamus: etenim in infinitum procederet oratio, ſi omnia, quae ab omnibus interpretibus de loco grauiſſimo vltro citroque diſputata ſunt, recenſere et iuſta lance ponderare ſuſciperemus. Nos vero in hoc ſimilibusque locis enarrandis non in eo euigilemus, vt, qui a veteriore explicandi more recedunt, eos inuidioſo nomine et crimine inſectemur: quin agnoſcimus et hic clariſſima prouidi numinis veſtigia, quo diuinas humanasque res moderante, recto quaeuis tempore eueniunt et ſuo; atque euentus magis et effectus ſpectamus, quibus feraciſſimum profecto fuit hoc ſpectaculum, quam in modo, quo acciderit, ſingulisque verborum apicibus rimandis verſamur. Ita ſane fiet, vt et huic euentui, ſicuti caeteris omnibus, quos ad illuſtranda rerum chriſtianarum primordia progenuit diuina ſapientia, honorem adhibeamus ſuum et decus, vtque et feſta illa anniuerſaria, quae et nobis etiamnum quotannis in mentem reuocant haec μεγαλεια Θεου, ſummis et auguſtiſſimis, quae ab hominibus chriſtianis celebrantur, adiudicare non dubitemus.

c. 8, 18 γλωσσαις λαλησαι Samaritani non potuerint, exputauit *Nösselt*. Vid. Commentar. ad c. 8, 18. 19, fin.

40) Vid. *Herderus*, Abſchn. 1, §. 11. Cf. Wetſten. ad Actor. 6, 1.

EXCVRSVS

Excursus III.

Fragmenta nonnulla de primorum hominum christianorum, maxime in ecclesia matre Hierosolymae degentium, vita, moribus, institutis etc.

Occurrunt passim in libro nostro, maxime in eius priore parte, vestigia nonnulla circa primorum hominum christianorum vitam, mores, instituta, non singulari ordine disposita illa quidem, sed huc illuc dispersa, quae aliunde comperta (proleg. p. 51) narrationi intexere auctori placuit. De quibus si pauca commentatiuncula hac exponere suscipimus, non id agimus, vt accuratiori trutina examinemus omnia, quae in hunc censum veniunt, aut in omnem primi christiani aeui statum ciuilem, ecclesiasticum, priuatum excurramus, sed colligere tantummodo ea, quae in libro dispersa inueniuntur, atque vno obtutu perlustranda proponere animus est [1]).

Haud-

1) Singularibus commentationibus, quin integris libris componendis satis largam materiam ea praebere, facile existimamus. Adeat, qui plura edoceri vult, *Baumgartenium*, *Walchium*, *Semlerum* etc. Nouissime de his exposuerunt Petr. *Hansen* obseruatt. miscellaneae in illa Act. Apost. loca, quae de primorum Christianorum conuentibus et congressibus sacris agunt, Havn. 1794; D. *Ziegler* *Versuch einer pragmat. Gesch. der kirchl. Verfassungsformen in den ersten 6 Jahrhunderten*, Lips. 1798; C. F. *Stäudlin* *kirchliche Geographie u. Statistik*, Tubing. 1804 etc.

Haudquaquam eodem iam tempore, quo vocante ac colligente Iesu Christo conuenerat, augustissimoque illo, quod festo pentecostali apparuit, phaenomeno in maius quid et arctius vinculum coaluerat venerabilis illa societas, quae rectum verumque colere et commendare aliis, at falsa et peruersa fugere et e medio tollere sibi proposuerat, *christianorum* nomine veniebant, quicunque coetui illi se adiunxerant. Noluerant quippe incurrere in inuidiam odiumque, relicta a se et prodita esse sacra auita, peculiaremque sectam esse efformatam: imo eiusdem Mosis, eorundem sacrorum venerandorum cultores semet profitebantur quam maxime. Proinde, qui ad novam doctrinam accesserant, nullo appellantur vocabulo, quod αἱρεσιν quandam peculiarem indicat, sed audiunt nonnisi μαθηται, αδελφοι πιστοι, πιστευοντες, σωζομενοι (Act. 2, 47), φοβουμενοι τον θεον etc.; doctrina autem noua ipsa nullo aliquo cognomine appellatur, quod peculiarem sectam posset innuere, sed fere ευαγγελιον, πιστις, σωτηρια, ὁδος, nullo autem modo αιρεσις, contra quod Paullus pugnat vel maxime (Act. 24, 14). Antiochiae demum, vbi prima extra Palaestinam inter gentes ecclesia, quae quidem maior atque hoc nomine digna esset, coaluerat (vid. praemonenda not. 1), hoc Χριστιανων nomen auditur (Act. 11, 26.) [2]).

Quicunque ad nouam hanc societatem transibant, non quidem Christo superstite [3]), attamen post eius discessum

2) Vid. ad c. 11, 26; Pott. ad 1 Petr. 4, 16; b. *Morus* et Ven. *Dinndorf* ad eum p. 269-272. — Alia nomina primis christianis tanquam sectae adhaerentia fuere Γαλιλαιοι, Ναζωραιοι c. 24, 5.

3) Christus ipse quidem, vbi ob fidem, animi integritatem atque ad mala perpetienda procliuitatem aptum aliquem dignumque, qui suis adscriberetur, inueniebat,

discessum ab apostolis solemnibus ritibus ad eam inaugurabantur. Siquidem initiatum illi sciebant a Ioanne baptismo Iordanico magistrum ipsum: acceperant praecepta ab abeunte Iesu, quae eiusmodi inaugurationem diserte iniungebant: atque se ipsos tandem pentecostalibus sacris diuiniore spiritu afflatos atque ad noua munera obeunda imbutos senserant. Proinde iidem cuique, qui ad christiana sacra accesserat, adhibebant solemniorem quandam inaugurationem, et quidem

a) baptisma c. 2, 37. 41; 10, 47; 16, 15 sq. 33[4]) quod aqua abluebat corpus, ad significandam mentem puram et ab omni labe intaminatam, qualis in homine Christiano inesse debet.

b) impertitionem πνευματος ἁγιου. Maius quid illud erat et fortius (Act. 1, 5) honorificentiusque, quam baptisma: c. 8, 16; c. 10, 47; 19, 1 sqq. et concedebatur illud donum vel a numine ipso, Actor. 2; c. 4, 31; c. 10, 44, vel ab Apostolis[5]) (forte postea et ab aliis Christianis, quia increscebat indies sociorum numerus, nec facile vbique locorum adesse poterant Apostoli ipsi) per επιθεσιν των χειρῶν, adhibitis precibus votisque ardentissimis, lachrymis, suspiriis etc. quibus omnibus sacro quodam igne perfundebantur sodales,

niebat, dixisse fere fertur: *sequere me* etc. quod sufficiebat ad nouos asseclas in societatem suam cooptandos.

4) Institutio in doctrina christiana non praecedebat baptismum, vt videtur, sed sequebatur (Hebr. 6, 2): siquidem id agebant Apostoli, vt baptismo tanquam symbolo externo in societatem quam celerrime alligere conuertendos festinarent: accuratior doctrina commodioribus temporibus relinqui poterat. Nil praecedere desiderabatur, quam πιστις.

5) Vid. Comment. EICHHORNII in *Biblioth.* Band 3, S. 409. *Vom Einsegnen der Apostel.* et b. NÖSSELT egregium progr. pentecost. 1798, laudat. ad c. 8, 14.

sodales, ut beneficia a numine per I. C. doctrinam in se collata insolito ardore extollerent (γλωσσαις loquerentur), eoque signo externo perfusos se πνευματι testarentur.

Tali modo in christianam societatem adlecti homines in corpora quaedam maiora seu coetus (εκκλησιας), coalescebant, e quibus maxime eminent primo quidem ecclesia Hierosolymitana, omnium princeps et quasi mater, sed non longe post ecclesia Antiochensis quoque, vnde, sicuti ex illa ad caeteram Palaestinam potissimum, ad gentes euangelium penetrauit. Et de ecclesia Hierosolymitana quidem intelligenda sunt fere omnia eorum, quae ex libro nostro collecta paucissimis iam adferre animus est.

Doctoribus illa et praeceptoribus vtebatur Apostolis ipsis, quos aetate, grauitate, insignioribus πνευματος dotibus, simul tot σημειοις et τεϱασι conspicuos summo et amore et honore prosequebatur (vid. ad c. 5, 13). Horum igitur venerando collegio duce et auspice praeceptorum I. C. bene memores, mutua concordia, vnanimique consensu firmare paruas res, societatisque vincula arctissima et indissolubilia inire allaborabant sodales (c. 4, 32): congregabantur tam in aedibus priuatis (c. 1, 13), quam in templo (c. 2, 46; 3, 1), audiebant doctorum praecepta (διδαχην, 2, 42), indulgebant meditationibus super rebus grauissimis, quas praecipiebat doctrina christiana [6]), erigebant se inuicem firmabantque exhortando, consolando, monendo (Hebr. 10, 25) etc. In primis tamen laudatur eorum beneficentia et erga pauperiores liberalitas (κοινωνια, c. 2, 42): namque, etiamsi et nonnulli ditiores (c. 4, 34) ad noua sacra accesserant, maxima

6) Vocem προσευχη non preces solum, sed omnes omnino meditationes innuere (religiöse Betrachtungen), in commentario obseruatum est ad 1, 14.

maxima tamen ſociorum pars ex hominibus inferioris ordinis aut tenuioris fortunae effecta videtur: ſcimus ſaltem et longis poſt annis per Paullum Apoſtolum eleemoſynis per gentes collectis ſuſtentatam fuiſſe Hieroſolymitanam eccleſiam.

Hunc autem animum beneficum in primis oſtendebant publicis illis conuiuiis, quae in honorem et ex praeceptis I. C. ita inſtituebant, vt pauperiores eorum, quibus abundabant diuitiores, participes redderentur (euchariſtias vocant). Qui tamen mos num iam c. 2, 42 vocibus *κλασει των αρτων* ſit indicatus, dubitari poteſt: ni forte exinde probabile illud reddi exiſtimare velis, quod poſtea is Corinthi obtinuit, neque tamen eundem obtinere ibi potuiſſe dixeris, ni ex Hieroſolymitanae eccleſiae matris effigie expreſſus ille et formatus fuiſſet. Saltem non tam ad noſtrum librum, quam ad epiſtolam primam ad Corinthios de iſto more copioſius agendum erit.

Verum memoratur in libro noſtro c. 2, 45 et maxime c. 4, 32 peculiaris quidam mos, qui in prima eccleſia obtinuiſſe dicitur, ex quo omnia omnibus communia fuiſſe perhibentur: bonorum communionem vocant.

Non abhorret a vero, ab Eſſenorum inſtitutis mutuatos hunc morem eſſe primos chriſtianos homines; quippe quos easdem ferme leges ſibi ſanxiſſe teſtis eſt Ioſephus [7]): neque negari poteſt, in primis illis Chriſtianismi incunabulis conuenientiſſimum fuiſſe iſtum morem et ſaluberrimum. Siquidem arctius iam con-

7) Bell. Iud. II, 8, 3. *Θαυμασιον παρ αυτοις το κοινωνητικον. Ου δε εστιν εὑρειν κτησει τινα παρ' αὐτοις ὑπερεχοντα· νομος γαρ, τους εις την αἱρεσιν εισιοντας δημευειν τῳ ταγματι την ουσιαν, ὡστε εν ἁπασι μητε πενιας ταπεινοτητα φαινεσθαι, μητε ὑπεροχην πλουτου· των δε ἑκαστου κτηματων αναμεμιγμενων, μιαν ὡσπερ αδελφοις ἁπασιν ουσιαν ειναι.*

ſtringebatur mutui amoris copula: egentioribus ſuccurrebatur a diuitioribus (c. 4, 34), cauebaturque ne paupertate cogente apud Iudaeos ſuſtentationem circumſpiciendo ad auitas religiones relaberentur. Nolimus tamen exiſtimare, ſtrictiſſimo ſenſu inualuiſſe apud eos iſtam bonorum communionem, aut premenda exactiſſime vrgendaque eſſe verba c. 4, 32: imo populari, vt aiunt, ſenſu ſumantur haec, ex prouerbiali loquendi vſu, amicorum eſſe omnia communia (Cic. Offic. 1, 16: Plato de republ. Lib. 4, p. 634: κατα την παροιμιαν· παντα κοινα τα των φιλων). Proinde bona ſua cuique propria manſere quidem, ſed nemo eis vt propriis in ſui tantummodo emolumentum vſus, gloriatusue eſt, verum eadem communicauit cum indigentioribus, eisque permiſit, vti rebus alienis vt ſuis. Nonnullos ditiores bonorum ſuorum partem [8]) vendidiſſe, legimus 2, 45; 4, 34: ſed id haud ſecus quam par erat accidit, quandoquidem, quicunque egenis ſuccurrere volebant, non illico ſuppetente forſitan pecunia nummisque praeſentibus, aliam viam inire vix potuerunt: at credere nolimus, omnes, qui domibus, praediis, latifundiis excellebant, omnia diuendidiſſe, et quidem cogente legum ſocietatis neceſſitate, cui prorſus refragatur c. 5, 4. Tum obſeruandum, inſtitutum hoc nonniſi in eccleſia Hieroſolymitana obtinuiſſe, et quidem non niſi in primis eiusdem incunabulis. Primo enim illo tempore ſicuti quam maxime laudabilis fuerat iſte mos et ſalubris, quo citius concordia res paruae creſcerent: ita, vbi vere creuerant, firmiorique alicui fundamento

8) Wetstenius ad c. 2, 45. "Non omnia vendiderunt, ſed partem bonorum, qua ſine magno incommodo carere poterant. Hoc ipſum ſuadendum eis erat, quia tunc multis perſecutionibus, bellis infeſtati eo facilius poterant aufugere, ſibique et ſuis conſulere."

damento iam innitebantur, per se collabi et corruere debebant istiusmodi instituta, minori quidem societati commoda et salubria, verum a maiori coetu abhorrentia quam maxime: neque iam Apostoli valuissent tantam communium bonorum molem eadem sapientia moderare atque in suas partes aeque ac iuste diuidere 9). Enimuero omnibus illis institutis vel maxima laude dignis non potuit cauere ecclesia Hierosolymitana, quin, pauperior ipsa atque egentior, ope aliunde allata indigeret: vnde et Paullum postea legimus per gentes proficiscentem non solum euangelium praedicare, sed et stipem colligere, eamque subinde ad fratres pauperiores subleuandos Hierosolymam afferre.

Caeterum vitam integram, simpliciorem tranquillioremque degentes nouae societatis sodales nemini molesti erant, imo apud omnes gratiam inibant vel maximam (c. 2, 47; 4, 33): sed omnia ea non nisi in rei christianae primordiis, quam tenuem adhuc et exilem parum augurabantur Iudaei tantum detrimentum religionibus sacrisque suis allaturam. Constat tamen, mox conuersam rei faciem, hominesque christianos in Iudaeorum maxime odium infensissimum incurrisse, multaque calamitate fuisse afflictos, cap. 7. 8 sqq. quin postea et a paganis non odio solum et ludibrio habitos fuisse, sed et indignissimis calumniis petitos, Plin. epist. 10, 97, alibi.

9) Leg. *Lactantium* epit. institut. c. 38. Act. 12, 12 priuatae aedes Mariae memorantur. Sed etiamsi communio ista bonorum per se cessaret, manebant tamen illa laudabilia instituta, quibus pauperioribus succurrebatur: atque et in his stabiliendis cauebatur, ne fraude aut iniuria circumueniretur quis, sed omnia aequabiliter distribuerentur, Act. 6, 1 sqq. certique et peculiares personae huic muneri obeundo praeficiebantur, διακονοι.

Excursus IV.

De πνευματι ἁγιῳ, quatenus eius in Actibus Apostolorum mentio iniicitur, fragmenta nonnulla.

De voce πνευμα, et quae ei cognatae sunt, quum multa iam doctissime et accuratissime ab aliis disputata sint [1]), quibus parum aut nihil addere posset opella nostra, non nisi id agimus, vt breuem succinctumque potissimorum locorum indicem reddamus, qui in libro nostro eiusdem mentionem faciunt, eaque, quae in commentario suis locis exposita sunt, in vnum congesta lectoribus ob oculos ponamus.

Πνευμα illud, seu maior ille et diuinior impulsus a Deo ipso veniens, humanamque vim longe excedens, tanquam vis ignea per omnem hominis Christiani animum aequabiliter diffusa, regebat omnia, quae in Christianismi honorem et incrementum suscipieban-

1) Ex pluribus aliis nonnisi haec nominasse sufficiat: De sensu vocum πνευμα, πνευματικος etc. apud Paullum in edit. Kopp. N. T. Exc. 5 ad Gal.; Schleusneri commentat. theolog. de vocabuli πνευμα in N. T. vario vsu. Gött. 1791; et quas commentationes idem vir S. V. in lexico suo ad calcem vocis πνευμα attulit, quibus adde egregiam commentationem in Schmid Biblioth. *für Kritik und Exegese des N. T.* B. 1, St. 2, p. 226 sqq. cui titulus: *Entwurf einer Darstellung der Begriffe, die mit dem Nahmen Geist Gottes in dem neuen Testamente verbunden werden*, maxime p. 248 - 251.

piebantur, et fundamenti instar sustinebat omne novum aedificium [2]).

Illud igitur sicuti traditum erat iam V. T. prophetis, oeconomiaeque diuinae per Mosen institutae ministris, e. gr. 1 Sam. 10, 6; Ies. 61, 1; Actor. 1, 16 et sexcenties alias, ita et in noua hac oeconomia stabilienda tradendum erat, vt hoc tanquam signo discerni possent eius cultores, maxime magistri doctoresque a caeterorum placitorum doctoribus, Sophistis etc.

Ante omnes alios autem idem πνευμα attribuendum erat nouae oeconomiae magistro et antistiti ipsi, Messiae, cui attributum erat baptismate Ioanneo. Qui quidem quamdiu in terris vixit, nemini alii id donum concedere necessarium ratus (Io. 7, 39), post suum tamen e terris discessum discipulos suos et asseclas eodem impertiturum se professus est saepissime, et vere impertitus est augusto illo phaenomeno, de quo Ex. 2 egimus copiosius: cf. c. 2, 33; 11, 28 etc.

Verum non doctoribus solum et magistris, qui novae doctrinae praeconium susceperant, id πνευμα attribuebatur, sed et omnibus [3]), qui nouam oeconomiam primitus amplectebantur, aliis, vt qui non baptismate solum [4]), sed et huius πνευματος attributione, quae per Deum ipsum, c. 10, 44, vel phaenomenis diuinis accedentibus, c. 4, 31, vel per Apo-

2) Apprime quadrant, quae in laudata commentatione in SCHMIDS Bibl. afferuntur, Christianismum fuisse nouam oeconomiam et tanquam nouam creationem, atque sicuti in prima creatione πνευμα Θεου, רוח יהוה, efficacem se gesserit, ita in hac tanquam noua creatione πνευμα Messiae omnia disposuisse et moderasse.

3) Matth. 3, 11; Io. 3, 34.

4) Cf. Excurs. III.

stolos impositione manuum fiebat, c. 8, 17; 19, 6 5) ad Christianismum inaugurabantur.

Idem πνευμα quum tam a Deo ipso, quam a Iesu, primo rerum christianarum magistro et conditore concederetur, non solum πνευμα simpliciter dicitur, sed et πνευμα Θεου, δωρεα Θεου, c. 8, 20, πνευμα ἁγιον, πνευμα Ἰησου, Act. 16, 7 (ea enim vero est lectio); πνευμα Κυριου (Messiae), c. 8, 39; δωρεα ἁγιου πνευματος, c. 10, 45 (cf. 11, 17, et Hebr 6, 4); diciturque hoc πνευμα επιβαινειν επι τινα, in locis, qui de Iesu baptismate agunt a Ioanne ei adhibito, Matth. 3, 16; Marc. 1, 10; Luc. 3, 22; Io. 1, 32. 33; επιπιπτειν επι τινα, Act. 10, 44; μενειν επι τινα (נחה Io. 1, 32; cf. ibi S. V. Paulus); καθιζειν επι τινα, Act. 2, 3. Qui autem eo impertiunt homines, Deus Iesusque, πεμπειν illud dicuntur, Io 14, 26; 15, 26 (adeoque πνευμα ipsum εκπορευεσθαι παρα αυτων, Io. 5, 26), et quia large et plene illud impertiunt, tropice dicuntur βαπτιζειν ανθρωπους πνευματι eique quasi immergere, Act. 1, 5; χριειν αυτῳ, Act. 10, 38; εκχεειν αυτο επ᾽ ανθρωπους, Act. 2, 17 (*large effuseque donare*, Cic. pro Rosc.): at homines, qui id donum percipiunt, ipsi dicuntur πλησθηναι, πληρεις γινεσθαι πνευματος ἁγιου, Luc. 4, 1; Act. 2, 4; 7, 55; 9, 17.

Effectus autem, qui hoc πνευματι in christianorum animis producebantur, seu dona, χαρισματα etc. (ea enim a πνευματι ipso bene esse secernenda recte monuit b. Nösselt in disputatione de Sp. S. primis christianis ab Apostolis tradito) maxime in sacro illo enthusiasmo posita fuisse videntur, quo sentiebant, percipie-

5) Antiquior iam mos fuit, eis, qui ad singulare quoddam munus erant destinati, manus imponere, Num. 27, 18. De singulari vi, quam manuum impositioni inesse credebant Iudaei, cf. intt. ad Matth. 19, 13. Cf. de hoc ritu Apostolorum perill. Eichhorn *über das Einsegnen der Apostel*, in *Bibl.* B. 3, S. 408 sqq.

percipiebant, proloquebantur omnia, quae pertinebant ad rem chriſtianam (γλωσσαις λαλειν, cf. Exc. 2); tum in recta veraque rerum eo ſpectantium cognitione, animoque a rebus prauis abhorrente et ad bonum honeſtumque ſentiendum peragendumque propenſo [6]), nec non in conſtanti παῤῥησια, omnia, quae pro Chriſti regno facerent, absque hominum metu loquendi et peragendi [7]).

Magna haec, quae per πνευμα in hominibus chriſtianis omnibus, licet non eodem in omnibus gradu, producebatur, vis et efficacia igni confertur (cap. 1, 5; cf. Koppius ad 1 Theſſ. 5, 19; et quae ad 2 Tim. 1, 6 ipſe ſcripſi): atque qui eo πνευματι perfuſi erant, magnam ſibi reuerentiam apud homines et φοβον conciliare ſciebant, c. 2, 43; 5, 11. 13; ita vt, qui in hominem hoc πνευματι latum agitatumque peccabant, peccaſſe erga ipſum πνευμα diuinum, ſeu, quod eodem redit, contra Deum ipſum haberentur, c. 5, 4.

Praecipue tamen huic πνευματι id attribuitur, vt, quaecunque ad condendam, diſponendam, ſtabiliendam honoreque et incrementis augendam rem chriſtianam ſpectant, ab eo dicantur proficiſci, regi gu-

 berna-

6) Is boni et honeſti ſenſus, ea ad bona perpetranda propenſio ſubinde in epiſt. ad Rom., vt apud Iudaeos omnino, voce πνευμα, vt notiſſimum eſt, indicatur, e. gr. c. 2, 29; 7, 6; 8, 1. 2. 9. 11 etc.

7) Facultas miraculorum patrandorum ſaltem non palmarius finis et effectus fuiſſe videtur, qui per πνευμα in chriſtianorum animis prodiret: neque infallibilitas, quam aiunt, id quod ex libri noſtri locis optime euictum dedit S. V. Paulus, *meditatio exegetica, an ſecundum Act. Ap. primi Chriſtiani inſpirationem atque infallibilitatem pro ſynonymis habere ſoliti ſint;* Ienae 1802, recuſa in S. V. Pott Syllog. commentatt. Vol. 3. Explicat Paulus πνευμα ἁγιον per "Dei hominisque vim ad ſanctam aliquam efficientiam coniunctam."

bernarique omnia, nihilque in ea accidisse legatur, in quo non eius vis et efficacia se exseruerit quam maxime. Inspicere itaque πνευμα dicitur omnia, quae primi christiani, praesertim euangelii praecones, agunt et instituunt, nihilque hi sola sua ipsorum vi aut perpetrant aut omittunt, sed omnia admonente, impellente, dehortante, castigante πνευματι.

Quod si igitur ad euangelii praeconium eligendus erat magister quis, non nisi πνευματος vi suadente eligebatur, vti Paullus et Barnabas, c. 13, 2: id quod tum, quum in locum proditoris Iudae sublegeretur Matthias, non additur, quia ea res ante solenniorem illam πνευματος effusionem, c. 2, accidisse legitur. Sin constituendi erant episcopi, et hi ab eodem Spiritu constituti dicuntur c. 20, 28; Sin de grauiori aliqua re deliberandum erat sententiaque ferenda, ab hoc Spir. S. profecta illa dicebatur, c. 15, 28. Neque itinera, quae in rerum christianarum emolumentum suscipiunt Apostoli, suopte ingenio ii instituunt, sed monente et hortante πνευματι, quod εκπεμπει Apostolos, c. 13, 4; suadet vel dissuadet, in hoc illoue loco commorari longius, c. 16, 6. 7; 21, 4, quin eos, quibus celeriter ex alio loco in alium proficiscendum est, άρπαζει, c. 10, 39: monet eos edocetque et illustrat obscuriora, vt Petro de visionis significatione incerto, c. 10, 19; exhortatur Philippum, accedere ad Aethiopem, c. 8, 29; et quidquid ex rebus circumiacentibus discunt Apostoli, colliguntque, id διαμαρτυρεισθαι αυτοις dicitur πνευμα, c. 20, 23. Ex quibus patet, nullam rem, quae in re christiana maioris esset momenti, sine hoc πνευματι peragi potuisse: neque enim sibi ipsis commissi erant eius antistites, sed altiori hac vi ferebantur regebanturque, pariter ac in veteri oeconomia, 2 Petr. 1, 21.

Interdum,

Interdum, quod ita per πνευμα ἁγιον effectum esse legimus, numen ipsum, nuncio quodam et αγγελῳ ad primos rei christianae doctores coelitus misso, effecisse legitur, v. c. c. 8, 26, vnde tamen nolimus credere αγγελον Θεου et πνευμα Θεου promiscue in libro nostro adhiberi. Est potius res alia, de qua seorsim disputari potest, sicuti et vere de angelophaniis in Act. Apost. praeclare disputauit Perill. EICHHORN *Biblioth.* Band 3, St. 3, S. 381 sqq.

EXCVRSVS

EXCVRSVS V.

De eis, quae praeter naturae leges miro et insolito rerum euentu accidisse in Actibus Apostolorum perhibentur.

De miris et insolitis rerum euentibus, qui miraculorum vulgo nomine comprehenduntur, multum et varie disputari potest, num et quatenus accidere omnino illi possint? num dignum sit numine, ad producendos grauioris momenti effectus via ingredi a quotidianae naturae legibus recedente? num ea, quae in codice sacro mire accidisse perhibentur, vere ita acciderint, et quemnam in finem? num ratione naturae legibus consentanea possint explicari? num auctor, qui ea perhibet, secundum an supra naturae leges ea accidisse indicare et intelligi velit? et quae eiusmodi quaestiones sunt aliae. Quae tamen omnia, licet grauissima, summumque momentum in quaestionibus exegeticis, dogmaticis, philosophicisque habentia hic quidem parum ad nos attinent, quum et magna recentiore inprimis aetate ad discutiendas solvendasque istiusmodi quaestiones librorum copia scripta sit [1]), et hic noster excursus non nisi in eo versetur, vt

1) Veluti ECK *Versuch die Wundergeschichten des N. T. aus natürlichen Ursachen zu erklären*; Berlin 1795. *Ausführliche Erklärung der sämmtlichen in den Mosaischen Schriften enthaltenen Wundergeschichten aus natürlichen Ursachen* etc. Berl. 1800; et GABLERI commentatio recensioni istius operis inserta cum titulo: *Kurze Prüfung einiger philosophischen Hauptgründe gegen die Wunder nebst etlichen*

vt eis, quae suo quaeuis loco de miraculosis euentibus commentario inserta sunt, addantur nonnulla, quae si ibi fuissent interposita, nimis longe dissertationem produxissent. Seiunximus tamen a nostra hac enarratione et in Excursibus 1 et 2 seorsim tractauimus binos illos euentus summopere admirabiles, qui Act.

etlichen andern Ansichten dieses Gegenstandes, in eius *N. theol. Journal* 1801, St. 2, S. 187 sqq. *Die Wunder des alten und neuen Testaments in ihrer wahren Gestalt*, 1799. HARTMANN *Blicke in den Urgeist des Christenthums*, Abhdl. 3. Düsseld. 1802. Multa passim in ECKERMANNS *theol. Beyträgen*; *Ob man die ganze Natur genau kennen müsse, um zu urtheilen, dass etwas ein Wunder sey?* auctore Ven. REINHARD in eius Opusculis academicis, Vol. I, no. 4. Lips. 1808; *Miraculorum ab euangelistis narratorum interpretatio historica asserta contra eos, qui e naturae caussis illa deducere conantur* etc. Disputatio exeg. histor. a *H. L. HEUBNER* Vitemb. 1807. GABLER *über die Methodik des Wunderbeweises*, in *N. theol. Journ.* 1802, St. 12, Eodem porro, quandoquidem (cf. Exc. 1.) multi iique celeberrimi Viri miracula narrata ex mythis deriuant, referentur libri, qui de mythis, quos in codice sacro inuenire volunt nonnulli, exposuerunt, e. gr. BAUER *Hebräische Mythologie des A. und N. T. mit Parallelen aus der Mythologie andrer Völker*, Lips. 1802, et GABLERI commentatio eodem pertinens: *Ist es erlaubt in der Bibel und sogar im N. T. Mythen anzunehmen?* in eiusd. *Journal für auserl. theol. Litt.*, B. 2, St. 1, S. 43–53. *Die Mythologie der Christusreligion: Ideen zu deren Veredelung*, Osnabr. 1800. GABLERI *Commentatio über die myth. Behandlungsart der christl. Urgeschichte*, in *N. theol. Journ.* B. 7, S. 396 sqq. Neque desunt, qui miraculis in N. T. occurrentibus inducti Christianismum omnem forma poetica aut aesthetica expressum velint (*Religionspoesie*): id quod phantasiis aetatis nostrae philosophicis, genioque ad mystica relabenti tribuendum erit, et, sicuti tot alia, mox collabetur.

Act. c. 1 et 2 narrantur, atque caetera in hunc quasi fasciculum collegimus.

Equidem in vniuersum sic statuo. Occurrunt vtique, vti in omni codice sacro, ita et in euangelistis maxime et nostro libro de Apostolorum actis exponente, multa facta, quae vix alia ratione potuerunt contingere, quam insolita, et a quotidianae naturae legibus aliena. Nulla enim, nisi vim addere istis rebus velimus, alia via superest, quam eadem pro miraculis declarare, atque, si mentem suam clare expressisse auctorem volumus, statuendum quoque erit, miram vtique horum euentuum rationem indicare eundem voluisse; in eis ergo enarrandis interpreti satius erit clare profiteri, non liquere rem, quam ad naturae leges rem reuocando obscuriora reddere omnia et tortuosiora [2]. Verum in eodem libro nostro

2) Nimios sane sese gerunt illi, qui ab interprete flagitant, vt omnia prorsus explicet, et vel obscurissima clara luce collustret: imo satisfecit officio suo bonus interpres, si, quae explicari nequeunt, non liquere ingenue profitetur. Atque hic profecto in reuocandis ad naturae leges miraculis omnibus et peccauit et peccare a plerisque iudicibus creditus est *Eckius*, quod vnum idemque principium ad omnia miracula se adhibiturum professus est. Sunt quidem interpretes multi alii, iique summi nominis viri, qui explicationem eandem aut similem praeferunt, naturalem, psychologicam etc. veluti *Bahrdt*, *Thiess*, *Paulus* in Comment. in N. T. etc.; verum aliud est, oblata occasione, vbi de re aliqua taceri nequit, sententiam suam proferre, aliud data opera de re aliqua egisse. Quod si Liuius etc. multa prodigia narrationibus suis inserit, quia annales et fasti Romanorum, quos sequi debebat, ea continebant, inculpabitur a nemine: at vero Iulius Obsequens, qui data opera vndique collegit ista prodigia, nemini facile probabitur. Neque sane et nos in hunc excursum simul coniecissemus eadem, ne forte in idem crimen

ſtro identidem obuia ſunt et alia, quae prorſus ex naturae legibus potuerunt euenire, et in quibus aut nil omnino mirum et inſolitum accidit, aut nonniſi id mirandum eſt, quod plures res, ex naturae legibus contingentes, eodem tempore eodem loco ſimul inciderint, id quod, ſicuti moderante numine omnino credendum eſt accidiſſe, ita non iniuſto nomine mirabile dictu vocabitur. Sed et in his exponendis ita ferme ſe gerunt, vti ſcriptores codicis ſacri fere omnes, ita et Lucas, vt miro et inſolito rerum euentu contigiſſe omnia credere, veraque miracula lectoribus enarrare velle videantur: id quod tum ex iſtius aeui genio, ad res miras videndas audiendasque tam procliui, quem ſubinde taxauerat Ieſus, omnino, tum et ea de cauſſa accidiſſe videtur, quod nouae ſocietatis primordia aeque illuſtribus phaenomenis inſignita ſiſtere volebant, ac Moſaica conſtitutio illuſtrata fuerat.

Ex quibus ſequitur, me quidem iudice, non omnia omnino miracula, quae vocant, eodem pede ac modulo metiri fas eſſe, neque, ſi non eadem omnia ratione explicanda putem, iniqui erunt iuſti rerum arbitri, quaſi e vagis et labantibus principiis exeat diſputatio: quandoquidem ex mea quidem perſuaſione nullum hic certum, quod ad omnia phaenomena ſingula adhiberi poſſit, principium aderit, niſi hoc, omnia mira-

crimen incurriſſe videremur, niſi metuendum fuiſſet, ne ſi commentario eadem fuiſſent inſerta, nimis copioſis diſputationibus longius idem productus videretur. Optime mihi de hac miraculorum explicatione et rectiſſime praecipere videtur S. V. Gablerus, *Journ. für auserl. theol. Litt.* B. 3, St. 2, S. 223 ſqq. in Commentat. *Ueber die Wiederbelebung des Lazarus*, ad quem lectorem ablegamus, maxime inde a S. 233. Cf. S. V. Eichhorn *Einl. ins N. Teſt.* B. 1, S. 408.

mirabiliter accidisse ab auctoribus et credita et narrata esse [3]).

His praemissis age iam de singulis miraculis eo ordine agamus, quo in libro nostro occurrunt, ita tamen, vt, quae similiter gesta esse narrantur alibi, illico subiiciamus. Et primo quidem occurrit

Cap. 3, 2–8. (Cap. 9, 33–35; 14, 8–10.)

narratio de mira et insolita sanatione claudo per Petrum adhibita. In qua diiudicanda nullam equidem caussam naturae legibus conuenientem deprehendo, sed aut insolito rerum euentu contigisse omnia statuam, aut ignorantiam confitear necesse est. Nullo saltem adhibito remedio alio sanatus esse claudus legitur, quam verbo Petri Iesu Messiae nomen pronunciante, tum narratur res proxime post effusionem πνευματος in Apostolos, vt indubie ea sit auctoris mens, impleta iam esse ea, quae Iesus pollicitus erat Marc. 16, 18, legatosque Iesu, πνευματι imbutos, nactos quoque esse et illico in hominum salutem exercuisse vim expellendorum morborum. Quod si vera sunt, quae de signis eorum miraculorum, quae conuenientia, et numine non indigna iudicanda sunt, disputant dogmatici, hic quidem omnia incidunt, factumque a praestigiis veteratorum longe diuersum sistunt. Siquidem beneficentissimum erat miraculum, ad commendandam diuinam religionem in ipsis eius primordiis et instituebatur et conueniebat aptissime, quia coram magna plebis multitudine fiebat, eaque ad templum congregata eo temporis momento, quo ad pios animi sensus excitandos fouendosque procliuiores solent esse hominum mentes. Sed vtut ea se habeant,

3) Miraculose ex mente auctorum, qui res referunt, intelligenda esse omnia, satis, opinor, perspicuum erit ex omni nexu, historia, genioque temporum. Quin et diserte id profitentur scriptores, veluti Lucas noster, cap. 2, 43; 5, 12 sqq.; 8, 6; 19, 11. 12 etc.

habeant, aut ignorare me rem ingenue fateor, aut propiore numinis interuentu accidisse eam censeo, sicuti acciderunt multa similia, a Iesu patrata, maxime sanatio illa caeci, quae Ioh. 9 narratur, quae, saltem quoad effectum, quem in praesentium animis protulit, magnam cum hac narratione habet similitudinem.

Sed et hoc factum ad naturae leges reuocatum est. Eckius quidem seorsim de eo non agit, sed Thiess 4) rationes omnis rei ex quotidianis caussis reddere allaborat, "fuisse claudum istum existimans malum veteratorem, qui, vt hodienum a multis mendicis fit, membrorum mutilationem sit mentitus, sed increpante Petri voce et acie oculorum eiusdem subito ita perterrefactus sit, vt in pedes illico insilierit." At quam male haec quadrant! tantamne effectuum seriem putabimus ex istiusmodi re potuisse insequi, quae narratur c. 3 et 4? nonne Petrus hominibus fraudulentissimis merito accensendus foret, si tantopere gloriabatur sanatione hominis, quem non sanauerat vere, sed cuius mendacia in lucem protraxerat? vtrum tole-

4) Commentar. ad h. l. "Nur der Sage nach war er ein Lahmgebohrner. Er gieng niemahls: also glaubte man, er könne nicht gehen. Die gewöhnlichen Tempelgänger sahen in ihm nur den lahmen Bettler und gaben. Aber davon machten Petrus und Johannes eine rühmliche Ausnahme. Sie reden ihn drohend an. Gerne hätte der Bettler was gegeben, wenn sie nur gegangen wären. Allein sie liessen sich nicht irren. Im Nahmen des *Messias*, stehe auf! Das klang schon schrecklich: das Wort Messias hatte magische Kraft: er stand auf. Nun sahe man, dass er gehen konnte. Damit sich aber das Mitleid der Menschen nicht in Wuth verwandeln mögte, ergriff er die klügste Parthie, hielt sich fest an die Apostel (quasi illi contra irritatae plebis rabiem eum tueri potuissent), und gesellte sich nicht wieder unter die Leute."

toleranda foret eiusdem Petri *βλασφημια*, quae proferre poterat ea, quae adsunt c, 3, 12. 13; 4, 9. 10? nonne insanum fuisse mendicum illum existimaremus, qui homines, quos fugiendos habebat vel maxime, quod laruam ei demserant, affectaretur, v. 11? nonne mente captos Iudaeos omnes, qui de re, quae admodum quotidiana erat, tantopere essent obstupefacti, vt, aeque ac Io. 9, ad eandem semper recurrerent? At nolimus, precamur, istiusmodi explicationibus arbitrariis precariisque difficiles res difficiliores reddere et incredibiliores.

Eadem, quae de hac claudi sanatione proposuimus, valebunt et ad sententiam de sanatione Aeneae paralytico per Petrum adhibita, ferendam, quae narratur c 9, 33–35, in qua sunt potissima momenta eadem, quae tamen non tantopere inclaruit, quod neque illico post effusionem *πνευματος*, neque in loco publico et celebri facta est, neque tam copiose narratur. Neque huius sanationis peculiarem mentionem iniectam ab ECKIO video, at THIESS rem omnem paucissimis expedit, dicendo: *Der Kranke zu Lydda war weniger krank, als er es sich einbildete.* — Tandem huc referenda erunt, quae Lystrae persimilia patravit Paullus c. 14, 8–10, de quibus eandem ferimus sententiam, quae tamen effectus protulerunt dissimillimos eis, quae c. 3 et 4 leguntur. Atque hic idem THIESS: *Konnte der Mensch auf der Stelle gehen, so war er sicher kein Lahmgeborner: sonst würde er das Gehen nicht mit Springen angefangen haben.* Sed nescio, quomodo vir doctissimus talia proferre possit. Cf. Commentar. ad ist. loc.

Cap. 5, 1–11. (Cap. 13, 8–12.)

Triplici, quantum equidem scio, ratione explicari potest subita mors Ananiae vxorisque Sapphirae:

a)

a) Singulari vi et effectu numinis, perinde ac sanatio claudi. Aiunt quippe huius sententiae vindices, insigne binis illis mortibus testimonium coelitus datum fuisse, neminem impune laedere et violare posse sanctissimam primorum hominum christianorum rempublicam Apostolorumque, qui ei praesidebant, auctoritatem. Et sane magnum fuit crimen ab Anania et vxore commissum, non tam quod non omnia dederant in aerarium publicum, sed quod mentiti erant, se omnia dedisse, fraudemque commiserant re deliberata, nulloque aut metu aut periculo vrgente. Quod si itaque istiusmodi peruersa conamina propiore numinis interuentu illico sine mora vindicanda fuisse et coercenda nonnullis placet, nil equidem contra monendum habeo: namque tametsi plura deinceps et grauiora in christianae rei detrimentum commiserant alii (e. gr. 1 Cor. 11), id tamen hic agebatur, vt in primis nouae societatis incunabulis, vbi debiliora erant omnia et nonnisi mutua concordia et vnanimi consensu stabilienda, tale crimen castigaretur signis euidentissimis.

b) Praeferunt tamen plures praeter Eckium et Thiessium[5]), v. gr. Stolz, Morvs etc. naturalem illam explicationem, quae et a nobis in commentario est proposita, Ananiam, vel quod iam habuerit corpus ad apoplexiam dispositum, vel omnino improuiso

 terrore

5) Addit *Thiess* Commentar. p. 403, haud absimile esse a vero, Ananiam perterrefactum humi procubuisse, sed viuum forsitan nec dum mortuum: adeoque, anima dum in eodem manente, sepultura affectum fuisse: quam neque Petrum, neque eos, qui praesentes aderant, prohibuisse, quia illi zelo summo affecto, his autem metu perculsis nil tale ne in mentem quidem veniebat, posse adhuc eum viuere; imo Petrum vno verbo ad mortem vsque percellere posse credebant, sicuti vno verbo (c. 3, 6) ad valetudinem reuocare.

terrore percussum, animam efflasse, licet non fuerit ea Petri mens, vt tam subita morte plecteretur, siquidem neque in verbis, quibus Ananiam increpat, mortis mentionem Petrus facit; Sapphiram autem eo facilius diem obiisse supremum, quod plures res aduersae erga eam conspirassent, debilior natura muliebris, detectio fraudis a se et marito commissae, et inopinata mariti mors; Petrumque porro a poena mariti ad poenam similem a coniuge subeundam conclusisse, ideoque ira commotum minatum mulierculae esse mortem verbis his rhetorice seu poetice prolatis: ἰδοὺ οἱ πόδες etc. Cui quidem explicationi nescio equidem, quidni subscribam et ipse, quandoquidem, quaecunque nulla vi ad naturae leges reuocantur, reuocanda sunt potius, quam ex propiore numinis interuentu deriuanda, licet ab eis, qui ea enarrant, vt hoc factum a Luca, indubie inde deriuata sint. Redit insuper res, vtra ex parte eam sumere malueris, eo, vt prouida cura summi numinis moderante haec acciderint, ad vindicandam primo illi coetui auctoritatem suam et pondus [6]).

c)

6) Non est ergo, quod ea de caussa priorem explicationem, quae de propiore Dei interuentu cogitat, missam faciamus et hanc amplectamur, quod indignum fuisset numine, crimen, graue quidem, sed nondum capitale, morte plectere. At mortem hanc, vtut explicaueris, numen inflixit, nec, si eorum, quae in primi christianismi infirmitate desiderabantur, rationem habueris, nimis grauiter, sed iuste et sapientissime. Tollenda erat ista ῥίζα πικρίας, (Hebr. 12, 15) et vulnus ense recidendum, ne pars sincera traheretur. — Caeterum mortem istum duplicem non pro poena habendam esse, vt quae indubie nimia fuisset, et omne Ananiae crimen magnum quidem fuisse sed excusari tamen potuisse, disseruit *BERGER moral. Einleit. ins N. T.* Th. 2, S. 239 sqq. quem conferas velim. Cf. *ECKIUS* S. 281-288.

c) Non desunt, qui et Ananiam et Sapphiram a Petro gladio interfectos esse velint [7]), id quod a natura eius vehementi et celerrime excandescente non abhorret quidem (Io. 18, 10); sed vix tamen, credo, commissum foret a Petro: etiamsi ea, quae sequuntur, in primis c. 5, 11, 13 minime obstrepunt. Tum etiamsi ex vocibus, quibus mulierem alloquitur v. 9, tale quid elicere possis, haudquaquam aeque facile e verbis, quae ad Ananiam ipsum dirigit, eadem erues. Nolimus saltem in hac hypothesi, quae ferri quidem potest, sed vera et indubia esse nullo argumento satis idoneo demonstrabitur, propugnanda nimium nobis placere.

Magnam cum his, quae Ananiae accidisse hic leguntur, similitudinem habent ea, quae Bar Iesu seu Elymae mago perhibentur obuenisse Cap. 13, 11, in quem Paullus eadem et maiori adeo ira inuehitur, quam tamen obiungationem non mors ipsa insequitur, sed caecitas tantummodo. In qua re explicanda nisi propiorem summi numinis vim malis agnoscere, ita versari poteris, vt oculos hominis iam aegros et ad caliginem dispositos fuisse dicas, subito autem terrore, quia compererat, Iesum illum, cui obnisus erat, fuisse Messiam, saepiusque a Paullo nomen Messiae, Κυριου, et verba illa: χειρ Κυριου επι σε acclamata sibi audierat, caligine ipsa offusos, sicuti et in commentario monitum est [8]). Illa tamen caligo non vera fuisse

7) Sunt et, qui magica vi et arte occisum a Petro vtrumque arbitrentur, pronunciato sacro nomine Iouae (Schemhamphorasch), quemadmodum Aegyptium interemerit Moses. Vid. Schöttgen. in hor. hebr. et Talmud.

8) Neque de hoc mirabili facto seorsim quid protulit *Eckius*. At *Hartmann* in commentatione: *Aus welchem Gesichtspuncte hat man die Wunderthaten Christi und der Apostel zu betrachten*, quae in eiusdem

fuisse caecitas et amaurosis legitur, sed temporaria tantummodo (v. 11), quia verbis Paulli tam vehementer increpantibus nimis obstupefactus fuerat (STOLZIUS in not. "*er war so betäubt, dass ihm Sehen und Hören vergieng*"). — Prorsus alia sunt, quae narrantur

Cap. 5, 15. (Cap. 19, 12.)

in quibus ab vmbra Petri adeo et a sudariis et succinctoriis Paulli sanatio a morbis expectabatur. Non quidem vmbrae aut linteolis adfuisse eam sanandi vim, sicuti nec vestimento Iesu, Matth. 9, 20. 21, sed fidei (Matth. 9, 22), in aprico est, nimiaque fiducia plene hic vim suam exseruisse facile videbitur. Neque legatos Iesu Christi laudasse istiusmodi superstitionem (quo enim alio nomine id nuncupemus?) existimabimus, qui, quotiescunque eiusmodi miraculis patrandis beneficos se erga alios exhibent, δυναμει Θεου, εν ονοματι Κυριου Ιησου etc. talia perpetrasse se profitentur. Quid tamen de re iudicauerit Lucas, mihi quidem non liquet: etiamsi enim c. 5, 15, vbi aliud documentum exprimit, nil addat, quod iudicium suum de hac re patefaciat, at c. 19, 11. 12, vbi magis de suo depromit narrationem, eo inclinare videtur, vt et haec annumeret δυναμεσι ου ταις τυχουσαις per Paullum perpetratis; quamquam et ita explicari possint verba: multa quidem praeter ordinem vulgarem miracula per Paullum fuisse edita: plebem autem, mala fiducia latam, eo vsque superstitionis processisse, vt e linteolis Paulli adeo salutem exspectauerit. Facilius mihi quidem sumendum videtur, Lucam credidisse haec et ipsum, quam damnasse et repudiasse; idque in honorem bonae fidei auctoris dictum esse velim.

Sed

eiusdem libro, not. 1 laudato: "Blicke in den Geist des Urchristenthums", tertia est, eam explicationem profert, quae isto modo naturaliter contigisse omnia suadet.

Sed rem in medio linquimus. Excipiunt

Cap. 5, 19 sqq. (Cap. 12, 7 sqq.; Cap. 16, 25 sqq.)

Indubie factum illud, per quod in primo loco ex carcere liberantur Apostoli, ita a Luca narratur, vt ex propiore vi numinis rei caussam repetiisse Deique interuentum hic agnouisse auctor videatur [9]). Sed quandoquidem αγγελος Κυριου quodlibet prouidi numinis ministerium, naturae phaenomenon, tempestiuum hominis aduentum auxiliumque etc. exprimit, sicuti et dudum demonstratum agnitumque est a plerisque, et circa loca nostri libri in specie ostendit perill. EICHHORN [10]), varia via ex caussis nil miri et insoliti continentibus repeti poterit omnis res. Quodsi terrae motum velimus in caussa fuisse, vt conquassarentur effringerenturque fores, satis et abunde constat, istiusmodi naturae effectus ad ministeria Iouae, sicuti et Deorum gentilium, referri; quandoquidem densa caligine, spissa nube, tonitru, fulgure etc. aut inceditIoua, aut incedere tanquam ab αγγελοις et ministris annunciatur: tum fauere ei coniecturae videtur et illud, quod c. 16, 26, vbi persimilia narrantur, diserta eiusmodi naturae motus mentio fit: nec multum obloquuntur voces: αγγελος ειπε· πορευεσθε, vt quae et hanc significationem psychologicam haud insolitam admittant: audito naturae strepitu et tumultu, qui ipsas adeo fores reclusisset, audire sibi visi sunt vocem nuncii diuini et consilium, arripiendi

9) Ea ergo explicatio praefertur ab intt. nonnullis, et defensa est nouissime a STORRIO, dissertat. exeget. in libror. N. T. historicorum aliquot locos, Pars 2, Tubing. 1791, p. 87 sq.

10) *Ueber die Engelerscheinungen in der Apostelgesch.* Bibl. B. 3, St. 3, S. 281 sqq., et contra eum STORR in dissertatt. exegeticis, cuius oppugnationem iterum refellit EICHHORN in earum recensione in bibliotheca.

occasionem atque ex custodia in vrbem redeundi. At refragantur tamen ea, quae v. 23 sqq. narrantur: neque enim, si per terrae motum euenissent omnia, aut occlusae denuo fores repertae fuissent, aut de modo ac ratione, qua acciderit res, tantopere haesitare potuissent Iudaei. Proinde praestat eam amplecti opinionem, quae hominis cuiusdam, seu hominum plurium ministerio e carcere missos fuisse Iesu legatos suspicatur [11]). Quinam tamen is fuerit, frustra quaerimus, siquidem clam omnia peragebantur, et forte Apostolos ipsos latuisse videtur: haud tamen absimile est a vero, fuisse vel custodem carceris ipsum (istiusmodi enim homines iam tunc, vt etiamnum sunt, faciliores potius, quam seueriores erga captiuos fuisse, ex c. 16, 34 et aliunde apparet), vel audaciorem aliquem nouae societatis asseclam, vel alium quendam Apostolorum amicum, quales Hierosolymae satis multos illi habebant, qui tamen nonnisi assentiente carceris praefecto et pecunia forsan corrupto tale quid committere potuerat. Sed quicunque tandem is fuerit, quia tamen et inopinato, et opportunissime is aduenerat Apostolis, merito et ex consueta hodienum loquendi formula αγγελος Θεου nuncupatur [12]).

Eadem, quae hic pluribus Apostolis euenisse leguntur, acciderunt soli Petro c. 12, 7 sqq. atque, quia iam instanti morti inde ereptus erat Apostolus, copiosius exponuntur et luculentius: atque et hic explicatio admittetur eadem, vt vel propiore vi et intercessione numinis tantum rei christianae vindicem seruantis

11) A plerisque aetatis nostrae interpretibus agnoscitur haec explicatio. Vid. *Thiess* in Commentar. ad h. l. *Eichhorn* Commentat. laudata, S. 400. *Eckius* §. 26.

12) Ita et nos amamus loqui: *der ist mein Engel: der ist mir wie ein Engel Gottes gekommen.*

vantis accidisse omnia existimentur [13]), vel terrae motu, vel hominis cuiusdam auxilio. Quod si de terrae motu cogitamus, concinere quidem videntur voces v. 7 φως ελαμψε, quod de fulguribus, et παταξας την πλευραν, εξεπεσον αι αλυσεις, et v. 10 η θυρα ηνοιχθη αυτοματη, quae de vehementiore concussione explicare posses, istud autem alloquium v. 8 perinde sumere poteris atque illud c. 5, 19—21. Sed ex v. 18. 19 patefit, eadem obstare, quae ibi repugnabant. Agnoscamus ergo et hic audaciorum quorundam hominum opus, qui conscio custode tale quid, maius sane et periculosae aleae plenius (v. 10), suscipere non verebantur, sed peracto feliciter opere per noctis tenebras clam se subducere, Petrumque solum relinquere consultissimum ducebant [14]): sed neque fraudi habeamus Petro, quod subitam et inopinatam liberationem incolumitatemque αγγελω Κυριω deberi certo et confidenter declarat v. 11, quando nec nostra aetate quisquam, dummodo prouidi numinis tutelam agnoscit, similiter in re simili loqui erubesceret. Facillime autem et sine multo negotio hanc explicationem, quicunque ei fauet, per singula rerum momenta perducet; ea ergo cuilibet inuestiganda permisisse satius erit, quam eadem copiosius hic repetere [15]): id tamen monemus, ad singulas rerum minutias non esse descendendum, sed nonnulla et coloribus narrationis et inuolucris tribuenda, id quod parum cogi-

 tasse

13) Vid. *Storr.* dissertat. exeget. l. c. p. 84 sqq.

14) Probabile hinc fit, carceris custodes simul suscepisse liberationem; atque metu militum, qui excubias agebant, et postea ad supplicium ducebantur, peracta celerrime re, domum illico se recepisse. Hinc existimare licet, quam inuisa fuerit Herodis crudelitas, quotque homines e Iudaeis clam fauerint coetui christiano. Adde quae de negligentia δεσμοφυλακων supra indicauimus.

15) Vid. Perill. *Eichhorn.* l. c. S. 396.

tasse videtur Eckius [16]), qui φως, quod in carcere λαμψαι dicitur, de lucerna accipit, quae loco obscuriore, sub tegumento gesta, non nisi dubiam et obscuram lucem sparserit, Petrumque magis adhuc dubium, quid sibi fiat, et incertum reddiderit. Caeterum tam de hoc facto, quam de priore c. 5, inualuisse postea eam opinionem, diuiniorem naturam, summi numinis ministram, opem hanc tulisse, maxime, quum eadem professus sit Petrus ipse c. 12, 11, facile colligimus, vnde et existimamus, ex mente Lucae et narrationis fine et consilio sublimioribus caussis, e quotidiana vita non repetendis, vtramque rem esse tribuendam [17]).

Quae Paullo et Silae apud Philippenses in carcerem coniectis secundissima accidisse narrantur c. 16, 26 sqq., persimilia quidem sunt eis, de quibus adhuc est disputatum: verum faciliore negotio expedientur, siquidem clare et aperte profitetur narratio, terrae motu, qui ex legibus naturae accidere solet, carceris fores concussas esse et reclusas: nil ergo miri et insoliti hic videt Lucas, nisi quod praesentiora prouidentiae indicia nobiscum agnoscat, quae immensam illam potentioris naturae vim eo ipso temporis momento operari iusserit, quo ad liberandos Apostolos et ad testificandam rei christianae diuiniorem originem conferre potuit vel maxime. — Sed maior res superest, eaque summorum euentuum ferax, in qua accuratius consideranda, vtut singula eiusdem momenta expli-

16) §. 26. p. 169 sqq.

17) Affert *Clericus* ad Hammond. ad Act. 12, 7. locum persimilem ex Ouidii Metamorphosibus: "Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis Sponte sua, fama est, nullo soluente catenas", cui tamen subiicit hanc frigidam aeque atque iniustam obseruationem: "nihil fere mirabile re vera accidit, cui simile quidpiam mentiendi libido non finxerit."

explicaueris, non poteris non diuiniorem vim agnoſcere; ea narratur

Cap. 9, 1–20.

Subito et inopinato ex formidatiſſimo rei chriſtianae aduerſario Saulus in eiusdem ſocium et ſodalem et acerrimum mox vindicem transformatur. Tam mirabilis res quo pacto acciderit, a Luca copioſius exponitur, et quidem ita, vt ex miris et inſolitis rerum euentibus repeti videatur, quandoquidem res erat, ſumma et plurima in futura tempora momenta pariens, atque hic profecto aderat dignus Deo vindice nodus.

Sed et hic miſſa dudum eſt ab interpretibus antiquior ſententia, quae Ieſum Meſſiam coelitus ſub ſpecie lucis, prae nimio fulgore oculorum aciem praeſtringentis, vere apparuiſſe Saulo, humi proieciſſe eundem, cum eo vere collocutum eſſe etc. ſtatuebat [18]), praelataque ea, quae tam ex vulgaribus euentibus, quam ex ſtatu animi Sauli omnia pſychologice, vt aiunt, repetit. Eiusmodi explicationem amplexi et in commentario profeſſi ſumus et nos, prorſus non nouam et inauditam (neque enim ea hic addenda habeo), ſed iam a multis, magnam partem ſummi nominis

18) Potiſſimos eius vindices ſe geſſerunt Grotius, Hammondus, Wetſtenius, Lyttletonus, Heſſius, Niemeyerus, Michaelis etc. quos enumerat *Dinndorfius* ad *Morum* p. 232: in quibus maxime eminet liber Lyttletoni, Angli, germanice verſus a paſt. *Hahnio*, c. praefat. b. conſil. conſiſtor. *Göttenii* Hannov. 1751. "*Anmerkungen über die Bekehrung und das Apoſtelamt Pauli.*" Sed et inter veteriores intt. ſunt, quibus non probabile videtur, Ieſum vere oculis a P. conſpectum fuiſſe, veluti Vitringa: id quod nouiſſime probabile inuenit *Haselaar*: qui omnino mirabiliter ſenſu proprio accidiſſe omnia denuo propugnat.

minis viris, traditam et commendatam [19]), licet in singulis rerum minutiis paullisper a se inuicem recedant eorum explicationes, quas tamen omnes afferre et recoquere velle, et longissimum foret et multis taediosum, quum in eiusmodi rebus potissima momenta attulisse sufficiat, multa autem lectorum iudicio sint relinquenda. Pauca ergo sunt, quae explicationi in commentario propositae possint addi. Φως illud optime de fulgure explicabitur, cui addit Sche-

19) Nonnulla e recentiore aetate attulisse sufficiat: *J. N. Bandelin über Sauls Bekehrungsgeschichte*, Lübeck 1789; S. V. *Ammon* in opusc. theol., nr. 1. Erlang. 1793; commentatio exegetica *de repentina P. ad rel. christ. conuersione;* Perill. *Eichhorn*, *über die Nachricht von der Bekehrung des Apost. Paulus zum Christenthum*, in Bibl. B. 6, St. 1, init.; *Historisch psycholog. Versuch über den plötzlichen Uebergang des Ap. P. vom Pharisaeismus zum Christianismus*, in b. *Henkii Museum für Rel. Wiss.* B. 3, Heft 2, S. 226 sqq.; *Die Bekehrungsgesch. Pauli, psychologi erklärt*, vom Past. *Schulz* zu Sams im Lauenburg.; in meis Symbolis ad exeg. N. T. pertinent. P. 2, p. 45; *Eckius* § 16, p. 92 sqq. Multa huc pertinentia reperiuntur et in *Boehmii Ideen zu einem System des Ap. P.* in *Henkii Museo* B. 3, St. 4, p. 540 sqq. et in *Haselaar differt. exeg. de nonnullis Act. Ap. et epist. Paull. locis ad historiam Paulli pertinentibus*, defensa praeside van Voorst, Leyd. 1806; *Beytrag zur nähern Bestätigung der Meinung, dass die Bekehrungsgesch. des Ap. P. auf eine natürliche Art sich habe ereignen können*, auctore *I. G. Wittig* in *Augusti n. theol. Blätt.* B. 3, St. 2. *Scherer* in libro: *Erklärungen der Weihungen aller Propheten des alten u. neuen Testam.* Lips. 1804, nro. 9 coelestem et igneam Mosis inaugurationem Paullo obuersatam fuisse vult, votumque produxisse, vt eiusdem aut similis inaugurationis compos fieret et ipse, vnde videre sibi visus sit phaenomena illa coelestia et ignea; *Eckermann theol. Beytr.* Th. II, p. 1 sqq. etc. etc.

Scherer, ad inaugurandum Paullum, vt quondam Mosen, coelitus esse missum: alii cogitant de fulmine puro et sereno coelo apparente, quod in oriente saepissime accidere videtur (cf. Horat. I, Od. 34; Senec. quaest. nat. 2, 18); ab aliis tamen pro lumine extra naturae ordinem contingente habetur. Perinde et φωνη partim pro βροντη sumitur (cf. memorab. locus Io. 12, 28. 29)[20]), partim pro coelesti voce, quae et hic, vt saepe alias, veluti in baptismo, transfiguratione Iesu etc. diuinitus sit edita. Colloquium illud ab aliis ita explicatur, vt ad v. 5 scriptum est, quibus

20) Inter haec fulgura tonitruaque apparet Messias, quem vere oculis vidisse antiquior, sed videre tantummodo sibi visum esse recentior explicatio statuit. Optime hic omnia e rerum natura ipsa deriuasse videtur *Böhmius*, l. c. "Saul, ein redlicher und denkender Schüler des bedächtigen toleranten Gamaliels, hatte schon längst Bedenklichkeiten gegen seine Christenverfolgungen empfunden; nur sein feuriges Temperament, falsche Ehrliebe, Consequenz etc. machten, dass er sich noch gleich blieb, (vielleicht wurde er von den Zeloten für noch nicht eifrig genug gehalten, und wollte nun das Gegentheil beweisen: *Wetstein*.) Diess führte ihn nach Damaskus. Aber auch hieher begleiteten ihn seine Gewissensscrupel, und es fehlte zum Ausschlag nur noch die Frage: lebt der Auferstandene oder ist seine Auferstehung Lüge? Ja! erschiene er mir persönlich und leibhaftig, so wollte ichs glauben. Und siehe er erscheint ihm (cf. 1 Cor. 15, 8), so wie er ihn einst in Judaea hatte wandeln sehen. (Denn P. hatte Jesum wegen Zeits- und Orts-Gemeinschaft ohne Zweifel gekannt (cf. 1 Cor. 9, 1; 2 Cor. 5, 16 et *Heumann* in dissertatt. sylloge). Konnte er wohl einer solchen Erscheinung widerstehen? er wurde, was er nach Verstand und Herz schon war, jetzt scheinbar augenblicklich, ein Christ." Non repentinam ergo, sed antea iam praeparatam conuersionem statuit Böhmius, cui nonnisi apparitio Iesu ipsius nondum accesserat (Gal. 1, 16).

quibus accedebat potiſſimum mens Apoſtoli tantorum malorum ſibi conſcia (cf. SCHULZ l. c. p. 53 ſqq.), ab aliis vere cum Ieſu inſtitutum creditur. In quibus omnibus prior aut ſimilis explicatio, quocunque tandem modo eam indueris, praeferenda eſſe et mihi videtur, ſicuti et ab illis, qui not. 19 laudati ſunt, antehabetur. Iſtiusmodi autem phaenomeno grauiſſime affectum fuiſſe Paullum et tantum non in ecſtaſin, ſtatumque inter vitam et mortem medium, abreptum credi poteſt.

Quae tamen explicationi huic ex naturalibus cauſſis rem repetenti potiſſimum obſiſtere viſa ſunt, redeunt ferme ad tria illa, quod poſt viſionem hanc oculorum lumine per triduum orbatus erat Saulus, quod et Saulus et Ananias eandem ſimul viſionem habuerant, quodque oculi aegri ab Anania ſanati ſunt. Sed amauroſin illam e nimia luce exortam eſſe, ſi modo vera amauroſis erat, nec potius eiusmodi caecitas, qualis Elymam corripuiſſe dicitur c. 13, 11, ex ſcriptoribus medicis ſatis probauit Perill. EICHHORN in commentat. laudata, Bibl. B. 6, p. 12 – 15. At HASELAARIUS tamen ex v. 9 et 18 potiſſimum mirum in modum et extitiſſe et diſſipatam eſſe eam caliginem ſtatuit. Quae porro de duplici viſione difficultates obiiciuntur, illae quidem ſine vlla vi aut verbis aut rebus addita, et prorſus ex iſtius aeui genio ita poterunt explicari, vti nos, Eichhornium in primis ſequuti, ea propoſuimus in commentario ad v. 10 et 12. Verum et his argumenta ſua doctiſſime oppoſuit nuperrime, idem Haſelaarius; cui adſtipulamur quidem, ſi ſuſpicionem, ac ſi Paullus cum Anania rem antea ſermonibus ſuis praeparaſſet et de ea inter eos conueniſſet, remouere allaborat, obſiſtimus autem et obloquimur, ſi ex omni orationis indole illud patefieri opinatur, neutrum horum alteri antea cognitum fuiſſe. Denique quod ad ſanationem oculorum

perti-

pertinet, audiri quidem possunt argumenta medica, quae pro rei probabilitate affert EICHHORNIUS (p. 15–18): sed neque eis nos egere putamus, siquidem nil est, quod amaurosin, quae proprie ita vocatur, hic inuasisse Paullum, accipere nos cogat. Rectissime hic obseruat Schulzius, Ananiam, dum adhuc caecus esset Saulus, occasione vsum esse, suspicatum forsan, si visum recuperasset idem, doctrinam meliorem ab eodem repudiatum iri, odiumque et perseoutiones christianorum denuo incepturas.

Quocirca, quae a tot saeculi nostri viris antehabetur explicatio, eadem praeferenda antiquioribus videtur et mihi, siue illa veniat nomine naturalis, siue historicae, dynamicae, psychologicae etc. explicationis (omnia enim nomina eodem redeunt, et excogitata videntur a nonnullis, vt aliqua saltem noui species adderetur istis, quae scriptoribus prioribus similia de eadem re protulerunt posteriores). Neque huic explicandae rei modo vllo in loco refragatur N. T. quia, quae 1 Cor. 9, 1; 15, 8; Gal. 1, 15. 16 Paullus ait, diuersam explicationem admittunt, cf. EICHHORN. l. c. p. 20 sqq. et SCHULZIUS l. c. p. 62 sqq.

At quibus argumentis propugnatur explicatio veterior, manca illa maximam partem inuenientur et infirma. Ducta illa sunt fere ex narrationibus Ananiae c. 9, 17, qui vix aliunde, quam a Iesu ipso cognita haec habere potuisset, Barnabae c. 9, 26. 27, Paulli ipsius, qui et Act. 22 et 26, et in illis locis, qui ex epistola ad Galatas et Corinthios modo allati sunt, apparuisse sibi non fulgura, sed Iesum ipsum narrare videatur, vel inde, quod Christiani primi vix recepisse in societatem suam putandi sint tam atrocem adversarium, nisi de diuina επιφανεια Iesu ei facta persuasi fuissent certissime, quod oculorum acies caligine obducta mox autem mirum in modum restituta sit,

quod

quod duplex visio contigerit Ananiae simul et Paullo, qui sibi ipsis ignoti antea fuerant (quod exprimi videtur voce μαθητης τις c. 9, 10, ανδρα ονοματι Ανανιαν, v. 12, ακηκοα, v. 13 etc.), et quae eiusmodi sunt reliqua. Quae quidem omnia sicuti absque negotio refelli possunt, ita tamen cauendum erit vel maxime, ne opinioni, quae inde ab antiquissimis temporibus fere vsque ad nostra tempora perducta sancta stetit et inuiolabilis, incautius repugnando, aut de honore summorum virorum, qui ei adhaerent etiamnum, aliquid detrahendo, iniquius egisse videamur.

Cap. 9, 36 – fin. (Cap. 26, 9 – 12.)

Quae hic de morte Tabithae, mulieris Christianae Ioppensis, eiusque in vitam, reuocante Petro, reditu narrantur, ea indubie ad summum efficacissimumque miraculorum genus referenda essent, aequarentque diuiniorem vim, qua e mortuis Lazarum suscitauerat Iesus, dummodo vere animam efflasse mulierem istam constaret. Quod sicuti prorsus negari omnino nequit, ita a nemine facile temere affirmabitur. Voces enim illae, quae occurrunt v 37, forte nil indicant aliud, quam deliquium animi, quod passa sit illa, tam vehemens tamque longe continuatum, vt pro mortua ab omnibus haud immerito sit habita. Iamque res omnis ex naturae legibus accidere potuit [21]), vti accidisse legitur,

21) Nec multum sane pro defendenda miraculosa huius facti explicatione tentasse videntur intt. — Ex naturae autem legibus haec accidisse luculenter affert *Eckius* §39, p. 248 – 250, quod de tempore, quamdiu durauerit Tabithae morbus, nil affertur, quod Petrus in vicinia commoratus breuissimo temporis momento ei succurrere potuit, quod cadauer in ὑπερῳῳ, aere puro, iaciens, facilius poterat in vitam reuocari, maxime quia Petrus sonora voce, tonitru instar, verba ei in aures clamabat, v. 40: "praecipio

legitur, etiamsi ex miris et insolitis rerum euentibus a Luca repetita videtur, id quod negari nullo modo potest.

Sed et illam rem, vt insolitam et per miraculum productam, narrat idem Lucas, quae de Eutycho perhibetur c. 20, 9, qui a tertio inde tabulato humum decidens ab omnibus quidem pro mortuo habitus et sublatus est (ηρϑη νεκρος v. 9, non ην νεκρος), praeterquam a Paulo, qui diserte affirmans, την ψυχην αυτου εν αυτῳ ειναι (v. 10), viuum (ζωντα v. 12) eum caeteris reddidit [22]. Ecquis tamen ex naturae quotidianae legibus omnia, vt et in commentario est monitum, hic accidisse non videt? — Excipit

Cap. 10, 1–33. (C. 16, 9. 10; 18, 9. 10; 23, 11; 27, 23. 24.)

vbi mirabilia accidisse narrantur et Cornelio, centurioni Romano, et Petro Apostolo. Quae Cornelio εν ὁραματι visa sunt, v. 3–6, apparuerunt eidem vel per somnium, quia et interdiu somno interdum nos damus, et magis se dabant Orientales, vel, vt in commentario indicatum est, per ecstasin; vel, quod eodem redit, ex Iudaica notione ita expressum est, innuitque summam animi laetitiam, ex proposito, opitulante Petro ad christiana sacra transeundi, exortam, quae quidem tantopere affecerit animum omnem et quasi exaltauerit, vt, qui preces eius ad Iouae solium pertulerat angelus, idem nunc eidem apparere videretur. Haec omnia autem Cornelio apparere potuerant eo

pio tibi vt surgas" etc. Caeterum maximam hoc factum cum historia iuuenis Nainitici a Iesu matri suae redditi, Luc. 7, 11–16, similitudinem habere in aprico est.

22) Nullo modo rerum naturae repugnare, eiusmodi casu afflictum in viuis manere, plura exempla hodienum loquuntur, *Eckius* p. 240.

eo facilius, quod a largiore cibo potuque abſtinuerat v. 30.

His accedit viſio Petri, qui meridiano tempore, vt meditationibus ſuis indulgeret, aſcenſo ὑπερῷον, ſubita fame corripitur, quae quum, apparatu omni ad prandium nondum inſtructo, haud illico ſedari potuiſſet, meditationesque ſeriae corporis neruos infregiſſent, et Petrus in ecſtaſin incidit (v. 10; c. 11, 5), deliquiumque animi paſſus, ſemiſomnus, verſis in coelum oculis ſemiapertis, ea ſibi videre videtur, quae iam narrantur. Ad eſum ſpectabat iſta viſio, ſiquidem de edendo Apoſtolus cogitauerat: coelitus ea veniebat, quia oculos in coelum direxerat; ſed animalia impura continebat, quo fortius percelleretur Apoſtolus, et imagine tam clara et perſpicua edoceretur, mittendam eſſe particularismi cauſſam et omnibus omnino viam ad Meſſiae ſocietatem recludendam eſſe et patefaciendam.

Quod autem vtraque viſio haud longo temporis interuallo ſeſe exceperit, viſionemque Apoſtoli proxime inſequuta ſint ea, quae leguntur v. 17, id quidem vel ſolo ex caſu repeti poſſet, quandoquidem hodienum duorum diuerſiſſimorum hominum ſomnia vna contingunt ſibique reſpondent, Cornelius autem de Petro, qui tantum quod in vicinia tot tantaque patrauerat, nonnulla audierat, adeoque eius viſendi cupidus de arceſſendo eodem cogitauerat iam antea. Sed ne vel ſic inſigniora prouidi numinis indicia non agnoſces, quo moderante res ita ſibi iunctae et aptae fuerunt, cuiusque propiore vi haudquaquam indigna erat res, de qua agebatur, vt Petrus, tam inſignis regni Meſſiani vindex, opinionem, cui inde a materno lacte innutritus erat, mitteret atque et erga paganos aequum ſe et iuſtum praeſtaret [23].

Pari

23) Explicationem hanc e naturalibus cauſſis rem derivantem defenderunt variisque colorum innolucris in-

Pari modo ex somniis deriuari posse optime videntur ea, quae adsunt in locis huic nostro supra adscriptis, sicuti in eorum nonnullis diserte id additur: ea ergo nominasse tantummodo sufficiat [24]).

Cap. 16, 16–18. (Cap. 19, 13 sqq.)

ad istud genus miraculorum referendum erit, quod sanationes daemoniacorum complectitur. Erat autem illa παιδισκη vel vere correpta morbo hysterico et ad insaniam vsque agitata, seu, vt ad istorum temporum linguam loquar, daemone obsessa, iamque eodem modo explicanda erit haec sanatio a Paullo ei adhibita, quo tot aliae a Iesu institutae, de quibus interpretes ad euangelia consulendi erunt: vt iam hic

induerunt *Eckius* § 19, p. 125 sqq.; *Eichhorn*, quoad Cornelii visionem in commentatione de angelophaniis, *Biblioth.* B. 3, S. 391 sqq. et quoad Petrum in singulari tractat. *Ueber das Gesicht des Ap. Petrus*, Ap. Gesch. 10, 9–22, ibid. p 420 sqq. *Thiess* in commentar., qui Cornelium quidem prandii tempore nullum cibum sumsisse, horaque 3tia pomeridiana somno abreptum, simulque eis, quae Lyddae et Ioppae egerat Petrus, perculsum, ad eiusmodi somnia fuisse perductum autumat, Petrum autem ob famem et ieiunia in illum statum abreptum de industria ea, quae subobscura visione occurrebant, auxisse et protendisse. — At veteriorem tamen explicationem, quae mire et proxime intercedente Deo omnia accidisse censet, doctissime propugnauit *Storrius* in dissertat. exeg. in histor. libr. N. T. Part. II, p. 81 sqq., maxime quia angelum vere a se conspectum testificatus sit Cornelius, v. 30; neque credendum sit, Lucam praetermisisse narratione sua illud momentum, quod ad rem omnem illustrandam facere potuisset vel maxime, Petrum iam cognitum fuisse Cornelio. Sed eius argumenta haec et similia redarguit *Eichhorn*, *Biblioth.* B. III, p. 1073 sqq.

24) Cf. *Eckius* § 20. p. 135 sqq. et *Eichhorn* in commentat. de angelophaniis, p. 407; et contra eum *Storrius* Diss. ex. p. 95 sq.

rata et impleta ſint promiſſa Ieſu, Marc. 16, 17, δαιμονια εκβαλουσι εν τῳ ονοματι μου; vel fraude illa et dolo circumueniebat homines, iam autem quum Apoſtolos videret et vi et ſapientia ſe longe ſuperiores, ab inceptis deſtitit, melioraque ſequuta eſt. Caeterum res in commentario ſatis, opinor, explicata eſt, cui conferre poterunt ea, quae diſputat ECKIUS § 33, p. 205 et RÜTZ [25]).

Perinde explicabitur et alter locus c. 19, 13 ſqq. vti et in commentario eſt indicatum. Supereſt locus

Cap. 28, 3,

qui tamen expediri poterit facillime, exiſtimando, aut parum venenatam fuiſſe iſtam viperam, tametſi a Melitenſibus pro venenata habebatur, aut, ſi fuit, inſinuaſſe ſe tantummodo Paulli manui, non autem morſu eius corpus petiiſſe. Sed et hanc rem ex propiore et miraculoſo Dei auxilió accidiſſe, vt rata fierent, quae praedixerat Ieſus, Marc. 16, 18, οφεις αρουσι, multi ſunt qui credant, ſicuti de venenatis aut non venenatis in inſula Maltha viperis, quibus hodie ſaltem ea caret, multa ſcripta ſunt, quae legeſis apud DINNDORFIUM ad MORUM p. 635 ſq.

Expoſui, quantum fieri potuit breuiter, potiſſima eorum, quae circa grauiſſimam hanc de miraculis quaeſtionem, quatenus ea Actibus Apoſtolorum aut inſunt aut ineſſe creduntur, addenda videbantur eis, quae in commentario ſunt expoſita; atque non quidem praeter neceſſitatem multiplicaui miracula, verum ea, quae ex naturalibus rerum cauſſis deduci nequeunt, pro miris et inſolitis euentibus habenda eſſe ingenue profeſſus ſum. Eum autem ordinem ſum ſequutus, quem

25) Manuſcript, waarin de merkwaardige Gebeurteniſs met de paradoxe Dienſtmaagd te Philippen voorgefallen (Act. 16, 16 - 18) onderzocht en verklaart wordt, door *F. G. RÜTZ* hoogduitſch Predikant der Lutherſche Gemeine in's Haage. Rotterd. 1799.

quem praescribere videbatur liber ipse, a quo si voluissem recedere, perfacile fuisset, omnia, quae mire euenisse creduntur, ad certas quasdam classes reuocasse, veluti sanationes aegrotorum vel corpore laesorum, daemoniacorum, reuocationem in vitam eorum, qui mortui aut erant aut credebantur, tempestiuas rerum simul incidentium opportunitates, visiones, somnia, ecstases, angelophanias, factaque mirabilia alia.

Longissime tamen absum, vt his, quae breuissime disputauimus, finita omnia et perorata esse existimem, quum ea satis amplo libro scribendo largissimam suppeditent materiem, et ne vel sic quidem omnia ad liquidum ita possint perduci, vt nullus dubio locus supersit. Namque in diiudicandis talibus rebus, quae et natura sua humanum intellectum magna ex parte saltem excedere videntur (siquidem nemo vias, quibus in rebus gubernandis incedit numen, omnes satis dum inuestigauit), et aetate acciderunt a nostris temporibus remotissima, et perhibentur ab auctoribus, prorsus alio genio et scribendi colore, ac nostra aetate poscitur, imbutis, non nisi modeste proferenda sunt, quae nostra hodienum sententia censet; atque ignorantiam plane et ingenue confiteri praestabit, quam, vt quidam amant, ea, quae nostrum exputauit ingenium, pro indubitatis et vnice veris venditare.

Excvrsvs VI.

De difficultatibus nonnullis historicis, in Actibus Apostolorum passim, praesertim in oratione Stephani, obuiis.

Quod in euangelio Lucae cap. 2, 2 cuilibet rerum historicarum perito occurrit, recedere rerum gestarum narrationem ab eis, quae de iisdem exponunt scriptores alii [1]): id inprimis in altera historiarum a Luca compositarum parte, Apostolorum Actibus, idemtidem obuium est. Neque enim solum ab aliis auctoribus, qui res historicas composuerunt, diuersa hic inueniuntur, sed ab eis ipsis, quae in Veteri Testamento, cui summa adhibebatur veneratio, memorantur, abeunt nonnulla, quae hic occurrunt, momenta. Multum quidem negotii eiusmodi diuersitatem fecisse interpretibus existimari potest, eoque maiorem, quam in explicandis scriptoribus historicis aliis, quod sacros auctores hic loqui sciebant [2]), sed non minus apparet, nimis sollertes interdum interpretes in rimandis singulis apicibus, conciliandisque eis, quae aegre conciliari queunt, et religiosos sese gessisse. Qui si reputassent, res istas omnes, quae diuerso modo exponuntur, *minoris* esse momenti, neque a scriptoribus sacris

1) De difficultate ista tollenda vid. intt. ad ist. loc. in primis S. V. *Paulus Kommentar über das N. T.* Th. 1, S. 83.

2) Prudentissimum tamen hic se gessit iam *Grotius*, qui ad Act. 7, 3 bene annotat: "Spir. Sanct. Apostolos et Euangelistas confirmauit in *doctrina euangelica:* in caeteris rebus, vt hominibus, reliquit ea, quae sunt hominum."

sacris magnam admodum curam adhibitam fuisse eis, quae alibi gesta narrantur, quid quod circa ea ipsa, quae in sacro V. T. codice traduntur, non, nisi res potissimas spectatas fuisse, non autem minora et singula rerum momenta (cf. commentar. ad c. 7, 4 fin. ibid. v. 16 fin.), tum in laudandis V. T. locis bina interdum aut plura adeo loca mixta fuisse et confusa (cf. ibid. ad c. 7, 7. 16), haudquaquam, opinor, tantopere cruciati fuissent istiusmodi difficultatibus, neque in medela his locis adhibenda, tam varias et diversas vias incessissent, commendassentue ea, quae magnam partem dura, contorta, precaria, quin ridicula videntur prudentioribus et cordatis rerum arbitris. Taediosum est, percurrere ea omnia: sed nonnulla saltem et potissima conamina audire nostrum erit, quia, quae in commentario ad res conciliandas adducta sunt, pluribus forte minus satisfacere possent: ea ergo breuissime, age, perstringamus.

Sunt autem potissimum tres loci, in quibus difficultates historicas facessit liber noster. 1) Oratio Gamalielis c. 5, 36. 37. 2) Oratio Stephani praecipue, c. 7, 2-4. 16. et 3) oratio Paulli c. 13, 20.

Cap. 5, 36. 37.

Gamaliel hic mentionem Iudae Galilaei *post* Theudam iniicit, quum tamen, teste Iosepho, Theudas post Iudam, quin post ea tempora, in quae incidit Gamalielis oratio, insurrexerit, circa annum 45, et Iudas circa annum 8. Cuius quidem difficultatis tollendae potissima interpretum conamina iam commentario suo loco inserta videbis. In quibus ea, quae aut nomina Theudae et Iudae transponunt, aut *μετα τουτον* pro *μετα τουτου* legere cum Heinsio suadent, durissima videntur, neque temere admittenda: multo magis praeferenda ea, quae aut seriorem hic manum agnoscunt aut glossam a Luca ipso profectam. Posterius

hoc aliter efferunt alii, veluti b. BOLTEN, dicendo: orationem hanc non ita habitam fuisse a Gamaliele, vti hic sistitur, sed a Luca elaboratam, hunc autem memoria lapsum eas res, quae suo quidem tempore iam accidissent (Theudae insurrectionem anno, 45), ipsique adeo bene potuissent esse comperta, ita expressisse, ac si iam oratori Gamalieli fuissent cognita. Verum quum ad caeterorum historicorum exemplum ex suo quidem ingenio aliorum orationes effinxisse Lucam equidem largiar (vid. prolegom. p. 36): nequeo tamen idem mihi persuadere, Lucam, bonum et cordatum scriptorem, tam graui errore contra temporum ordinem peccasse, siquidem, hac hypothesi agnita semel et admissa, eiusmodi error haudquaquam parui momenti fuisset, et vix condonandus auctori ad aliquem fidei et probabilitatis rerum narratarum gradum adspiranti. Sunt et, qui Iosephum, qui res gestas aliter narrat, errore lapsum fuisse velint, quod qui contendunt, nodum secare eos, non soluere, incertumque et intutum in re desperata perfugium quaerere, nemo non videt. Proinde, me quidem iudice, proxime ad verum accedere videtur, quod in commentario scripsimus, alium eiusdem nominis *ante* Iudam insurrexisse. Siquidem Theudae nomen (vid. Wetsten.) vulgare fuisse videtur: rebellionibus autem iam dudum infesta erat Iudaea, hominesque plures, qui diuerso tempore insurgebant, vno eodemque gaudebant nomine. Ioseph. Antt. 17, 10, 6; 20, 5, 2; 20, 7, 2 trium eiusmodi hominum mentionem facit, qui omnes nomine Simonis nuncupabantur. Tum praeter hunc Iudam et alius eiusdem notae nominisque homo ab eodem taxatur, Antt. 17, 10, 5. Bell. Iud. 2. [3])

Sed

3) Cf. LARDNER *credibility of Gospel History*, Vol. II, ch. 7, qui eidem de duplice Theuda opinioni adstipulatur,

Sed multo magis ea, quae sequuntur, interpretes exercuerunt, quod non a Iosepho, aliove auctore, errori obnoxio, sed a Vetere Testamento ipso recedit narratio.

Cap. 7, 2 – 4.

Difficultatem duplicem, qua hic locus premitur, expositam videbis in commentario, c. 7, 4, sicuti et rationem, ex qua tollenda ea sit probabilissime. Addere poteris, Stephanum, qui haec perorat, recte quidem omnia et ita proloquutum esse, vt Veteris Testamenti testimoniis concinerent: sed ab eo, qui orationem calamo excepit (cf Excurs. 7), in tanta audientium turba male intellecta nonnulla et falso ita scripta fuisse, vt hodienum prostant: quamquam non multum equidem momenti huic coniecturae tribuerim. Sed vario modo difficultates tollere conati sunt alii, et quidem duplicem illam, seu maius triplicem, quae hoc loco continetur, ita ferme:

Ex illius temporis opinione, quam et Stephanus sequitur, duplicem per oracula diuina vocationem accepit Abrahamus, et eam, quae Gen. 11, 31 narratur, et priorem aliam, quum adhuc Vre versaretur (cf KRAUSIUS l. c. p. 11, not. 9). Alii vocem ויאמר Genes. 12, 1 plusquamperfecte vertunt: *siquidem dixerat.* Alii: Gen. 12, 4 dicitur, Deum Abrahamum

Aa 5 iussisse,

pulatur, quam diserte professus est, iam *ORIGENES* contra Cels. I, 6, p. 44 edit. Spenceri. At *MICHAELIS*, *Einl.* Th. 1, S. 60 sqq. eam explicationem agnoscere non vult. *THIESS* in commentar. "Ich weiss von diesem Theudas nichts: denn was Joseph. Ant. 20, 5, 1 sagt, passt nicht, wie Euseb. H. E. 2, 11 vorgiebt etc. Aber vielleicht hat Lucas den Nahmen verwechselt: oder der Aufwiegler beim Josephus hat sich mit Fleiss den Nahmen Theudas gegeben, oder es waren 2 Theudas, oder Lucas war nicht genau berichtet. Vom Judas steht etwas beim Joseph. Ant. 18, 1, 1; 20, 5, 2.

iussisse, Carris in Canaan migrare: at Genes. 15, 7. Deum Abrahamum ex Vre in Chaldaea *vocasse*, i. e. eius prouidentia res ita moderatas fuisse, vt pater Abrahami, numine argumenta mouentia ei suppeditante, consilium iniret, linquendi Vrem, cf. Gen. 11, 31. Sed quia hunc locum Gen. 15, 7 verbotenus explicauerint Iudaei, falso ad duplicem apparitionem numinis Abrahamo factam inde conclusum esse.

Quod autem ex Chaldaea, non ex Mesopotamia, migrasse dicitur Abraham, siquidem in posteriore terra sitae erant Carrae ipsae, vel ita explicabitur, vt in commentario ad c. 7, 4 init. notatum est, vel cum KRAUSIO (ibid.) ita: "fefellisse Stephanum videtur, quod Abrahamus ex Chaldaea exiisse dicatur, quo sub nomine loca Euphratem atque Tigrin interiacentia *Stephani temporibus* erant celebratissima. *Antiquitus* vero, et *Abrahami quidem aetate* Chaldaeos hisce in terris sedes habuisse nullas, sed inter Caspium potius mare Pontumque Euxinum, primus monstrauit Ill. Michaelis etc. Ex his igitur antiquis Chaldaeorum sedibus Abrahamus haud dubie exiit cum patre petiitque Mesopotamiam."

Denique si de tempore mortis Terachi, patris Abrahami, eiusdemque aetate, ad quam vsque vitam prouexerit, quaeras, sunt qui cum KNATCHBULLO Hebraicum codicis sacri textum Genes. 11, 32 ad textum Samaritanum refingere suadeant, in quo Theracho, patri Abrahami, vere 145 anni attribuuntur: cui tamen opinioni argumenta opposuit MICHAELIS, *commentat. de chronologia Mosis post diluuium* (Commentatt. Societ. reg. Goett. ann. 1762–1768). Alii volunt, non Abrahamum fuisse filium natu maiorem, sed Haranum, qui Vre in Chaldaea obiit, quem natum fuisse volunt 70mo aetatis patris anno, Abrahamum autem post 60 demum annos, quum pater Therachus

rachus 130 annos haberet: quibus si addes 75 illos annos, per quos Carrae commoratus erat, antequam in terram Chanaan migrauit, exibunt anni 205. Alii τα: Θεος μετωκισε αυτον non innuere *iter ipsum* in eandem terram susceptum volunt, sed iam *prius* eam terram petiisse Abrahamum aiunt, et tum demum a Deo μετωκισμενον dici potuisse, quum non amplius esset παροικος, et Nomadum instar ex alio loco in alium migraret, sed sedes securas haberet et quietas, vertunt ergo Θεος μετωκ. αυτον non: *er liess ihn dahin reisen*, sed: *er brachte ihn endlich daselbst zur Ruhe*. Alii mortem Therachi per prolepsin narratam esse volunt, de qua opinione illustrem e commentario Raschii locum excitat MICHAELIS in commentatione supra laudata, et ex ea Krausius not. 11; ea rei caussa in illo commentario affertur: "ne res omnibus obuia et facilis intellectu esset, dicerentque: non seruauit Abrahamus praeceptum de honorando patre, siquidem senem illum reliquit abiitque. Imo vero vocat scriptura illum mortuum, siquidem mali, etiam dum viuunt, appellantur mortui, iustique etiam post fata viui" etc. — Sed plura adscribere piget [4]), ne lectoribus nausea creetur: neque iudicium de his rerum expediendarum conaminibus reticuisse et lectorum arbitrio permisisse fraudi, opinor, mihi a quoquam habebitur. Non meliora afferri possunt, si de variis tollendarum difficultatum conaminibus quaeras, quae occurrunt in

Cap. 7, 16,

quas et ipsas in commentario suo loco indicatas videbis. Hic ergo sunt qui dicant, vocem Αβρααμ v. 16 positam esse pro Αβρααμιδης, i. e. Iacob, esseque gene-

4) Cf. *MORUS* Vers. et Expl. Act. Apost. edit. *DINNDORF* p. 147-152; *ERASMUS*, *SCHMIDIUS* ad h. l.; *CASTELLIO*; *WOLFII* cur. in h. l. etc., vbi plura de singulis coniecturis et copiosius exposita legere potest, quicunque voluerit.

genetiuum casum, omissa voce υἱος, quae vox, sicuti πατηρ, αδελφος etc., saepe omittatur. Quód si ὁ του Αβρααμ scriptum fuisset, nil moraremur. Alii autem, veluti BOCHARTVS in Hierozoic. II, c. 47, vocem Αβρααμ pro glossemate habet, addito a librario quodam, qui meram vocem ωνησατο sine addito substantiuo stare non posse crediderit. Porro existimat CLERICUS in art. crit. P. 3, Sect. 1, cap. 12, §4, in codd. scriptum fuisse ι α β, quod indicasset Ιακωβ, quod tamen ι, obscurius scriptum, omissum fuisse, et exstitisse α β, idque plenius versum esse in nostram lectionem αβρααμ. Ingeniosa sane coniectura. Agrum ipsum ab Abrahamo emtum et a Iacobo redemtum (*reluirt*, *beweinkauft*) volunt alii: alii, partem agri primitus ab Abrahamo, aliam autem partem deinceps a Iacobo tam ad sepulturam, quam ad alios vsus emtum fuisse. — Porro quod ad locum sepulturae attinet, sunt qui cum BAHRDTIO textum mutilatum credant, aut cum GROTIO interpretentur, partim eos cum Iacobo, partim cum Iosepho sepultura affectos fuisse, quia nondum certam sedem habebant, aut alios Hebrone alii Sychemi [5]). Alii pro Εμμωρ legunt Εφρων; alii Hemmorem alium longe antiquiorem a Luca indicatum fuisse volunt, filium Sychemi alius antiquioris, qui longe ante Sychemum a Mose memoratum condiderit vrbem Sychem, in qua opinione proferenda diuerse variant interpretes. Sunt et, qui aliter interpungant, legendo: και μετετεθησαν εις Συχεμ, και ετεθησαν εν τῳ μνημειῳ (ᾧ ωνησατο Αβρααμ

5) Proinde locum ita paraphrastice reddunt: "Iacob et patres nostri in Aegypto vita functi, inde de Sychem deportati fuerunt: et nonnulli quidem eorum cum Iacobo in sepulchro, quod Abrahamus emit, conditi fuerunt, alii vero cum Iosepho repositi in eo sepulchro, quod a filiis Emmor, parentis Sichem, mercatus est Iacob." Quam precaria omnia!

Αβρααμ τιμης αργυριου) παρα (qua particula indicari volunt ablationem et remotionem, vti Ael. Var. hist. 14, 20, vbi tamen alia res est, siquidem ibi addita est vox ἁρπασαι) των υἱων Εμμορ του Συχεμ, vt innuatur, patriarcharum cadauera a filiis Emmoris, i. e. ab agro in eorum regione sito, ablata fuisse transportataque Hebronem in agrum ab Abrahamo quondam emtum (nulla addita mentione, a quonam ager emtus fuerit). — Et circa hunc locum pauca haec sufficiant, quae facillimo negotio ad longissimas sed et inutilissimas taediosissimasque disquisitiones potuissent protendi, pluraque, si forte plura quem audire iuuet, suppeditabunt auctores not. 4 laudati. Cf. Krausius l. c. not. 28. 29.

Insunt quidem et alia historica momenta nonnulla orationi Stephanianae, quae primo obtutu offendant, veluti v. 6, pro 430 annis positos esse 400 annos, aut v. 30 montem Sinaiticum pro Horebo, aut v. 43 Babylonem pro Damasco; sed ea, vtpote minoris momenti, in commentario ipso ad liquidum perduci poterant facilius, nam, quod ad numerum 75 in versu 14 attinet, non in hac oratione, sed in versione LXX — virali explicanda copiosius ille erit dilucidandus. — Sed supersunt paucissima annotanda circa varias opiniones de alia difficultate historica, quae occurrit in oratione Paullina, Antiochiae Pisidiae in Synagoge habita

Cap. 13, 20.

Et huius loci difficultatem historicam in commentario loco suo indicatam cernere est. Cui vt occurreretur, *vel* ea via incesserunt, quam et nos sumus sequuti, in qua seligenda nonnulli voces ὡς ετεσι τετρακοσιοις και πεντηκοντα proxime et arctissime post vocem αυτων v. 19 ponunt, ita vt prorsus non post αυτων interstinguatur: versum autem 20^{mum} auspicantur omissis vocibus illis: και μετα ταυτα εδωκε κριτας etc.:

vel

vel istum temporis ambitum expressum volunt, per quem. regnauerint iudices. Atque hic PERIZONIUS istum annorum 450 numerum bene effici autumat, si tum annos, quibus iudices Israelitis praefuerunt, tum eos, per quos idemtidem ethnicarum gentium vicinarum iugo subiectus erat populus, simul in computum admittamus. Quem sequuti alii diligentiore computatione effecisse sibi visi sunt, hos annos fuisse 114, illos 336, vt accuratissime exeat numerus 450 [6]). At GROTIUS legere suadet τριακοσιαις; conferatur variarum lectionum index in editione Griesbachiana. Alii tamen omnem numerum pro glossemate habent, a seriore librario addito, noluntque prorsus haec vel dicta a Paullo vel scripta a Luca fuisse.

Ex omnibus, quae adhuc enarrata sunt, quibus addi possent et multa alia, satis apparet, quanta sollertia ea, quae sibi vel repugnant vel repugnare videntur, conciliare allaborauerit interpretum industria: nec mediocri sane eis laudi ab aequis rerum arbitris illa habebitur; inprimis quum vindicandae scripturae sacrae et contra aduersarios propugnandae cura et religio praecipue in caussa fuerit, cur in enodandis locis intricatissimis tantopere desudarent. Nos vero, vti debitam interpretibus istis reuerentiam aequi et boni praestamus lubentissime, ita tamen eadem cum eis via incedere dedignamur, quandoquidem planior superest et facilior, qua cum plerisque nostri aeui interpretibus incedendo neque de diuina auctoritate codicis

6) *WETSTENIUS*: Anni iudicum ad Samuelem vsque sunt 339, tyrannorum 111, = 450. Ioseph. Ant. 8, 2, 1. Της δε οικονομιας του ναου Σολομων ηρξατο — μετα ετη ϕGβ (592) της απ' Αιγυπτου των Ισραηλιτων εξοδου. quibus 592 annis si demas demenda, tempora in deserto et sub Iosua peracta, nec non annos regni Sauli Dauidisque, similis fere annorum numerus efficitur.

dicis facri, cui debitus et fuus honos, et fumma reverentia ftat femperque ftabit, detrahimus quidquam, neque in dumeta locorumque afperitates lectores nos fequentes inducimus. Iidem tamen, fi fecuiffe forte nodos curatiore cura foluendos nonnullis videmur, fi damnanda omnino et repudianda iudicabuntur, quae de lapfu memoriae aut eiuscemodi cauffis aliis fcripfimus, et omnia alia potiora effe et praeferenda apparent, non iniqui fumus, quandoquidem ea ipfa de cauffa plura haec explicandorum locorum intricatiffimorum conamina adiecta funt, vt diiudicare diuerfiffima, et pro fuo lubitu, quae potiffima videntur, amplecti lector et fua facere poffit.

Excvrsvs VII.

De oratione Stephani c. 7. nonnulla.

Non quidem is ſum, qui in diiudicanda quaeſtione, num haec illaue oratio earum, quae in auctoribus veteribus leguntur, vere ita habita ſit, vti hodienum proſtat, nec ne? quaue via ad noſtram vsque aetatem perducta ſit? nimium ſibi placet, quia incerta ſolent eſſe omnia et fluctuantia; multo minus eis adſtipulari ſoleo, qui, ad ſoluendos eiusmodi nodos, eorum, qui orationi habitae interfuerunt, aliquem calamo excepiſſe ſermonem poſteriſque tradidiſſe ſolent exiſtimare [1]): verum in hac tamen oratione [2]) explicanda, ſi quaeſtionem hanc volueris obiicere, nil fere video, quod reſponderi poſſit aliud.

Sane ſi orationes Liuianas, Thucydideas etc. a ſcriptoribus ad loquentis genium eſſe effictas et perpolitas ſtatuimus, idemque fere de orationibus Petrinis cap. 2. 3 etc. ſuſpicati ſumus, ipſe orationis ornatus et color, ad auctoris, qui eas in tabulas retulit, ingenium accedens quam proxime, eiusmodi ſententiam amplecti ſuadet et tantum non efflagitat: at hic prorſus

1) Vid. Prolegomena p. 34 ſqq.

2) Poſt commentationem *Krausii in hiſtoriam atque orationem Stephani protomartyris Act.* 6 *et* 7. Gött. 1780, in commentario laudatum, varii in eandem ſcripſerunt, e. gr. *Schutzrede des Steph.* in S. V. *Velthusenii Brem. u. Verd. theol. Magaz.* B. 1, St. 1, p. 67 - 124; Ibid. p. 124 - 167: *Bemerkungen über die Rede des Stephanus;* Ibid. St. 2, p. 85 - 140: Obſeruationes ab Henr. *Pape*, et B. 2, St. 1, p. 130 - 190 continuatio illarum obſeruationum.

ſus alia et diuerſa rerum facies: orationis color a genio Lucae recedens quam longiſſime, errores hiſtorici, qui ſubito dicenti condonantur quidem, ſed non aeque orationem elaboratiorem tradenti: tum eandem ob cauſſam confuſa alia, neque vllo ſtudio apta et diſpoſita, multa enarrata copioſiſſime, quae ad rem minus pertinere videntur, multa ſilentio praetermiſſa, quae huc quadrare exiſtimare poſſis: vt adeo prorſus non ex ſuo ingenio Lucas hic loqui videri queat.

At quod in plerisque orationibus aliis nulla facile probabili ratione ſumitur, adſtitiſſe aliquem, calamoque dicentis verba excepiſſe, id hic quidem facilius exiſtimari poterit. Siquidem habebatur oratio a Stephano, ob eloquentiam prae aliis omnibus conſpicuo et inſignito, qui quum omnes audientes vi et ſapientia eorum, quae perorabat, ita ſoleret flectere, vt nemo reſiſtere poſſet (c. 6, 10), iam, quum de re grauiſſima dicendum eſſet, cauſſa defendenda, vita inſtanti periculo eripienda, non ſolum multos tam amicorum quam inimicorum alliciebat audiendae apologiae curioſos, ſed et facillime ex his aliquem inducere potuit, oratoris diſertiſſimi ſermonem, in tanto capitis periculo habitum, feſtinante calamo excipere, ni omnem eisdem verbis, at tamen eius initium, ordinem, potiſſima argumenta: quae cum poſtea ex illius aeui genio placerent et eloquentiſſimi hominis facundiam teſtarentur, elaborari ab eodem domi ita potuerant, vt, quae inter dicendum non quidem litteris mandari, ſed memoria tamen teneri poterant, insererentur, oratioque effingeretur, ad eam, quam Stephanus ipſe vere habuerat, quoad ſimilitudinem proxime accedens; fere vt hodienum agere ſolent nonnulli, clarioris oratoris ſacri ſermonem in templis calamo mandantes. Huic orationi ita efformatae vel idem auctor, vel alius quis praemiſit deinceps

 ea,

ea, quae adſunt cap. 6, addiditque, quae de Stephani fato inſequuntur c. 7, 54 – c. 8, 2, vt exſiſteret adeo peculiare quoddam documentum, helleniſtica lingua conſignatum, quod de vita et obitu Stephani exponens Lucas ab aliquo acceptum inſeruit ſeu praemiſit eis, quae de perſecutionibus incrementisque rei chriſtianae narrationi ſuae intexuit c. 8, 3 – 8; c. 8, 26 – 9, 31; c. 11, 19 – fin.; 12, 24. 25 [3]).

Hac hypotheſi agnita diſſipari videntur omnes difficultates, quas ſupra indicauimus, niſi quod arripiet attentiorem lectorem mirumque habebit, cur v. 54 et 57 quidem expreſſis verbis additum ſit, quosnam in audientium animis motus protulerit oratio, at vero inter v. 50 et 51 ne verbo quidem mentio eiusdem rei ſit facta, quum tamen murmure hic et ſtrepitu interpellatum fuiſſe oratorem, vt in commentario indicauimus, res ipſa efflagitet, dicendaque inter v. 50 et 51, aeque ac v. 54 et 57 fuiſſent haec aut ſimilia: "quae cum audiiſſent iudices, taedio ſimul et ira commoti ſanguinem eius poſcebant." Sed varie haec explicari videntur poſſe, vel ſumendo, eum, qui ſermonem calamo excipiebat, non abrumpere voluiſſe tenorem orationis ſuauiſſimae iamque vehementiſſimae, atque tum demum abrupiſſe, quum iterata vice v. 54 oratorem interpellatum videret: vel exiſtimando, et huius interpellationis vere mentionem factam eſſe ab eo, qui eam in tabulas referebat, ſed excidiſſe eam particulam, orationemque laceram et hiulcam ad noſtram vsque memoriam perueniſſe: vel denique, id quod et in commentario monitum eſt, ſupponendo, non magno quidem iam tum ſtrepitu et ſupplicii comminatione interpellatum fuiſſe oratorem, ſed riſu tantummodo audientium, aut nonniſi ore, vultu, geſtibus, quos ille, qui haec ſcripſit, ne cernebat quidem

3) Vid. prolegomena p. 24. 25. et tabul. p. 30.

quidem oculis, vtpote in plena audientium turba remotiori in loco stans, quibus tamen et ipsis orator vehementissime offensus, indignabundus orationem subito conuertit et immutat. Quae si ita accidisse accipimus, latere potuit haec res et eum ipsum qui Stephani verba calamo excipiebat, et omnes qui orationem iam litteris ab eo mandatam legerunt: vnde probabile fit, in arte rhetorica et dialectica nondum bene versatum fuisse eundem, bonaque fide, nil quidem mali suspicatum, scripsisse et ea, quae non intelligebat, vel falso audiuerat [4]).

Frustra tamen et incassum circumspicimus, si, quisnam fuerit ille homo, qui eam calamo excepit, certissime velimus disquirere. Id quidem in aprico esse videtur, Hellenistam eum fuisse, aut hellenistica saltem lingua bene imbutum, quia Stephanus, Hellenista et ipse, sua lingua, quam et e Synedrii assessoribus, hominibus nobilioribus et doctrina imbutis, plurimi callebant, habuisse orationem summa cum probabilitate credendus est. Fuit forsan aliquis e Stephani amicis sodalibusque (c. 6, 5), forsan Philippus, qui postea, quae sibi ipsi acciderant c. 8, 5 sq. subiecit, forsan (quis enim pro certo aliquid statuet?) Paullus ipse, tunc temporis nondum ad eum artis dialecticae et rhetoricae gradum enisus, sed νεανιας, c. 7, 58, at Gamaliele iam magistro vsus, vnde eius intererat, ad studia sua persequenda etiam scire, et curiosius audire, quo tandem pacto in tam graui periculo se defenderit orator [5]). Simili saltem ferme

oratione

4) En ergo aliam viam, qua explicare possimus ea, in quibus quoad res historicas a Vet. Test. narratione aberrare videtur oratio.

5) A Paullo ergo tradita Lucae probabiliter fuit oratio. *Thiess* in Commentar. paullo aliter statuit: „Diese Rede kann Steph. gehalten haben, und Lucas legt

sie

oratione incedere Paullum videmus c. 13, quod, nisi potius ex omni omnino oratorum Iudaicorum genio aut aliunde repetendum est, ad Stephani, summi oratoris, artem efformasse se Paullum, indicare quodammodo videtur.

De genio orationis et colore eiusque ab aeuo nostro discrepantia non est quod plura praemoneamus: ita arripiunt quemlibet et percellunt omnia. At hominibus Iudaeis aeque iucundum ac honorificum erat percensere, quauis occasione oblata, diuina erga populum sanctum prouidentiae specimina, eaque vel inde ab antiquissimis temporibus repetere, vt patet veluti ex Ps. 78. 105. 106. 135. 136; Ezech 20; Nehem. 9, 6 sqq.; Iudith. 5, 6–19; Sirach. c. 44 sqq. Verum tamen quum scopum quendam et finem semper habere debeat istiusmodi recensio, et quidem rei, de qua agitur, conuenientem, hac igitur oratione apologia quaerenda sit contra crimina Stephano obiecta, quod βλάσφημον se erga Mosen, νομον et ναον gesserit, nil autem in oratione occurrere videatur, quod apologiam capitis damnati referat, multum sane in eiusmodi apologiae vestigiis conquirendis desudarunt interpretes.

Et hic quidem proxime fidem mihi accedere videtur, id sibi voluisse Stephanum, vt non leuitate se et mobilitate ingenii, nec religionum auitarum contemtu, sed prudenter et bene reputata re ad Iesu castra transgressum esse iudicibus probaret: quia vere et omnino hic Iesus habendus sit pro eodem Messia, quem dudum exspectauerat Iudaeorum gens. Eiusmodi autem argumentum, illi simile, quod plerique fer-

sie ihm in den Mund. Er hatte sie vielleicht von Paulo: Aber dieser hatte sie doch nicht wörtlich behalten noch weniger nachgeschrieben. Er mogte sich nur gemerkt haben die weitläuftig anhebende Digression und die Eile des Uebergangs."

ſermones Petri et Paulli in libro noſtro exprimunt, vix alia via perſequi poterat orator, quam hiſtorica enumeratione (rerum priſcarum, fatorum populi memorabilium) vaticiniorum in Meſſiam, factorumque, quibus talem ſe probauerat Ieſus [6]. Et haud dubie ad hunc denique finem perueniſſet Stephanus, ſi ad vmbilicum vsque eam perduci permiſiſſet audientium tumultus. Credo equidem, Stephanum, dummodo ad palmarium hoc orationis caput perueniſſet, id quoque agere conſtituiſſe, vt ad captandam beneuolentiam crimina nationis in Ieſum commiſſa per λιτοτην mitigando, αγνοια eos Ieſum cruci affixiſſe demonſtraret, perinde ac Petrus confeſſus erat c. 3, 17, quia et eum pro Meſſia non habuiſſent, et exempla maiorum imitanda eſſe credidiſſent, qui aeque contumaces ſe et obſtinatos geſſiſſent erga Moſen; quare excuſandos eſſe poſteros, ſi maiorum exempla eſſent ſequuti. Hac ergo de cauſſa hiſtoriae Moſis potiſſimum immoratur [7]) v. 20—43, et paſſim vere eloquentem ſe gerit

6) Cf. quae de oratione Paulli coram populo Hieroſolymitano habita c. 22 in praemonendis ad hanc poſteriorem partem obſeruauimus.

7) Nolimus autem credere contraria via hic incedere oratorem, qui criminibus nationis in Moſen enumeratis irritaret iudicum animos, quos mitigandos habebat: imo mitigat eos: neque enim ſibi vult haec, vt quidam autumant: "non mirum, ingratos vos fuiſſe erga Ieſum Meſſiam, quandoquidem et maiores erga Moſen ingrati fuerunt. Recte vero dixi, templum veſtrum deſtructum iri, et deſtruetur, idque vobis merentibus accidit;" ſed haec: "αγνοια maiores erga Moſen ingratos ſe geſſerunt veniamque diuinam nacti ſunt: ergo et vos, qui erga Meſſiam ingratos vos praebuiſtis, eandem veniam nanciſcemini, dummodo eius religionem amplectamini." Sed prioris opinionis ſunt plerique, *Thiess* in Commentar. "Der Geiſt dieſer Rede iſt der Geiſt des edlern

rit v. 35–39: indicans simul, absurdos se exhibere et absonos eos, qui se eius Mosis, quem tanto honore prosequatur ipse, aut eius legis aut templi contemtorem accusarent. Et quum posterioris huius criminis, quoad βλασφημιαν templo ingestam, insimulatus esset, ab hoc crimine potissimum purgare se incipit v. 44. Dixerat forsitan Stephanus quondam similia eis, qualia a Iesu dicta Io. 4, 21 leguntur, aut qualia Paullus profert coram Atheniensibus c. 17, 24: iamque in eo est, vt non quidem dicta haec a se neget, verum vt dici eadem sine vlla βλασφημιᾳ potuisse euincat. Atque et hunc locum cum studio credo et amore tractasset, multaque et conuenientissima ex eloquentiae suae penu depromsisset, sicuti v. 48 orditur, nisi tam intempestiue esset interpellatus. Quod autem de Abrahamo et patriarchis tam multa, quae huc minus faciunt, praemittuntur, nonnisi exornandi loci caussa ex istius aeui genio accidit [8]). Taedium

edlern jüdischen Patriotismus, der sich mit der bessern Menschheit vereinigen will. — Doch statt seine rel. Denkart zu vertheidigen, wird er vielmehr der Ankläger seiner Nation, die er für irreligiös erklärt, so wie es nur Heiden seyn können. Das war freylich nicht das Thema seiner Rede, aber doch das Resultat."

8) Paullus c. 13, 16, eadem ferme de Iesu demonstraturus, ab exitu Aegypti telam orditur, quia probabiliter pensum in Synagoga praelectum de eodem egerat: Philippus c. 8, 35 in re simili versatus auspicatur a loco Ies. 53, quia eundem legerat Aethiops: Stephanus hic ab antiquissimis inde temporibus infit, quia et munera Iouae in populum suum collata, et primam Iesu Messiae originem, ab Abrahamo inde deducendam, simulque promissa de futuro Messia Abrahamo iam a Deo facta in mente habebat. Et haec quidem, addita eis, quae de istorum temporum eloquentia Iudaica et Hellenistica omnino supra adduximus, probabilissimam rationem, cur tot, quae

dium quidem et nauſeam noſtris auribus creat iſtius-modi orator, qui ne iſtis quidem temporibus iudices attentos continere valuit; ſed metiri quemque ſuo ſuaeque aetatis modulo ac pede verum eſt: neque credo, eadem verborum rerumque copia hiſtoriam gentis ad ſua vsque tempora pertexere, in mente oratori fuiſſe; ſed id eum ſtatuiſſe opinor, vt mentione Dauidis, quia ex Dauidis ſtirpe procreatus erat Ieſus, et Salomonis, quia is templum exſtruxerat, finita, omiſſa caeterorum regum hiſtoria, nonniſi hiſtoriam templi per Aſſyrios deſtructi et deinceps inſtaurati afferret, et miſſis aliis omnibus (quae et a Paullo omittuntur c. 13, 23) ad Ieſu vitam, mortem et in viuos reditum feſtinaret, et apertius mentem ſuam circa ea, quae dixiſſe accuſatus erat, Ieſum immutaturum eſſe leges Moſaicas, declararet. Quae cuncta, ſi orationis telam pertexere licuiſſet, largiſſimam quidem longiori orationi materiem ſuppeditaſſent, non tamen prorſus et omnino abs re aliena fuiſſent habenda.

Nolimus itaque ad repudiandam illico et damnandam hanc orationem, quam ne omnem quidem ſuperſtitem habemus, eſſe procliuiores: imo fateamur, ni omnia, at multa tamen eidem ineſſe rei, de qua agebatur, cum primis conuenientia, defenſionem contra

quae aliena ſunt, pertexat, continere mihi videntur; precaria autem ea, quae ad eadem explicanda exputarunt alii, qui *vel* ea de cauſſa in his exponendis tam ſedulum et induſtrium Stephanum fuiſſe volunt, vt verum ſe Iouae cultorem fuiſſe oſtenderet, qui tot in nationem Iud. beneficia contulerit, neque vnquam *βλασφημον* ſe geſſiſſe, *vel*, quod Krauſio videtur, vt iam tum beneficum ſe populo Iouam praeſtitiſſe euinceret, quum nullo dum Moſe, templo etc. gauderent, *vel*, quod *Nicolai* in Verſ. N. T. et *Paulus* in programmate *de conſilio, quo ſcriptor in Act. Ap.* etc. afferunt, vt Deum etiam extra Palaeſtinam beneficum ſe exhibuiſſe declararet.

tra crimen blasphemiae commissae erga Mosen (c. 6, 11), c. 7, 20 sqq. praesertim v. 35 – 39; erga Deum (6, 11), quem se nunquam maledictis petiisse omnis oratio loquitur; erga templum (6, 13), v. 44 – 49; erga νομον (6, 13), v. 30 – 38. Quod autem Iesum destructurum esse templum dixisse insimulatus erat, et illam quoque criminationem indubie diluisset, si orationem ad exitum potuisset perducere: sicuti crimen, quod eidem impegerant aduersarii, quod omnino Christi castra sequutus sit, in fine orationis, re omni historice patefacta, dissipasset. Omnia ergo omnino ad leniendos mitigandosque iudices tendebant, quos tamen quum turbulentos, et rei christianae ita infestos cerneret, vt omnia, quae deinceps dicturus fuisset, incassum dictum iri praeuidere liceret, subito mutata mente, vehementissime excandescens in eos inuehitur v. 51 sqq. id quod a nemine fraudi eidem habebitur [9]).

Iidem tamen, qui in oratione hac ad istius aeui genium diiudicanda et exigenda prudentes nos exhibeamus et aequissimos, nolimus cum nonnullis aliam in partem nimios nos praestare, atque in oratione hac inuenire non modo nil quod hiulcum sit et confusum, sed plana omnia, et ad apologiam perorandam sapientissime disposita et attemperata [10]).

Acquiescat in his opella nostra, in quibus si nimium forsitan coniecturis indulsisse nonnullis videamur, cogitandum, in rebus tam remotis explicandis, vbi alia documenta deficiunt, vix vllam aliam viam superesse et id tantum curandum, ne quid absoni aut abs re alieni proferat hypothesis.

9) Cf. ea, quae in eundem finem pro defendenda hac oratione disputauit *WETSTENIUS* ad h. l.

10) In hanc partem abierunt inter alios v. c. *WITSIUS* et nuperrime *PAPE* in *VELTHUSENII Brem. und Verd. Magaz.* B. 1 u. 2.

EXCVR-

Excursus VIII.

Enumerantur breuiter potissimae interpretum sententiae et explicationes in locum Act. 15, 20.

In explicando difficillimo hoc loco tametsi ea sententia, quam in commentario tulimus, probabilissima nobis caeterisque aliis antehabenda videtur, ne tamen nimio nostrae opinionis studio duci iniquiusue erga eos, quibus minus forte illa arriserit, egisse videamur, potissima aliorum circa dilucidandum perobscurum locum conamina adiicienda putauimus.

Iubentur hic nouae societatis christianae sodales abstinere ab *ἀλισγήμασι των ειδωλων*, *πορνεια*, *τῳ πνικτῳ* et *τῳ αἱματι*. Quoad *ἀλισγηματα* et *το πνικτον* consentiunt interpretes, illa voce indicari et omnem cum *ειδωλοις* communionem, quae Iudaeum, hominem sanctum et monotheismo fauentem *ἀλισγει*, polluit, et maxime *ειδολοθυτα*; hac autem carnem animalium sine vlla sanguinis emissione vita priuatorum, venatione aut a bestiis captorum (*θηριαλωτων*), aut suffocatione mortuorum (Hesych. *γενος οπτησεως*, *gedämpft*. Strabo Geogr. XV de Indis ait: *ου σφαττουσι τα ιερεια, αλλα πνιγουσι*: Horat. Satyr. 2, 4, 17 etc.). Sed in definiendo sensu *της πορνειας* et *του αἱματος* admodum dissentiunt.

Quoad vocem *πορνεια*, multi, v. c. Grotius, genuinae vocis significationi insistentes, morale hic praeceptum, quod Christianis hominibus scortatione et illicita Venere interdiceret, traditum volunt. Quod si omnino et vniuersim sumitur, vix vlla ratio poterit afferri, cur e pluribus flagitiis, quibus contra legem

moralem poteſt peccari, nonniſi hoc vnum afferatur, idque inter plura, quae αδιαφοροις merito accenſentur [1]). Proinde miſſa iam dudum eſt haec explicatio, et iſta πορνεια indicari a plerisque creditur, quae in epulis ſacrificalibus committebatur frequentiſſime, ſicuti et in commentario indicatum eſt [2]). Ineſſe ergo volunt voci πορνεια explicationem diſtinctiorem eorum, quae ſub ἀλισγημασι (שִׁקּוּץ, 1 Reg. 11, 5. 6.) intelligi voluerit auctor [3]). Alii autem, quod eodem ferme redit, tropice ſumendam eſſe vocem volunt, vt πορνεια ex notiſſima V. T. metaphora innuat idololatriam vel omnem, vel eam, quae accubitu εν' ειδωλειω et eſu των ειδωλοθυτων ſpeciatim committitur [4]). Alii ſine ſatis idonea ratione intelligunt ſacrificia meretricia, inſtituta a meretricibus ex eis, quae ex quaeſtu corporis ſibi comparaſſent: alii cibum meretricium omnino, qui apud ſcorta ſumitur, et ad ſcortationem ipſam ſeducit: alii cum TELLERO (*Wörterbuch* ſub hac voce) de matrimonio cum feminis paganis inito, cui coniunctae fuiſſent epulae idololatricae, quodque Iudaeis maxime inuiſum ſcortationis nomine apud eos compellatum ſit, Iud. 11, 1; Leuit. 21, 7; Hoſ. 1, 2 etc. alii ex arbitrio polygamiam, paederaſtiam, diuortia etc. MICHAELIS artificioſius carnem in macello venalem, et magnam partem ex epulis ſacrificalibus venalem, a περαω, *emo*, in mente habet, et Rich. BENTLEIUS apud

1) Reſpondent tamen, ea de cauſſa hoc eſſe factum, quod et πορνεια in paganismo ad αδιαφορα pertinuerit, idque his verbis exprimi: "non omnes illico reliquias paganismi abeſſe volumus, ſed ante omnia tamen primo πορνειαν."

2) Pluribus expoſita haec videſis apud *DINNDORFIUM* ad *MORUM* p. 376 – 378.

3) Vid. b. *HENKII Magazin für Rel. phil. Exeg. und Kirchengeſch.* Th. 2, St. 1, S. 168 – 171.

4) S. V. SCHLEUSNER in lex. voce πορνεια.

apud Wetftenium coniicit, legendum effe χοιρειας [5]), nullo tefte critico fauente.

De voce αἱμα fi quaeris, funt quidem, qui eam de homicidio explicent, praeceptaque bina illa moralia chriftianis hominibus ante omnia hic commendari arbitrentur, quae continentur in decalogo, praec. 5 et 6. Sed quia et parum verendum erat, ne a chriftianis caedes committerentur, et ne vel fic quidem apparet, cur furta, ebrietas, calumniae etc. non pariter taxentur, efum fanguinis hic indicari plerique recte credunt [6]). Quia tamen hic parum de epulis facrificalibus cogitant, vt nos in commentario cogitamus, multum et diu fe torferunt interpretes, cur hoc praeceptum commendatum fit chriftianis, quos prorfus aliter alloqui folet Paullus, veluti Col. 2, 16. 17. Rationes quidem eas reddunt, vel vt homines a ferarum crudelitate fecernerentur (ita IUSTINUS MARTYR), vel vt eo diligentius a fanguine fundendo fibi cauerent, vel ne Iudaeis effent offendiculo, quorum imbecillitati dandum aliquid et largiendum effe profeffus eft (Rom. c. 14 et 15), vitaque fua monftrauit et Paullus ipfe, Act. 16, 3; 21, 26 fqq.; 1 Cor. 9, 20. Pofterior haec fententia ftetit; atque, fi forte minus fatisfecerint ea, quae in commentario et in varr. lectt. fcripfimus, his quoque vocibus ad epulas facrificales refpici, in quibus apponebatur αἱμα, cibi immolatarum hoftiarum fanguine conditi, voces και του

 πνικτου

5) Copiofius expofita haec omnia videfis in Wolfii curis ad h. l. et ap. DINNDORF. l. c. p. 378 - 380.

6) Iungunt ergo merito αἱμα και πνικτον, quia huic pofteriori et ipfi ineft fanguis, pofteriusque a Iacobo additum volunt idcirco, vt Chriftiani intelligerent, non folum a fanguine effufo fibique relicto effe cauendum, fed etiam ab illo, qui in feris πνικτοις aut morticiniis latet, et vna cum carne comedi folebat apud paganos, Odyff. 18, v. 25; Plin. H. N. 28, 9; Apicius de arte coquinaria Lib. 8, c. 8.

πνικτου autem pro additamento esse habendas, sententia erit longissime caeteris praeferenda.

Apud Iudaeos quidem ad morum feritatem emolliendam mansuefaciendamque lege sancitum fuisse inde ab antiquissimis Noachi (Genes. 9, 4) et Mosis (Leuit. 17, 10) temporibus, a sanguinis esu abstinere, constat: sicuti et tenacissime ei legi seruandae inhaeserunt Iudaei, neque vicinarum gentium paganarum exemplo, ac ne Romanorum quidem, in quorum ditionem postremo veniebat natio, auctoritate ad eam violandam adduci se passi sunt [7]). Sed merito quaerere possis, cur et christianis hominibus eiusmodi praeceptum ante alia inculcetur. Respondetur quidem, vt et horum mores mitiores semper redderentur et mansuetiores, vel quia hoc praeceptum non positiuum *Mosis* fuerit, sed a *Deo* ipso iam Noachi temporibus sit datum, vel quod daemones sanguine pasci credebantur, vel quia, BENSONO afferente, hoc praeceptum ad ea pertinuerit, quae proselytis portae commendauerit Moses, vel quod abstinendo a sanguine a paganis optime discerni possent christiani. Sed quam arbitraria pleraque horum sint et precaria, nemo non videt: neque vllam facile aliam rationem afferri posse, opinor, quam hanc, ne primi homines christiani offendiculo essent Iudaeis, atque horum imbecillitati aliquid concederetur: in quibus omnibus reputandis cogitandum, Iacobum, qui hoc praeceptum inculcat, Iudaeum fuisse, et, licet ad Christianismum conuersum, eorum tamen, quae Iudaismo sancta habebantur, amantiorem. Quamquam ne vel sic quidem apparet,

7) Ista tamen animalia, quae sub voce των πνικτων indicari supra diximus, comedere licebat Iudaeis, dummodo sanguinem ex eis emitterent, id quod nouo argumento videtur esse, voces και του πνικτου a sciolo aliquo, qui rem minus callebat, adpictas fuisse.

paret, quidni eadem de caussa et alia eiusmodi praecepta, veluti abstinentiam a carne suilla inculcauerit Iacobus. Porro, si in hac explicatione acquiescamus, non possumus non declinare quaestionem, num et quatenus et hodienum ab eiusmodi cibis abstinendum sit homini christiano, quae quidem quaestio suo quondam tempore diu et grauiter agitata est, ita, vt nonnulli quidem, veluti Salmasius, Ger. Vossius, Curcellaeus etc. omnibus omni tempore hominibus christianis ab eiusmodi cibis omnino cauendum esse vtique affirmarent, plerique tamen rectissime negarent, dicendo, haec nonnisi ad eos illorum temporum homines christianos, qui e gentilibus conuersi fuissent, spectare, neque refragari posse eis, quae prorsus contraria docuerit Iesus, Paullus etc. [8]).

At vero omnes has difficultates ambagesque commode declinare poterimus, si eam amplectimur explicationem, quae in commentario est proposita, quam tamen hac commendatione longissime absum vt prae caeteris vnice veram pronunciare inuitisque obtrudere ausim.

Supersunt pauca addenda de modo ac ratione, qua his iunxerint interpretes versum 21. Wetstenius id sibi velle haec arbitratur: "nihil hic innouamus, sed e Mosis lege, quae vbique locorum quolibet sabbatho legitur explicaturque, depromimus praecepta nostra." Alii, e. gr. Berger, *moral. Einleit.* cum pluribus aliis: "in omnibus fere vrbibus adsunt Iudaei, quare dandum aliquid nationi per omnem terrarum orbem dispersae." Alii: "nolite clam contra haec praecepta peccare, quia vbique locorum adsunt Iudaei, eisque quauis hebdomade hoc interdictum in

 mentem

8) Vid. *Nitzsch progr. de sensu et consilio decreti Apostolici*, Act. 15, Wittemb. 1795. Cf. *Berger, moral. Einleit. ins N. T.* B. 2, p. 262.

mentem reuocatur." Alii: "vobis praecipue, qui ex ethnicis estis conuersi, hoc inculcandum est; Iudaeochristianis eadem inculcasse parum attinet: illi enim ex νομῳ suo id discere possunt; quem quauis septimana praelectum et antea audiuerant et etiamnum audire possunt." 9) Nostram vtriusque versus iungendi rationem in primis ad monotheismum Iudaeorum spectare, e commentario apparet, quasi sit dictum: "pudori vobis foret et ignominiae, si vos, homines Christiani, qui Iudaeis maiores vos et in rerum diuinarum cognitione praestantiores recte existimatis, hac in re inferiores a Iudaeis deprehenderemini, quod vos communione cum epulis sacrificalibus polytheismo fauere videremini, quum illi, Iudaei, a vobis despectui habiti, monotheismo tamen adhaereant tenacissime, eumque quauis septimana sibi inculcatum audiant." Sed et aliae iungendi rationes cum nostra versus 20 explicatione aeque amice conspirant.

Nos autem subsistamus in his, in quibus breuiter exponendis, licet ad longe fusiorem disputationem diduci potuissent omnia, officio nostro satisfecisse videmur: plura autem legere volentibus succurrent Erasmus Schmidius, Wolfius, Bensonus et interpretes alii, qui et in omne N. T. et in Acta Apostolica seorsim longiores commentarios contexuerunt.

9) Schol. cod. ap. Matth. Περιττον τοις Ιουδαιοις (Iudaeochristianis) ταυτα επιστελλειν, απο του νομου ταυτα μανθανουσιν. Ἡ δε καινη διαθηκη ουδεν τοιουτον διατατττεται, ουδαμου του Χριστου περι τουτων διαλεγομενου, (adeoque ethnicochristiani de ea re admonendi erant).

Excvrsvs

Excvrsvs IX.

De memorabili illa lectionis varietate, quae adest Actor. 20, 28.

Inter omnes lectionum varietates, quibus Acta Apostolorum prae caeteris N. T. libris omnibus scatent, nulla facile maior habita est et celebrior, illa, quae c. 20, 28 occurrit, quae et grauissimis totius N. T. merito adiudicata est. Plenius itaque et copiosius de eadem exposuerunt omnes, qui commentarios in librum nostrum contexuerunt, in primis ii, quibus res critica ante omnia curae erat: inter quos facile princeps est S. V. Griesbachius, qui et in Symbolis criticis, p. 141 sqq., et in excursu ad h. l., recentiori N. T. editioni inserto, de eadem disputauit luculentissime. Neque tamen fraudi habebitur scriptori post tantum rei criticae antesignanum et coryphaeum de memorabili hoc loco exponenti, si parum aut nihil nouum et inauditum prioribus addat, quum repetenda saltem in eiusmodi opere, quale est hoc nostrum, potissima eorum videantur, quae suppeditata iam sunt ab aliis, ne vel ex hac parte mancum illud et imperfectum deprehendatur.

Quemadmodum in N. T. codicibus omnino voces Θεος, Κυριος, Χριστος permutantur saepissime et promiscue adhibentur, vtpote breuioribus signis ΘΟC, ΚΟC, ΧΟC expressae (v. c. Act. 17, 27; 21, 20; Col. 3, 15, 22; 2 Tim. 2, 19, sicuti et in codd. latinis Dus et Dnus, Deus et Dominus), ita et in hoc loco idem accidit, nusquam autem ad plura dissidia et grauiores disputationes animos prouocauit, quam hoc loco, quia

 in

in dogmatice ad probandam diuinam Iesu Christi naturam summi momenti habitus est hic locus, multumque adeo intererat, num in eodem diserte legeretur Θεος, nec ne.

Adsunt autem hic plures lectiones variantes, siquidem legitur 1) Θεου, 2) Κυριου, 3) Κυριου Θεου, seu, inserta particula, Κυριου και Θεου, 4) Χριστου, sed maxima et grauissima disputatio circa priores duas lectiones semper versata est: de quibus et hic potissimum agendum erit.

Prior illa lectio Θεου vulgaris est, textuque communi expressa. Extat illa aut certissime aut probabiliter in codicibus 15 a Wetstenio et Griesbachio numeratis, nec non in duobus Birchianis, nro 84 et 89, tribusque codd. Vindobonensibus. Obseruauerat quidem Birchius, grauissimum codicem Vaticanum, numero 1209 apud eundem, at apud Wetstenium et Griesbachium littera B indicatum, et ipsum exprimere lectionem vulgarem, sed correxit idem vir sententiam hanc in praefatione ad varias lectiones, ad textum Apocalypseos collectas p. XXXIX [1]). Caeterorum autem codicum, qui huius lectionis patroni supersunt, familia recentioris maximam partem est aetatis, nullaque satis idonea auctoritate aut pondere innisa, de qua re per singulas partes deducta egregie disputauit Griesbach l. c. p. 113, 114, qui plura edoceri cupientibus conferendus erit. At ex versionibus nonnisi

1) Siquidem in hoc loco interpolatus esse codex videtur, et genuinum Κυριου in Θεου correctum: id quod et exinde acute demonstrat S. V. *Gabłerus* (*n. theol. Journ.* 1799, St. 4, p. 409), quod in lectione illa, de qua postea agemus, δια του αἱματος του ιδιου, denuo conspirat cum omnibus illis codicibus, quibuscum semper consentit. Contra quem consensum quum subito et prorsus contra omnem expectationem discrepet vnica et sola lectio Θεου pro Κυριου, vix aliter id potuit accidere, quam per correctionem.

nisi Vulgata et Syra posterior huic lectioni fauent: ex patribus autem Athanasius, Basilius, Epiphanias, Theophylactus, Oecumenius; caeteri enim serioris sunt aetatis minorisque momenti.

At vero pro lectione Κυριου militant testes ex vtraque stirpe grauissimi, sibique conspirantes amicissime. Quippe ex orientali familia lectioni patrocinantur codd. A, C, Verss. Copt., Armen. forte et Aethiopica, quamquam voce hic vtatur, qua tam Θεος quam κυριος exprimi possit, patresque graeci nonnulli: at vero ex occidentali versio Sahidica, Lucifer, Hieronymus, Augustinus, Sedulius aliique patres latini, quos distinctius copiosiusque allatos videre est apud Wetstenium et Griesbachium.

Quod si ergo externa haec argumenta spectaueris, vel ex his praeferenda erit lectio Κυριος, siquidem concinit vtraque recensio et coniurat amice, contra quem consensum ne maxima quidem iuniorum recentiorumque testium pro vulgari lectione loquentium turba quidquam valeret, maxime quum assentiant plura testimonia ex familia Constantinopolitana, e. gr. Chrysostomus Homil. 1 in Acta Apostolorum, multas rationes afferens, cur in hoc libro diuinam Iesu Christi naturam non diserte docuerit Lucas, a qua excusatione potuisset supersedere, si lectionem Θεου in suis exemplaribus inuenisset [2]).

Sed et interna, quae vocant, argumenta consideremus. Atque hic

1) *primo* occurrit, *αιμα Θεου* si dictum fuisset a Paullo aut scriptum a Luca, merito istis verbis offendi

 potuisse

2) Si Θεου lectio fuisset vera, omne de div. I. C. natura argumentum deduci videri posset facillime. Argumentari enim posses: *Deus* hic dicitur ecclesiam redemisse suo sanguine. Atqui I. C. eam sanguine suo redemit. Ergo Ies. Chr. fuit Deus. Vid. tamen infra.

potuisse auditores lectoresque. Inuenitur quidem ista loquendi formula cum similibus in patribus nonnullis etc. [3]), sed, etiamsi res haudquaquam tot tantisque controuersiis agitabatur, quam phrasis similis de Maria, matre Θεοτοκῳ, damnata tamen, vt indignior minusque conueniens, a multis est et repudiata, vt adeo neutiquam tuto inde colligere possis, quod collegerunt nonnulli, veluti HWIIDIUS, lectionis Θεου patronus [4]), neminem eiusmodi phrasi vti ne ausum quidem fuisse, nisi sacra scriptura praeiuisset. Verum obuertere posset quis, vel ob id ipsum mutatam esse lectionem in Κυριου, adeoque Θεου, lectionem insolentiorem, vt genuinam esse praeferendam. Cui tamen responderi potest, nonnisi tunc valere canonem istum criticum, si lectio illa durior et asperior nonnullorum saltem testium grauiorum auctoritati innititur;

3) Affert ea *WETSTENIUS* in Commentar. crit. ad h. l. sicuti et similes locutiones πτωχεια Θεου, σταυρος Θεου, παθος Θεου, σωμα Θεου, qualia occurrunt et in Cod. d. apud Matthaeium fol. 61, 1 et fol. 80, 2 ad Act. 17, 20, vbi ad vocem ξενιζοντα legitur: ει ανθρωπον εκηρυσσεν ὁ Παυλος εσταυρωσθαι, ου ξενου ην το λεγομενον· ει δε Θεου ελεγεν εσταυρωσθαι και εγηγερθαι, ὡστε ξενιζοντα εισεφερεν εις τας ακοας. *WETSTENIUS* l. c. "Fateor, multos in ecclesia non abhorruisse a mentione αἱματος Θεου — —, at haud paullo grauiora sunt, quae his opponuntur, testimonia tum heterodoxorum tum orthodoxorum, qui non solum sollicite ab hac aut simili formula abstinuerunt, verum etiam diserte dixerunt, nusquam scriptores sacros de sanguine Dei fuisse locutos."

4) Praeter eum lectioni Θεος fauerat *MILLIUS*, eisdem de caussis, quibus Huiidius, existimans Κυριον ad oram esse appictum, vt leniretur phraseos αἱμα Θεου asperitas. Porro *WHITBY*, *WOLFIUS* in Cur. ad h. l. et, vt videtur, etiam *BENGELIUS*. At pro Κυριος loquuntur *GROTIUS*, *CLERICUS*, *GRIESBACHIUS* omnesque fere nostrae aetatis rei criticae periti.

tur; phrasinque αἱμα Θεου eo tempore, quo plerique codices hodierni exarati sunt; non fuisse tam insolentem, maxime quum non diserte hic se excipiant istae voces αἱμα et Θεου (cf. Griesbach l. c. p. 116, fin.).

2) Porro collectus christianorum hominum coetus in N. T. vbique vocatur εκκλησια Θεου (1 Tim. 3, 15 etc. cf. ποιμνιον Θεου, 1 Petr. 5, 2), nunquam autem εκκλησια Κυριου. Proinde, quum contra hunc morem h. l. vere legeretur εκκλησια Κυριου, librariorum incuria male ad rem attenta facilius id transire potuit in consuetius illud εκκλησια Θεου, quam vice versa. Obiiciunt quidem et hic, propius esse fidem, Paullum, qui semper Θεου εκκλησιαν in litteris suis nominet, et hac oratione eodem, quam diuerso Κυριου, nomine eandem nuncupasse; sed reputandum est, vt obseruauit Griesbachius l. c. p. 116, qualiaque et nos in prolegomenis p. 35 sqq. scripsimus, nonnisi orationis summam expressam esse a Luca, colorem autem eiusdem et ornamenta suum ad ingenium dicendique morem ab eodem esse addita: neutiquam autem Paulli verba ipsissima aut ab oratore ipso in litteras relata esse aut a Luca alioue calamo excepta.

3) Adde, quod in omni hac oratione Paulli Iesus filius constanter appellatur Κυριος, v. 19. 21. 24. 35, et nonnisi pater Θεος, v. 21. 24. 25. 27. 32, vnde vix probabile est, ab hac norma in solo hoc loco recessisse Lucam.

4) Denique repudianda erit lectio Θεος et ea de caussa, quod ex notissima rei critices norma, a S. V. Griesbachio in praefatione ad primam partem recentioris N. T. editionis inculcata, quaelibet lectio, quae orthodoxorum systemati fauet, posthabenda erit illi, quae hoc minus facit aut haeretici adeo quid sapit. Indubie autem lectio Θεος orthodoxis ad dirimendas omnes de persona Christi sublimioreque eius natura controuersias foret conuenientissima; neque ad hunc potissi-

potissimum locum prouocare, eoque tanquam telo profligare omnes aduersariorum impetus (cf. not. 2.) neglexissent, dummodo in suis exemplaribus scriptum ita inuenissent. Sed nil tale accidisse legimus: imo Athanasius ipse formulam αἷμα Θεοῦ in sacris litteris occurrere negat.

Poterunt autem ex eis, quae iam subiungentur, alia etiamnum, quae pro lectione Κυριου faciant, argumenta suppeditari. Siquidem praeter duas has lectiones adest et alia, quae vtrumque vocabulum iungit, legens Κυριου και Θεου. Catalogum testium pro hac lectione, seu similibus illis Κυριου Θεου, Θεου και Κυριου loquentium vid. apud Griesbachium l. c. p. 113, in quibus versionem quidem, praeter Arabicam polyglottam, nullam, patrem fere nullum, sed nonnisi iuniores codices inuenies; numero quidem satis multos [5]), sed auctoritate et pondere haudquaquam graves. Quocirca damnanda erit haec lectio, quae vtrumque vocabulum iungit, eorumque alterutrum pro vero habendum, et quidem Κυριος, quandoquidem adhibenda hic erit norma a Griesbachio in praef. ad Tom. I et in excursu ad h. l. p. 117 exposita: "quoties duae lectiones iunctim exhibentur, ea, quae exstat sola in pluribus monumentis antiquioribus et potioribus, prior adfuisse censenda est illa, quae sola non inuenitur, nisi in monumentis paucis, recentioribus et minoris pretii."

Superest lectio Χριστου, quae adest in versione Syra priore, in Arabica Erpenii, eius pedissequa, apud Origenem, Athanasium, Theodoretum, Basilium, ergo in

5) Plurimi apud *BIRCHIUM*; cod. Slav. ap. *ALTERUM* et omnes fere apud *MATTHAEIUM* ita legunt, qui ea de caussa et in textum recipere lectionem Κυριου και Θεου non dubitauit, ea de caussa in plerisque aliis codd. solam vocem Θεου legi iudicans, quod ei ex Vulgata, vbi absunt τα: Κυριου και, corrupti essent.

in recensione Constantinopolitana. Rectissime haec lectio a Griesbachio pro interpretamento genuinae vocis Κυριου habetur, cuius ambiguum sensum illustraret. Quae si ita se habent, vel haec lectio probabit, Κυριου primitus fuisse scriptum, non Θεου; id quod si glossemate illustrare necessarium duxisset quispiam, certissime non illustrasset per Χριστου, sed per του υἱου Θεου.

Patet hinc, ex lectionibus tertio et quarto loco positis vel ipsis argumenta pro veritate lectionis Κυριου posse repeti, iisque addi, quae pro eadem ante allata sunt.

* * *

Sed et attendamus necesse est ad illam varietatem, quae occurrit inter lectionem *δια του ιδιου αἱματος* et *δια του αἱματος του ιδιου*, grauissimam sane, etiamsi nonnulli rei criticae periti, v. c. Bengelius, eiusdem ne verbo quidem mentionem faciunt. Nolimus putare in vnum eundemque sensum dictum esse vtrumque. Potest quidem vtraque lectio eodem sensu sumi: sed potest et variare sensus. Prima lectio nil indicare potest aliud, quam *suo ipsius sanguine*, quae si Θεου legeris, de sanguine Dei, quod absurdum est, si Κυριου, aut iterum de sanguine Dei, quia Κυριος et Deum patrem exprimit, aut multo promtius de sanguine seu morte cruenta Iesu Messiae Domini accipietur. At altera lectio duplicem sensum fundit; vel eundem, quem *δια του ιδιου αἱματος*, neque infrequens est Graecis, ad notionem adiectiui fortius exprimendam repetere ante illud articulum substantiui; vel est elliptice posita, vt post *ιδιου* suppleatur *υἱου*, quod frequentissimum est; iamque vox, quae praecessit, siue ea Θεος fuerit siue Κυριος, nonnisi de Deo patre potest accipi, *ecclesia Dei seu Domini, quam is redemit sanguine filii sui* (*ιδιου, αγαπητου, μονογενους,* *dilectis-*

dilectissimi). Ita explicant LIMBORCHIUS, DOEDERLINIUS etc.

Hanc autem lectionem defendunt testes plurimi iique grauissimi, ABCDE, 9 alii apud Wetstenium, Griesbachium et Birchium, vnus apud Matthaeium. Versiones quidem non multum hic efficere posse videntur, quia vtraque lectio etiam vno eodemque modo verti potest. Sed expressit tamen lectionem του αἱμ. του ιδ., sc. υἱου, versio Armenica et Slauonica, atque et caeterae versiones in exemplo suo graeco aeque facile habere potuerunt του αἱμ. του ιδ. Proinde neque ciuitate textus donare hanc lectionem dedignatus est Griesbachius. — Sed quum duplex hic sensus prodeat, apparet, quam recte et vere de vi et momento, quod in dogmatice habere hic locus visus est, monuerit DOEDERLINIUS, Instit. theol. christ. Tom. I, § 105. Obs. 4. obseruando, etiamsi lectionem Θεος vt genuinam agnoscamus, neutiquam tamen vel inde pro diuina Iesu natura eo sensu sumta, quo eam intelligi vult seuerior dogmatice, satis certum et tutum propugnaculum exsistere, quandoquidem illa non sane contenta foret effato, Deum redemisse ecclesiam per sanguinem dilecti sui filii. Consideranda saltem erit haec obseruatio, vt inde appareat, quam intutum incertumque in eliciendis e locis biblicis eiusmodi consectariis iudicium feratur. Sed nondum tamen constat, num Apostolus an Lucas post του ιδιου vere subaudiri voluerit υἱου, an eundem sensum expresserit, qui vulgari lectioni inest: saltem, vt ex locis N. T. ad vocem ιδιος in Lexico S. V. SCHLEUSNERI collectis apparet, nullus ibi locus N. T. adest, in quo Iesus absolute dicatur ὁ ιδιος, ὁ ιδιος Θεου, licet τα ιδια, οἱ ιδιοι absolute dictum obueniat. Manet ergo ambiguus semper sensus illius totius loci lectionis, quam genuinam esse probauimus: εκκλησιαν του Κυριου, ἡν περιεποιησατο δια του αἱματος του ιδιου, exprimet-

exprimetque is vel *ecclesiam Domini i. e. Messiae, quam suo ipsius sanguine redemit*, vel *ecclesiam Dei, quam redemit sanguine proprii et dilectissimi filii*, ex quibus priorem sensum idcirco equidem cum S. V. GABLERO (*Neuest. theol. Journ.* 1805, St. 12, p. 522, not.) praetulerim, quia ὁ *ιδιος* hoc sensu absoluto, quantum equidem memini, nusquam in N. T. alibi obuium est.

At nimios vtique se gerunt, qui ex altera parte summo animi feruore contendunt, etiamsi Κυριος legatur, haud minus tamen et leuius inde pro diuinitate I. C. argumentum posse deduci, ac si *Θεου* scriptum fuisset, id quod verbi caussa visum est ERNESTIO in crisi Wetsteniana (Ernest. opusc. philol. crit. p. 335 sqq.). Sed haec, de quibus egit et DINNDORFIUS in auctario ad Morum ad h. l. Tom. II, p. XVIII, merito dogmaticis linquimus.